PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 891) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIMA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.



SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM [PENITUS EXARATA, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD DUODECIM ET CENTUM VOLUMINA UNA CUM INDICIBUS PERVENIET; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA OCTO ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CIII.

PHOTIUS CONSTANTINOPOLITANUS PATRIARCHA.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1860

Digitized by Google

Digitized by Google

SÆCULUM IX, ANNUS 891.

ΦΩΤΙΟΥ,

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

PHOTII,

CONSTANTINOPOLITANI PATRIARCHÆ,

OPERA OMNIA

IN CLASSES QUINQUE DISTRIBUTA :

EXEGETICA, DOGMATICA, PARÆNETICA, HISTORICA, CANONICA;

CURIS VARIORUM, NEMPE :

CHRISTOPHORI WOLFII, ANG. ANT. SCOTTI, FRANC. COMBEFISII, CARD. BARONII, STEWARTII, RICHARDI MONTACUTII, ANTIMII REMNICENSIS EPISCOPI, FR. SCORSI, JOANN. BAPT. COTELERII, JUSTELLI, VOELLI, FONTANI, CORDERII, ANDREÆ SCHOTTI, CRAMERI, CARD. ANG. MAII, JAGERI, EMMANUELIS BEKKERI, JOSEPHI HERGENROETHER,

JAM ANTEA LUCE DONATA, PARTIM NUNC PRIMUM EDITA;

BIBLIOTHECA·BODLEIANA

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS TERTIUS.

VENEUNT 4 VOL. 42 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1860

Digitized by Google

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CIII CONTINENTUR.

PHOTIUS CONSTANTINOPOLITANUS PATRIARCHA.

Myriobiblon sive Bibliotheca (codd. 1-249). *col.* 9

Parisiis. — Ex typis L. MIGNE.

Digitized by Google

ΦΩΤΙΟΥ
ΜΥΡΙΟΒΙΒΛΟΝ Η ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ.

—

PHOTII
MYRIOBIBLON SIVE BIBLIOTHECA.

—

NOBILISS. ET AMPLISS. VIRIS
QUIRINO RECHLINGERO, MARCO VELSERO,
AUGUSTÆ VINDELICORUM DUUMVIRIS PRÆFECTIS
SEPTEMVIRUMQUE COLLEGIO,
DOMINIS AC PATRONIS PLURIMUM OBSERVANDIS S. P.

Photius ille, omnium eruditorum *tanto petitus ambitu, tanto datus* (*a*), tandem e tenebris erutus exit. Etsi enim ea sunt nostra tempora, quibus non injuria dubites, plusne commodi an incommodi respublica litteraria sibi habeat polliceri; propterea quod alibi bella, alibi eruditæ doctrinæ contemptus atque odium, ruinam aliquam minari videantur: tamen cum ab annis haud ita multis, præter exspectationem, diversis e locis, et quidem nonnullis parum pacatis et tranquillis, complures, notæ optimæ, veterum auctorum libri in lucem prodierint, atque etiam nunc quotidie proferantur; animum nequaquam despondendum duxerim. Verum id quidem est, sæculum illud aureum, quod aiunt, fuisse ἡγεμονικόν, alterum, θυμικόν· quibus et sapientiæ et fortitudinis laude homines in primis excelluerunt: sed neque hoc tempore, quod ἐπιθυμητικὸν indigitant, sapientum virorum exempla, virtuteque heroica præditorum desunt: Ἀρχαῖαι δ' ἀρεταὶ (ut Lyrici verbis utar) ἀμφέρονται, ἀλλασσόμεναι γενεαῖς ἀνδρῶν, σθένος. Nimirum omnibus sæculis aliqui divinitus excitantur, qui disciplinas liberales propagatum eunt, quæ solæ genus hominum salvum atque incolume conservant. Quo feliciorem hanc ætatem nostram judico, qua cum alii scriptores antiqui revixerunt, tum inter cæteros ille ipse (quem dixi) in omni genere doctrinarum præstantissimus scriptor Photius. Cui ut a lumine nomen, ita luce tandiu carendum fuisse, demiror; auctori, cujus e Myriobiblo theologi, medici, historici, oratores, philologi denique uberrimum fructum et jucundissimum capere possunt. Id quod eulogia docent, quæ huic operi nunc primum a nobis edito præponenda curavimus. Nam Eclogas, cum censuris, non ex iis duntaxat libris, qui sunt in manibus fere omnium, Photius attulit: sed longe plura ex illorum monumentis ἀποσπασμάτια, qui vel temporum injuria prorsus amissi, vel quorumdam βιβλιοτάφων invidia nonnisi blattis expositi sunt. Neque ex sacris tantum, sed et exteris scriptoribus. Tam enim horum prodest lectio, judicium si adhibeatur, quam Moysi non obfuit Ægyptiorum, Danieli Chaldæorum, D. Paulo Græcorum disciplinas cognovisse, Israelitis denique vasa ex Ægypto in Palæstinam secum transtulisse. Ideo summa hic fide, qui delectus haberi, unde plus minusve exspectari possit, Photius ostendit. Hoc opus varia et multiplici tam rerum quam verborum refertum supellectile, viri nobilissimi, cur A. V. consecratum velim, multæ causæ sunt. In hac enim urbe illi renasci, characteris elegantia exornari, e vestra illustri Bibliotheca vulnera quædam sanari, accessiones denique fieri, contigit. In hac musæ et gratiæ domicilium nactæ creduntur, quod ii gubernacula reipublicæ teneant, qui ab ineunte ætate litteris omnibus dediti hoc genus laborum et probant, et eos adjuvare gestiunt, qui omnem in eodem operam ponunt. In hac, vestro auspicio, recentibus iisque pervenustis typis alia atque alia utriusque linguæ πονημάτια, brevi temporis spatio, excusa sunt. In hac denique nunquam defuerunt viri, quorum auctoritate codd. mss. et impressorum thesaurus augeretur atque ornaretur. Inter quos huic quoque Photiano operi locum decernere A. V. neque patrocinio, quo hactenus, clementer complecti ut dignetur, oro etiam atque etiam. Bene valete, viri amplissimi, publice et privatim incolumes, ac perpetuo florentes.

Augustæ Vind. XII *Kal. April. Ann. MDCI.*

A. V. O.

DAVID HOESCHELIUS, Augustanus.

(*a*) Sen. *Med.* 399.

Digitized by Google

NOBILISSIMO MARCO VELSERO, CÆSARIS CONSILIARIO,

REIPUB. AUGUSTANÆ DUMVIRO PRÆFECTO,

AND. SCHOTTUS ANTUERP. DE SOCIETATE JESU, LIB. MER. DD.

Si magnum illud militantis in terris Ecclesiæ columen B. Hieronymum presbyterum non piguit, Marce duumvir, catalogum ecclesiasticorum texere scriptorum, ex Eusebio Cæsariensi, ac scriptis cujusque, cur pudere me debeat, aut pœnitere laboris immensi, tædiique constanter absorpti in Photianæ *Bibliothecæ* interpretatione, quam tibi volens dedico consecroque, nondum equidem animadvertere possum. Ille jam inde ab initio nascentis Ecclesiæ telam orsus, altiusque a capite arcessens, sacrorum Ecclesiæ scriptorum seriem ad sua usque tempora produxit, ut legitima et pura a spuriis, et a palea triticum posteri segregarent. Hunc dein gloriosum, publiceque utilem laborem, variarum gentium auctores continenter pertexendum rati, de suæ quisque gentis scriptoribus catalogos conscripsit. In Iberia quidem Isidorus atque Ildefonsus sanctissimi viri; in Gallia Gennadius Massiliensis, et Honorius Augustodunensis; in Belgio nostro Sigebertus Gemblacensis; in Germaniaque nuper Trithemius abbas, excussis omnibus omnium bibliothecarum angulis, id præstiterunt. In Græcia vero primis illis, ut ætate, sic et eruditione fortasse æqualis Photius, hanc cum sacrorum, tum externorum *Bibliothecam* concinnavit librorum, quos a se lectos, Tarasii fratris rogatu recensuit, dum in Syria Constantinopolitani imperatoris orator versaretur, idque prius (ut ex opere quisque mecum judicabit), quam aulica ambitione corruptus, præcipitavit. Verum hoc utilior quam reliquorum in Occidente post Hieronymum Photii hic labor exstitit, ut majus etiam longe quam cæterorum simul omnium volumen excrevit, quod non recenseat modo veterum, qui in manus inciderunt scripta, sed et eclogas inde permultas, seu excerpta, totidem verbis, enumeratione sola minime contentus, transcripserit : forte quod animo provideret, menteque præsagiret, fore ut temporum injuria plerique, ut accidit, interciderent funditusque perirent, quorum certe ne nomina quidem, nedum ingenii monumenta, absque Photio esset, nostram ad ætatem pervenissent. Quod opus seu thesaurum verius, pridem exoptatum, ac diu multumque frustra investigatum, cum Tarracone Procli Chrestomathia Latine a me reddita, velut ex ungue leonem, æstimare cœpissem, nactus tandem Romæ sum. Describendum enim arbitratu meo permisit, quem honoris causa libenter nomino, illustrissimus Ascanius Columna, purpuratorum patrum ornamentum. Post vero cum id diligenter ad variorum exemplarium fidem comparatum, typographus Augustanus elegantibus typis evulgasset, efflagitarunt pene convicio familiares, quibus multum et vellem et deberem, ut Latina donare civitate promptuarium eruditionis, quo ad plures emanaret utilitas, pro virili contenderem. Cessi ergo amicorum precibus victus, et periculosæ plenum opus aleæ aggressus, ad exitum tandem, Deo vires animumque suppeditante, constanter adduxi. Quid sim assecutus, secutus certe, tuum, vir doctissime, lectorisque non imperiti judicium esto. Num quid amplius? Etiam. Patrocinium adhæc laboris plane Herculei, more institutoque majorum, abs te potissimum justis de causis imploro. Quod enim Græce apud vos Photius lumen primum aspexerit, Latinam quoque interpretationem subjungendam jus fasque censui, tum quod Augustanæ bibliothecæ nomen commune invitarit : quæ bibliotheca Vindelicorum, civitatis Germaniæ vere Augustæ, cum alios alia ad spectandam urbis civiumque elegantiam moveant, me potissimum, ob librorum calamo in membranis exaratorum et copiam, et vetustatem, in sui admirationem rapuit detinuitque. Ad quam quidem ornandam respublica vestra catalogum exemplarium quæ possideret, per Europam disseminasse non contenta, doctos etiam homines inusitata et prorsus singulari humanitate invitat quo eos ipsos libros invicem conferendo, ac veluti gladiatorum paria committendo, in hominum lucem aspectumque commodo publico producant. Quod utinam exemplum dynastæ ac reges secuti, in iisdem pedem vestigiis ponerent, ac libros sanctorum Patrum ineditos cognosci atque evulgari sinerent; næ plures longe Græcarum litterarum usum interpretando revocarent, nec amplius veluti muta tacerent, quæ in densis hodie tenebris, tineas pascendo, delitescunt. Sed id optare citius quam sperare liceat; nisi si Velserorum similes exoriantur, qui concordissimi fratres (vos enim bona venia appello Antoni, Matthæe, ac Paule) rem litterariam longe lateque provehitis, disciplinarum pomœria profertis, doctisque hominibus doctissimi ipsi opem re consilioque ferre non cessatis : ut jam ubique gentium non sit Phœbo gratior ulla,

Quam quæ Velseri *præscripsit pagina nomen.*

Te, te igitur, Marce, quæso obtestorque, ut qua cœpisti benevolentia, nostra complecti ne graveris; exstetque apud posteros pace tua, meæ in te observantiæ memorisque animi hoc qualecunque monumentum; quod locum, si videbitur, in Bibliotheca vestra, ex qua cum tot aliis Græce typis prodiit, Latine quoque reperiat. Si quis autem ex his vigiliis fructus ad alios legendo perveniet, quod studium quidem certe, ad interpretationem locis obscuris facem scholiis allucendo, tibi amice magne, grata posteritas acceptum referat. Soles enim ἀκλείστους θύρας παρέχειν σοφοῖς ἀνδράσι, quod de se apud Philostratum Vespasianus Aug. profitetur, cum sis ipse spirans quædam Bibliotheca. Suscipe itaque adversus obtrectatorum calumnias, operis vigiliarumque nostrarum libens volensque tutelam. Sic tibi illucescant, Deum venerans precor, ineuntis anni MDCVI Kalendæ feliciter. Antuerpiæ.

Digitized by Google

ΜΑΞΙΜΟΣ Ο ΜΑΡΓΟΥΝΙΟΣ, ΤΑΠΕΙΝΟΣ ΚΥΘΗΡΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ,

ΤΟΙΣ ΤΩΝ ΛΟΓΩΝ ΕΡΑΣΤΑΙΣ, ΕΝ ΤΟΙΣ ΚΑΛΟΙΣ ΕΠΙΔΟΣΙΝ.

—

Ἄλλοι μὲν ἄλλους τῶν περι τὴν σοφίαν περιττῶν θαυμαζόντων, καὶ ἡ ἕκαστος ἔχει ἐπιτηδειότητος καὶ δυνάμεως, ταύτῃ πλεκέτω τούτων ἑκάστου καὶ τὰ ἐγκώμια, εἴτε τὴν ἐν λόγοις ἐπαίρων δεινότητα, εἴτε τὸ ἀνθηρὸν καὶ κεκομψευμένον τῆς φράσεως, εἴτε τὸ περὶ τὴν φιλοσοφίαν ἐμβριθές τε καὶ ὅλως ἐξηκριβωμένον καὶ πάγιον· ἐμοὶ δὲ πρὸς τοῖς ἄλλοις παντὸς ἄξιος ἐγκωμίου καὶ μάλα ὁ σοφώτατος ἐκεῖνος καὶ ἱερὸς πολλάκις ἔδοξε Φώτιος. Οὐ μόνον ὅτι τοὺς τῆς ἱερᾶς Ἐκκλησίας ἐμπιστευθεὶς οἴακας, τὸ τοῦ Χριστοῦ λογικὸν ποίμνιον εἰς νομὰς εἰσῆγέ τε καὶ ἐξῆγε σωτηριώδεις εὐσεβείᾳ τε τῇ πάνυ διατρέφων, καὶ βίου κατακαλλύνων ὀρθότητι· ἀλλ' ὅτι καὶ πᾶσαν μετελθὼν παιδείαν πάντας τοὺς ἐπ' αὐτοῦ πολλῷ τῷ μέσῳ ὑπερῆκόντισε. Μαρτυροῦσιν αὐτοῦ τὸ πολὺ τῆς σοφίας οἱ πανηγυρικοὶ τῶν λόγων, οἷς τηλικαύτην ἐνέθηκε τὴν χάριν καὶ τὴν γλυκύτητα, ὡς δεινὸν τίθεσθαι τοὺς ἐντυγχάνοντας τὴν ὀπωσοῦν ἀπὸ τούτων ἀπαλλαγήν. Οὕτω τὰς τῶν ἀκουόντων καταθέλγει ψυχὰς ταῖς τῶν οἰκείων σειρήνων σωστικαῖς ἐπῳδαῖς, καὶ τῷ τῶν πίστεων ἐφελκυστικῷ τὸ τῆς πειθοῦς αὐταῖς ἐγγεννᾶσθαι καταναγκάζει θέλγητρον. Τοιαῦται καὶ αἱ θαυμασταὶ τούτου πρὸς διαφόρους ἐπιστολαί. Τὸ δὲ πρὸς τὰς τῶν ἀπορίων λύσεις ἕτοιμον, ἄλλως τε καὶ ὅσαι ἐπὶ τὴν ἱερὰν τείνουσι φιλοσοφίαν, καὶ τὸ τῆς θείας Γραφῆς, ἐν οἷς μάλιστα μυστικώτερόν τι ἐναπεκέκρυπται, ἀγχίνουν τε καὶ διερμηνευτικὸν, τίς τῷ τῶν Ἀμφιλοχίων αὐτῷ πεπονημένῳ συγγράμματι ἐντυχὼν, οὐκ ἂν εἰκότως θαυμάσειεν; ἀλλὰ γὰρ καὶ τὴν περὶ τὴν ἱστορίαν ἀκρίβειαν, καὶ τὸ τῆς σοφίας ποικίλον, καὶ τὸ περὶ τὴν κρίσιν τῶν τοῖς ἄλλοις συντεθειμένων ἐντεχνόν τε ἅμα καὶ εὐκρινέστατον, ἡ μετὰ χεῖρας αὕτη βίβλος, τοῖς τοῦτ' ἂν ἐλομένοις καταμαθεῖν, ἐπιδείξει τρανότατα· πολλὴν μὲν τοῖς περὶ τοὺς λόγους καὶ τὴν ἔξω φιλοσοφίαν καταγινομένοις τὴν ὠφέλειαν προξενοῦσα· τοσαύτην δὲ καὶ τοῖς τῆς ἱερᾶς ἀντεχομένοις θρησκείας χορηγοῦσα τὴν λυσιτέλειαν, ὡς πάμφορόν τινα οἷον ταύτην εἶναι χώραν, ποικίλοις μὲν κομῶσαν τοῖς καρποῖς, καὶ τοῖς ἄνθεσιν, οὐχ ἧττον δὲ τῇ γεύσει τῶν δρεπομένων τὴν αἴσθησιν κορεννῦσαν, ἢ τῇ ὄψει καὶ τῇ ὀσμῇ καθηδύνουσάν τε καὶ κατατέρπουσαν. Ταύτην οὖν φιλοφρόνως δεξάμενοι, πολλὰς τῷ σοφωτάτῳ Ἐσχελίῳ τὰς χάριτας ἔχοιτε, τοῦτο καὶ μόνον ἀεὶ διὰ μελέτης ἔχοντι, ὅπως χρήσιμόν τι καὶ τῷ κοινῷ τῶν λογίων ἐπωφελὲς ἐκδιδῶται καὶ μάλιστα. Ἔῤῥωσθε ἐν Χριστῷ Σωτῆρι, κατὰ τὸ α, χ' ἔτος τὸ σωτήριον, Ἰουλλίου τρίτῃ φθίνοντος.

ERUDITORUM ALIQUOT

DE PHOTIO PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANO JUDICIA

—

ZONARAS *Annalium* Tom. III.

Προχειρίζεται δὲ πατριάρχην τὸν Φώτιον, ἄνδρα τῶν ἐπισήμων πρωτοασηκρῆτις τότε τυγχάνοντα, καὶ ἐν λόγοις ὀνομαστότατον. In ejus locum suffecit Photium, virum insignem, primarium a secretis, et eruditionis nomine celeberrimum.

CEDRENUS.

Ὁ Βάρδας Φώτιον, ἄνδρα ἐπὶ σοφίᾳ γνώριμον, πρωτοασηκρήτην τηνικαῦτα ὑπάρχοντα, προχειρίζεται πατριάρχην. Bardas ergo Photium, celebrem sapientia virum, et secretariorum eo tempore principem, patirarcham creat.

FRANCISCUS TURRIANUS Procœmio in *Apostolicas Constitutiones* Clementis Romani.

Photius Constantinopolitanus in *Bibliotheca* sua, sic enim appellat volumen ingens de libris a se lectis, etc.

Photius incredibilis lectionis et acris judicii auctor.

Eruditissimus et incredibili lectione auctor, etc. In eo præsertim opere quod *Bibliothecam* de libris a se lectis nominavit, in quo tam accurate, tam acri ingenio, tam considerate, tam docte, tam distincte, tam libere de tanta multitudine et varietate librorum judicium facit, ut nihil animadversione dignum prætermisisse videatur.

Quam sit autem grave in hoc judicio et quantæ auctoritatis Photii testimonium, intelligere licet et existimare, etc. Tum in primis ex Bibliotheca, sic enim inscripsit, ut paulo ante dixi, ingens volumen de libris omnis generis a se lectis, in quo ita fere cujusque argumentum, et genus styli ac doctrinæ dis-

Digitized by Google

cernit et notat, ut qui summas illas legat, totos libros et ingenia auctorum nosse sibi videatur. Quis igitur nostræ ætatis se cum Photio conferre audeat, sive ingenium ejus spectemus, sive πολυμαθίαν et πολυπειρίαν;

Ex litteris Joannis Livineii ad D. H.

Photii scriptum urgeri, puto vehementer e re litteraria esse. Est enim varium, et omnibus ingeniis ac studiis valde serviens. Deinde quanti æstimas, scire nos saltem quot bonorum scriptorum in omni genere doctrinæ, qui viro illi φιλολογωτάτῳ visi lectique, naufragium fecerimus.

Ex litteris Jos. Scaligeri ad eumdem.

Utinam, mi Hœscheli, in Photii editione exornanda te juvare possem. Librum quidem totum in duos tomos distinctum, manu Henrici Stephani scriptum olim legi, opus varium, ex cujus editione incertum, majorne redundatura sit in te gloria, an in alios utilitas. Certe tam egregium scriptum non alio editore dignum erat, quam te, qui tot bonorum auctorum editione et eruditionem tuam et propensum in litteras animum testari volueris. Neque ego, neque Vulcanius noster te juvare in hoc possumus, qui nulla exemplaria ejus libri habemus. Sed si habes, ut dicis, duo, puto te omnibus aliis æquo animo carere posse.

Ex litteris Isaaci Casauboni ad eumdem.

Ain' tu autem? esse te in eo ut Photii *Bibliothecam* edas? o munus vere munificum! o te liberalem! facile est ex iis quæ sunt edita de illius libris tanquam ex unguibus leonem æstimare.

—

ISAACUS CASAUBONUS DAVIDI HŒSCHELIO S. P. D.

Photium tuum quanta poteram diligentia inter aulicos strepitus, avidissime certe percurri. Ostendi etiam munus tuum doctis magnisque viris: quorum in hac regia urbe numerus haudquaquam pœnitendus. Omnes tibi et præstantissimo Velsero gratias agere immortales, quorum auctoritate et industria utilissimum scriptorem proximo autumno se habituros sperant. Principem inter hujus ordinis viros locum obtinet præses Thuanus: quem ego virum divinitus datum censeo sæculo isti in exemplum pietatis, integritatis, probitatis, et ut uno verbo dicam πάσης ἀρετῆς καὶ καλλονῆς ψυχῆς. Sunt et multi alii qua in aula, qua in senatu Parisiensi λάμποντες ἀστέρες ὡς vestri studiosissimi, et purioris litteraturæ amantissimi. Omnes hi Photium vestrum cupidissime exspectant, eximie autem Franciscus Pithœus, de quo nuper scripseram, esse in ejus manibus Photii exemplar, collaturum me tuum codicem cum illo: et excerptas inde γραφὰς διαφόρους isthuc missurum. Neque ab illo neque a me insuper habita ea cura, sed paucorum foliorum comparatione didicimus, nihil aut parum omnino auxilii ad ornandam tuam editionem a Pithœi libro esse exspectandum. Quare aliud censeo agamus. Equidem si domi in Museo meo quæ sunt a te missa legissem, aut otii plusculum habuissem ad id negotium, plura et meliora in eo Scriptore observassem et tecum communicassem. Sed crede mihi serio affirmanti, nihil occupatius, nihil a studiis alienius ea vita, quam in hac aula hactenus viximus. Ut scires tamen etiam in summis hisce occupationibus Photium tuum nobis esse lectum, paucula quædam illevimus huic chartæ, quæ tum nobis in mentem venerunt. Nam gravius aliquid frustra nunc a me exspectaveris. Vale, vir doctissime, et me constanter ama. Lutetiæ Parisiorum 5 Kalend. Junias MDC.

—

EX NOTIS ANDREÆ SCHOTTI,

AD CHRESTOMATHIAM PROCLI.

Ἀνεγνώσθη, lectum est, vel Ἀνεγνώσθησαν, lecta sunt. Sic de singulis a se cum judicio lectis libris Photius patriarcha Constantinopolitanus ἐν τῇ Βιβλιοθήκῃ τῶν ἀνεγνωσμένων αὐτῷ βιβλίων loquitur, ut oculato testi fides habeatur. Nec enim ex aliorum sermone, vel obiter, et tanquam per transennam inspecto opere, ut fere hoc sæculo, de toto opere judicium sibi ferendum existimabat, sed a capite ad calcem perlecto, libere judicat censor et criticus gravissimus, summi et ingenii et judicii, de scriptoribus ducentis amplius et septuaginta, philologis, poetis, historicis, oratoribus, philosophis et theologis: qui maximam partem, temporumne injuria, an majorum incuria, pervenerunt. Et quidem de styli charactere, scriptorum numero, et titulis, quæ γνήσια, quæ ψευδεπίγραφα, quid laude, et imitatione, quid contra vituperatione dignum in singulis deprehendisset, sine fuco et odio, more majorum, pronuntiat. Denique qua quisque tempestate floruerit, cæteraque, longum esset enim ire per singula, audacter dijudicat.

—

J. LIPSIUS MARCO VELSERO S. M. D.

Senecam nostrum a te acceptum, et vere acceptum, id est, gratum fuisse, gaudeo. Annon esset, scriptor optimus viro optimo? Quod ais desiderare quosdam reliqua: pauca sunt, et hodie mos obtinet reliquatores esse, imo conturbatores. Detur venia, aut certe mora aliqua, valetudini: et fortasse altera editio dabit. Sunt et in illis libris, quæ volenti haud peribunt. At tu de elogio debere profiteris. Et sic

Digitized by Google

loqueris? judicio, dicere debebas : et ideo nihil debere. Mihi crede, ut si juratus in senatu sententiam dicerem, sic dixi. Amo te jamdudum, mi Velsere, sed affectus illam animi lucem non obtenebrat. Sed, heus, est quod communi litteratorum nomine commendemus, vel petamus. Andreæ Schotti, magni amici nostri, Photius, Latinus jamdiu apud vos est, et quando ipse lucem, nos eum videbimus? Certe inter paucos ille scriptor meretur : qui solus tot clarissimorum ingeniorum monumenta a fato eripuit : toto dico fato, et saltem nomina et scriptorum velut membra servavit. Quam multos ille legit, ex iis elegit, et, ut sic loquar, defloravit, quos nosse nobis aliter non esset? E sacris, profanis, tractatoribus, historicis, oratoribus, poetis, et nihil est in Græca omni litteratura, aut ut verius dicam, libraria, quod ille vir non libarit. Pulcherrimus mos in mensa legendi, vel audiendi : sed iste pulchrior utiliorque, annotandi, censendi, excerpendi. Photius fecit, et qui ad nos pervenerunt, solus. David Hœschelius vester, et vestris etiam auspiciis, Græcum primitus, et varie atque industrie castigatum, dedit : sed nosti quo ventum sit ignavia ævi, pauci hæc legunt aut capiunt, et nisi Latina addantur, pene dicam non dedisse. Ergo A. Schottus, vir bono publico natus, allaboravit, et Latinum totum dedit, et tibi commisit. Ecce jure te flagitamus. Fac quod soles et natus es, rem publicam vel privatæ tuæ damno juva. Mi Velsero, da hanc operam, etsi quam trepidis et pene desperatis Europæ rebus! Pannonia, et jam Illyricum finitimum, sollicitos nos habent :

Quo pondus istud vergat? ubi ponet minas?

Ubicunque, stemus, et in honesto firmi, omnem fati vim excipiamus, imo vincamus, id est, feramus.

Vale. Lovanii, postridie Natalis Dominici, anno MDCVI.

IN PHOTIANÆ BIBLIOTHECÆ INTERPRETATIONEM,

A R. P. ANDREA SCHOTTO DE SOCIETATE JESU LATINÈ EDITAM.

Feder. Jamotius, Med.

Σκότος ἀπὸ σκοτίοιο φερώνυμός ἐστιν ὁμίχλης
Φώτιος ὡς λαμπροῦ κληδόνα φωτὸς ἔχει.
Τίνδ' ἐπεὶ καὶ Σκότος ἀπήγαγεν ἀχλύος αἴνης
Φωτικὰ λαμπρύνων γράμματα φωτὶ νέῳ.
(Τοῖσι παλαιγενέων σφραγίσσατο Φώτιος ἀνδρῶν
Μνήματα, τιμήσας στίγμασιν ἀμφαδίοις)
Εἰ θέμις ἀτρεκέεσσι πανατρεκὲς οὔνομα θεῖναι,
Ὅς ποτε Σκότος ἦεν, Φώτιος ἄλλος ἔοι.

Schottus ab obscura ducit caligine nomen
Photius ut clari luminis omen habet.
Cum tamen hunc *Schottus* tenebrosis eximat umbris,
Lumine cum lustret *Photica* scripta novo :
(Scripta quibus censor veterum monumenta virorum
Photius obsignat liberiore nota)
Vera licet veris si ponere nomina rebus
Qui modo *Schottus* erat, *Photius* alter erit.

Franc. Schottus Jure consultus ac senator Antuerp.

Photi scripta, prius qui cæco carcere clausus,
Horridus, invisus, nocte latebat iners,
Eluxit quoniam dias in luminis oras,
Frater amande, animi dimidiumque mei,
Gratulor et lætor, prisco dehinc more parentum
Grates grata velit solvere posteritas.
Lux tenebræ hic fausto conspirant omine, lucens
Namque obscura prius *Bibliotheca* patet.
Lux micat e tenebris en mutua : noxque vicissim
Lumen, et atra dies a jubare accipiunt.
Fallor an aspicient pulsa caligine ocelli
Lucem, mente Deum justitiæque jubar?
Photi munus erit tot lecta volumina Graium,
Schotti erit hæc Latio reddita posse legi.

Sic reparant tenebræ lumina, noxque diem.
Œdipodioniæ redeunt ænigmata Sphingis,
Nec sua nostra minus sæcula monstra ferunt.
Quisquis at umbrarum sub nomine clara tuetur,
Quæ *Schotus* illustri lumina mente tegit,
Insignisque viri raras examinat artes,
Quas stupet et Latium, Græcia tota stupet :
Non mirum est illam radios emittere, dicet,
Lampada, lumen habet *Photius* unde suum.
Nec rutilas præferre faces mirabitur umbram,
Quæ lucem hanc aliis pluribus ante tulit.
Salvete, o tenebræ, fulgenti luce coruscæ,
Sit satis hoc vestris muneris esse decus :
Photius in medium quod purior exeat orbem,
Lux e nube, redux carcere, nocte jubar.

Joannes Bochius S. P. Q. Antuerpiensi a Secretis.

Nil nisi nomen habens a lumine, luminis expers
Photius, et tenebris obrutus atque situ,
Squallebat, tineasque diu pascebat inertes
Abditus, et patriis sedibus exsul erat.
Aspectuque carens hominum, procul orbe latebat
Hesperio, clausus carcere, lucis inops.
At *Schotus* obscuris nomen qui ducit ab umbris
(Mira cano tenui carmine, vera tamen)
Eruit in densa positam caligine lucem :

Maximilianus Vriendius senatui Gandavensi a Secretis.

Res mira, at vera est, non claro lumine *Schottum*
Clarorem a nebulis spargere posse suis.
Ducis et expertem decus et jubar addere luci,
Scriptaque tot veterum detenebrare patrum.
Mentior, at vetus ille novus modo *Photius*, olim
Clarus, at inde ævo nubilus atque situ.
Qui patria de nocte novas modo lucis in oras
Emica, Ausoniæ illustris honore togæ :
Ille suo solus dignam pro vindice causam

Digitized by Google

Dicet, et accepti luminis usque memor,
Uni plus *Schotto* debere fatebitur, ipsi
Quam sibi, quam soli, quam patrioque solo.
Jeremias Pierssenæus jure-consultus.

Quis credat *cæcas* progignere posse *tenebras*
Lumina, Phœbeis lucidiora oculis?
Non ego, non *physica* quisquam de gente sacerdos,
Ullaque non *Sophiæ* docta magisteria.
Hoc nisi jam nobis jussisset credere *Schottus*,
Photius et cæcis lucidus a tenebris.
Qui nunc *Schotti* opera (ante nitentia nubilus ora, et
Multis dente ævi saucia vulneribus)
Integrior patrio prodit redimitus amictu.
Nec minus Ausonia clarior in tunica.
Non secus ac noctis nigra cum veste videmus
Obruptum Solem, vel pluviis nebulis,
Veste tenebrarum scissa, et sudo æthere, tela
Ejicere hesterna lucidiora die.
Quare dum roseo fulgebit lucifer ore,
Et veniet fuscum nox adoperta caput,
Photi ab illustri radiabit *lumine Schottus*,
Et Schotti cæcis Photius a tenebris.
Αδηλον.

Ite pii manes, et *Photi* nobile lumen
Judicii, qua sol porgit utramque facem.
Schottus te Hesperiis, *Schottus* te sacrat Eois,
Schottus et Eois gratus et Hesperiis.
Cuncta videns nimirum hæc mundo scita dabat *mens*
Stare loco mundi prima elementa jubens,
Ut cæco lux alma chao viduata serenet
Omnia, tum lucem nox inimica premat:
Inque vicem noctis nova lux superenatet æquor,
Et niteat veteri grata parente magis.
In veterum molem scriptorum *Photius* olim
Indiderat lucem, judicii radio:
At radium excipiens texit longinqua vetustas:
Schottus ab ingenio rettulit ecce diem.
Nunc tandem portis mundi bipatentibus infer,
Damnatum tenebris nobile *Photii* opus.
Photius ingenti potuit clarere nitela:
Sed mage præsidii lumine *Schotte* tui.
Ite pii manes *Schotto* duce, et auspice *Schotto*,
Semiadaperta prius, nunc adaperta via est.
Αδηλον.

Nomen habes, *Scote*, a tenebris, a lumine nomen
Photius: ille librum, conficis ipse notas.
Umbra fit interpres lucis, quis crederet unquam?
Hoc lucem est tenebris gignere, nocte diem.
Quas non discutiet tua lux, o *Scote*, tenebras,
Si lucem illustrat nominis umbra tui!
Αδηλον.

Dum tua præclaros auctores scripta recensent,
Hos inter *Scotto* debuit esse locus.
Quid facias, docte o *Photi*, cum tempora nostra
Sint procul a vestris dissita temporibus?
Ne dubita: *Scottus*, quo nunc interprete prodis,
Quot celebras homines, tot subit ipse locos.
Si te, *Scotte*, potes transacta in sæcula ferre,
An taceant nomen secla futura tuum?

AND. SCHOTTI SOC. JESU. IN PHOTII BIBLIOTHECAM

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.

Qui sibi scriptores antiquos interpretandi partes olim sumpserunt, ut qui Platonem atque Aristotelem philosophorum principes illustrandos Græci censuerunt, Alexander Aphrodisieus, Themistius, Simplicius, Proclus, Olympiodorus, Ammonius, et Philoponus, ii fere præfari solent copiose, de auctore, scripto, argumento, modo ac methodo, ordine et tempore; tum de seipsis, suaque opera, et ita re flagitante, interdum de causis suscepti operis disserunt. Idem mihi more institutoque majorum in præsens, etsi μετάφρασιν, non ut illi παράφρασιν afferam, visum est faciundum. Equidem non ignorabam, simul atque arduam hanc *Photianæ Bibliothecæ* Latine interpretandæ provinciam efflagi tantibus amicis suscepi, fore plerosque qui id mihi vitio verterent, parumque me dignum existimarent, cæsa inter et porrecta, quod aiunt, alienis in vestigiis pedem ponere. Quorum autem in reprehensionem noster hic labor incurret, ii fere duorum generum sunt. Alii enim me reprehendent; plures Photium infesti damnabunt: utrisque, si potero, faciam satis; certe si id non consequar, dabo pro virili operam, ut a legendo minime deterreantur. Principio itaque de me, paucis tamen, et sine fuco ac modeste: mox de Photio videbimus. Inaudieram pridem, unum et item alterum in Iberia Græcarum litterarum peritissimum, Photii *Bibliothecam* e Græco in Latinum sermonem commodo publico convertere cœpisse, sed cœpisse tantum, ac vix dimidia operis parte supersedisse, sive Græci exemplaris mendis deterritos, seu laboris fuga in tanta voluminis, cum mole, tum varietate, seu denique utraque de causa cessisse. Romæ quoque tertium perfecisse quidem narrabant, sed ad edendum adduci non potuisse. Græcum itaque codicem magno ære nactus, constantiam a Deo precatus, urgendum opus assidue ad extremum, si qua hinc ad alios utilitas rediret, existimavi. Neque me fugiebat, ex quo interiores hasce litteras tractavi, quam difficile sit bonum agere interpretem, alienique sensus metaphrasten, ut, nisi par sis in utriusque orationis facultate, justam reprehensionem non effugias; quoque major hac in re de bonis Græcis Latina bona efficientium raritas, eo difficilior provincia doctis

Digitized by Google

hominibus, qui eam ipsi plerumque refugiunt, censeatur, ut ad hanc diem usquequaque qui satisfecerint, vix singulos singulæ ætates tulisse videantur: cum decem amplius Aristotelis Ethica Nicomachia, totidemque Rhetorica, nostra parentumque memoria interpretari sint conati, quod in singulis qui antecessissent, posteriores aliquid desiderarent. Quidni igitur posterorum de me judicium reformidem? Elaboravi equidem, quoad ejus fieri potuit, ut non sensa modo verbis comprehensa sequerer (assecutusne sim alii statuent), et non tam verba numerarem, quam sensum ex fide bona appenderem, sed etiam, ut res ipsas, fontesque auctorum a Photio lectorum studiose investigarem. Verum cum eorum plerique temporum injuria intercideriint, eo molestior interdum labor interpretandi exstitit, ut hariolandum nonnunquam fuerit, dum, qui adhuc latent scriptores, Photii opera in apertum proferantur, quod ut cœptum nuper, ita futurum amplius doctorum hominum investigatione non diffido. Diversorum item scriptorum tanta varietas, quanta est in omni philologia, oratoria, historia cum sacra, tum profana, in philosophia, arte medica, ac denique scientiarum regina theologia, negotium quoque facessivit, quod Deo bene juvante tandem superavimus. Auxit et rei difficultatem in singulis auctoribus κρίσις idque Hermogenis potissimum de ideis methodo: quæ ut Aristotelea ac Tulliana longe subtilior est, ita admiratores quidem plurimos sed imitatores paucos hodie reperit. Præter Dionysium enim Halicarnasseum in *Rhetoricis*, et Ulpianum Græcum Demosthenis explanatorem, quotus eam quisque hoc sæculo tractat? Trapezuntii olim talem *Rhetoricam* cum stupore vidit Italia; duos fortasse Germania numerarit, Sturmium et Erythræum; Gallia Julium Scaligerum libris *De poetica*; Hispania unum litteris cognitum laudare potest Pet. Joannem Nunnesium rhetorem ac philosophum, editis *Rhetoricorum* lib. IV, Hermogenis quidem præceptionibus, et Aphthonii ac Theonis, sed Tullianis exemplis. Sunt autem Hermogenis idearum genera septem Σαφήνεια, Μέγεθος, Κάλλος, Γοργότης, Ἦθος, Ἀλήθεια, Δεινότης. Deinde Σαφήνειαν dividit in Καθαρότητα, καὶ Εὐκρίνειαν; tandem τὸ μέγεθος in sex alias formas partitur: in Σεμνότητα, Τραχύτητα, Λαμπρότητα, Σφοδρότητα, Ἀκμὴν καὶ περιβολήν; post *moratam orationem* quatuor metitur dicendi formis: τῇ Ἀφελείᾳ, Γλυκύτητι, Δριμύτητι καὶ Ἐπιτειχείᾳ. Dici etiam vix potest quantum hic tædii absorbendum, cum quot quantisque mendorum monstris conflictandum fuerit, vix ut amplius Herculem fabulosum illum heroa in Augiæ stabulo perpurgando laborasse existimem.

Ad stylum quod attinet, qui in Photio pro re nata varius exsistit, equidem sic temperavi, ut terso castoque sermone Latino, hoc est Romane, si possem, dicerem, sensaque mentis perspicue repræsentarem. Nam vel Tullii umbram, ob dicendi perspicuitatem juxta ac suavitatem, libens amplector, præ horrido illo, hujus ævi atque obscuro, quale Heracliti σκοτεινοῦ fuit, orationis genere. Scholia rei illustrandæ ad oram καὶ ταυτολογούμενα identidem apposui, sumpto subsidio a memoria lectioneque scriptorum veterum: et in critico hoc genere similia invicem componendo, digitum ad fontem, quod aiunt, intendere potius, quam transcribere pretium operæ duxi. Interdum tamen longiora paulo scholia adhibui, cum aut antidoto opus fuit, iique erant refellendi, qui in alia omnia discedunt, aut plura ejusdem auctoris attulimus, ut eorum ex parte laborem minuerem, qui vel ecclesiasticos annales magno Ecclesiæ commodo moliuntur, vel auctores ipsos longe quam antea auctiores meliorcsque dabunt. Cum autem enumeratio ac censura Photio esset principio duntaxat proposita, post, quasi metanœa ductus, eidem placuit Excerpta atque adeo opuscula describere, et in tomum alterum conjicere, mentis augurio, quantum conjicio, fore ut pleraque scripta temporum longinquitate fatiscerent, aut funditus perirent. Nec fefellit augurium. Plerique enim auctores qua hominum incuria, qua vetustatis omnia vastantis injuria, interciderunt. Quamobrem in Excerpta illa longiora pauciores notas in extremo opere apponendas curavi, ut in Plutarchi, Aristidis, Memnonis, et Agatharchidæ ἀποσπασμάτια: quorum interpretes eruditos, ut non contempsi, sic et illorum observationes admisi. In Ctesiæ Persicis atque Indicis, ne sis nescius, diversam interpretationem adhibui et illustravi ab ea, quæ in extremo Herodoto typographorum Στεφάνου opera circumfertur. Et vero curis secundis, posterorumque industriæ aliquid hic fuit relinquendum. Nam quod vere togatorum ait doctissimus M. Varro in lege Mœnia: « Ut in bona segete neque nullum est spicum nequam, neque in mala non aliquod bonum; ita nemo est reprehensus (inquit, vi *De lingua Latina*), qui e segete ad spicilegium reliquit stipulam. » Si quid autem hic peccatum, homo enim sum, ne modicæ te

Offendant maculæ, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura.

Quæso quoque rogoque doctiores, quibus hæc non elaboravi, ut meliora proferant: quod tantum abest ut laturus sim moleste, ut gratiam sim etiam habiturus maximam; nosque doceant, maledictis modo et calumniis abstineant, studiis φιλανθρωπίας nedum Christiano homine indignis. Valeant vero qui tantum sibi falsæ laudis arrogant, quantum de aliis per nefas detrahunt: Illis ego vetus illud accinam: Ἰδοὺ Ῥόδος, ἰδοὺ, καὶ τὸ πήδημα.

Habes de interpretatione; venio ad alterum, gravius tamen ac difficilius ad profligandum quæstionis caput, de Photio Constantinopolitano ejusque scriptis, ut hanc *Bibliothecam* erroris labe vacare demonstrem. Ac primum de moribus videamus, hinc de ingenii monumentis, quæ, paucis

Digitized by Google

demptis, ad hanc diem in tenebris nimis diu delituerunt, nunc illustris juxta ac docti duumviri Marci Velseri auspiciis utraque lingua exemti, non levi proventu fructuque, ut spero et opto, bonarum artium ac disciplinarum, quo pauciores hoc sæculo, cætera felicium ingeniorum feraci, interiores litteras, Græcas præsertim, pertractant. Auctores ejus vitæ recensendæ laudamus, ne quid falso commenti videamur, de Græcis antiquis, ac pene æqualibus, Zonaram, Glycam, Manassem, Nicetam, Curopalatam, quique hunc magnam partem transcripsit Cedrenum, Metrophanis item et Styliani epistolas, acta denique synodi octavæ legitimæ. Exstaret Nicephori Callisti liber *Annalium ecclesiasticarum* tertius et vicesimus, quo de Photio, ejusdem ævi rebus gestis diserte pertractarat, non admodum laboraremus, sed extremi illi libri temporum calamitatem, cæteris salvis, minime effugerunt: nisi forte in Græciæ, quæ libertatem suam, studiorumque ardorem pridem decoxit, angulo aliquo, pulvere, situ, ac squalore obsiti, ut alia plurima veterum scripta, delitescant. Ab Ignatio igitur patriarcha narrationis initium paulo altius repetamus.

Nicephori Augusti, ejus qui Irenem Augustam imperio expulit, ex filia Eutropia atque Michaele imperatore cognomento Rangabe, nepos fuit Ignatius. Hunc in minori ætate, et Theophylactum fratrem majorem natu, virilibus exsecuit; quo facto, repetendi imperii, quamvis paterni atque aviti, spe penitus arcebantur: præterea Ignatium monachi ritu tondendum curavit. Timeat enim tyrannidis vis non minus quam metuatur necesse est, nec minus sit ipsa sollicita quam subditi. Omnino rebus commutatis, imperioque ad Theophilum Michaelis Trauli filium devoluto, Theodora Theophili uxor, cum viro defuncto imperium pro Michaele filio Porphyrogeneta procuraret, fama quæ de Ignatii virtutibus celebris erat, permota, et alioqui pro muliebri ingenio nobilissimi viri calamitatem miserata, nulla ipsius culpa, aliena tantum pravitate contractam, Methodio Constantinopolitano patriarcha vita functo, Ignatium salutis anno DCCCXLVII, magna bonorum omnium gratulatione, substituendum curavit. Initia ac media læta fuerunt, par spei fructus. Secuta est major Porphyrogenetæ ætas, qua sui compos, vitiis mancipatus, matre Theodora rerum procuratione amota, Bardæ seque et imperium regendum permisit, nulla famæ cura, pravo homini perditus juvenis: sed in reliqua nequitia eam tamen laudem meruit, quod litterarum professores stipendio de publico designato, Constantinopoli erudiendæ juventuti constituit, Leone scholis præfecto, magni nominis ea tempestate philosopho. Cæterum Bardam Cæsarem creatum, et acceptam potestatem non publica salute, sed scelerum licentia definientem, usque eo, ut uxore repudiata cum nuru sua stupri consuetudinem haberet, piorum cœtu Ignatius anathematis ignominia notatum expulit, ac veluti Baptistes alter Herodem increpavit. Magnus sane vir, sed meliore sæculo dignus. Perculit ea severitas impotentem hominis animum, ut quem revereri, atque ut medicum amare debuerat, synodo facta episcopatu spoliatum in Mytilenem insulam relegavit. Substituitur per nefas Photius πρωτοασηκρῆτις Zonaræ, usitata sequiori sæculo voce, a Commentariis et Senator urbanus anno Christi DCCCLIX, hoc est, post undecimum patriarchatus Ignatii, de foro repente in Ecclesiæ præfecturam translatus. Raptim omnia et perturbate sunt facta, neque quid legibus sanctum est considerant, ira et ambitione pessimis consultoribus agitati. Nicolaus Romanus Pontifex eo nomine primus, rei gestæ nuntio commotus, episcopos duos Rodoaldum et Zachariam Constantinopolim mittit, cum potestate sacrarum imaginum hostes (quæ pestis late in Oriente grassabatur) novis edictis coercendi, atque in Ignatii causa ejus legati, ut cognitione instituta, visa modo exploratæque, in re præsenti renuntiarent. Adjungit litteras ad Augustum sigillatim, quæ exstant, in Photium gravissimas: contra fas æquumque, atque omnia vetustatis exempla in Ecclesiæ præfecturam irrupisse, ex profano repente Christi pastorem gregis prodiisse, vero præsertim pastore superstite. Legati fraude inducti, studiove principibus gratificandi, Ignatium jure damnatum videri prævaricando præ-nuntiant. Nicolaus quidem atroci nuntio famaque percussus prævaricationis factum legatorum accusavit. Omnino ea temeritate pronuntiandi magis Ignatii causa confirmari visa est, prorsus ut Barda Cæsare deinceps, et Michaele Augusto insidiis Basilii Macedonis sublatis, Adrianus II pontifex Romanus Nicolai defuncti vestigiis incedens, synodo Constantinopoli habita cis episcoporum, anno salutis DCCCLXXXVIII (quæ inter generales octava germana est, Græceque ac Latine studio Matthæi Raderi nostræ societatis presbyteri, post Anastasii Bibliothecarii versionem, lucem nuper aspexit), Photio amoto, Ignatius ut restitueretur perfecerit. Pontifex sane magni animi neque minoris consilii, qui exacta senem ætate, rebus quamvis gerendis inutilem, maluit Ecclesiæ gubernaculis restitui, quam concedere, ut novo ac damnato exemplo disciplinæ labefactandæ aditus relinqueretur. Etsi Nectarius, Tarasius Photii patruus, ejusque successor Nicephorus, et in Occidente Ambrosius e laicis repente episcopi sint creati. Hæc ille præstitit. Ignatii vero subsecuta morte, nova Constantinopoli synodus ληστρικὴ Photium restituit anno DCCCLXXVII, episcoporum CCCLXXXIII, in pristinum locum, initio consensu Rom. Pont. Joannis VIII, uti ejus synodi sessio prima declarat, his verbis: *Quod Dominus noster Apostolicus admittit dominum Photium in patriarcham, testatur Pontificalis stola a summo Pont. domino nostro Joanne ad eum missa: quam propterea direxit, ut omnes intelligant, et certo se aut, dominum Photium recipi a*

Digitized by Google

summo pontifice in patriarcham. Cumque hoc dixisset, dedit Photio pontificalem stolam, humerale indumentum, penulam, et sandalia. Hæc synodus : argumento conciliatæ initio cum Joanne pontifice gratiæ : qui cum eo nomine, ut parum virilis, audiret male, re mature cognita, in ambonem publicum progressus, Photium, veteri anathemate repetito, diris iterum devovit. Quare Ecclesiam ille præpostere, primum quidem occupatam, diu tenere non potuit. A Leone Augusto, cognomento Philosopho, qui patri Basilio successit loco motus, in Armeniarum monasterium anno DCCCLXXXVI ad vitæ exitum (sic arbitror) sive a Catholicis coactus, seu sponte, incertum, secessit. Santabareni amicitia in primis fraudi illi damnoque fuit, venefici ac præstigiatoris, multaque scelera alia in ficta sanctitatis specie tegentis. Sic Augustus putabat ; alii, in his ipse Augusti pater, in sanctissimis monachis numerare soliti erant. Sic sunt hominum judicia cum temporibus alternantia. Tametsi aliæ causæ afflictæ sunt, ut jure pelli videretur, illa exstitit verissima : pœnis scelerum agentibus divina vindicta, atque male occupati honoris conscientia dedere præcipitem, Stephano Augusti fratre in ejus locum subrogato. Is controversiæ inter Romanos et Constantinopolitanos pontifices, nobilis cum primis atque diuturnæ, exitus fuit. Is Photii pseudopatriarchæ casus. Adhuc, brevi tamen vitæ Photianæ scenam seu tragœdiam verius utcunque exhibui, qui bis patriarchatum per nefas, repugnante pont. max., pulso Ignatio, invasit, bis quoque abdicare coactus : privatus tandem et inglorius secedens periit. Nunc elogium ejus, permistis tamen virtuti vitiis, e Niceta Paphlagone in Vita B. Ignatii patriarchæ apponam : Ἦν δὲ οὗτος ὁ Φώτιος οὐ τῶν ἀγνώτων τε καὶ ἀνωνύμων, ἀλλὰ καὶ τῶν εὐγενῶν κατὰ σάρκα καὶ περιφανῶν, σοφίᾳ τε κοσμικῇ, καὶ συνέσει τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ στρεφομένων εὐδοκιμώτατος πάντων ἐνομίζετο. Γραμματικῆς μὲν γὰρ καὶ ποιήσεως, ῥητορικῆς τε καὶ φιλοσοφίας, ναὶ δὴ καὶ ἰατρικῆς, καὶ πάσης, ὀλίγου δεῖν, ἐπιστήμης τῶν θύραθεν. Τοσοῦτον αὐτὸ τὸ περιὸν, ὡς μὴ μόνον σχεδὸν φάναι τῶν κατὰ τὴν αὐτοῦ γενεὰν πάντων διενεγκεῖν, ἤδη δὲ καὶ πρὸς τοὺς παλαιοὺς αὐτὸν διαμιλλᾶσθαι. Πάντα γὰρ συνέτρεχεν ἐπ' αὐτῷ ἡ ἐπιτηδειότης τῆς φύσεως, ἡ σπουδὴ, ὁ πλοῦτος, δι' ὃν καὶ βίβλος ἐπ' αὐτὸν ἔῤῥει πᾶσα. Πλέον δὲ πάντων, ὁ τῆς δόξης ἔρως δι' ὃν αὐτῷ καὶ νύκτες ἄϋπνον περὶ τὴν ἀνάγνωσιν ἐμμελῶς πεφυλακότι. *Erat Photius homo minime obscurus aut ignobilis, sed claris et illustribus oriundus natalibus, rerumque civilium et politicarum usu prudentiaque et sapientia clarissimus ; grammaticæ quoque litteraturæ et carminis pangendi, dicendique laude, quin et philosophiæ et medicinæ, atque omnium prope liberalium disciplinarum externarum studio, cognitioneque tantopere floruit, ut ævi sui facile princeps haberetur : imo et cum veteribus jam posset componi. Omnia quippe confluxerant in illum : aptitudo quædam, et naturæ vis et felicitas, opes, quibus sibi librorum omnium maximam copiam comparabat; et quod præ cunctis, gloriæ laudisque cupido, qua flagrans, totas noctes, ut lectioni assidue vacaret, insomnes ducebat.* Idemque Nicetas graphice eum vivisque coloribus depingit. Ex quo, scriptisque Græcorum omnium, ampliss. Cæsar card. Baronius, sacræ pater historiæ tomo *Annalium Ecclesiast.* X, sua est mutuatus. Equidem non sum adeo demens, mentisque inops, ut Photii vitia defendenda aut flagitia excusanda suscipiam. Jam enim judicatus est. Gravis certe ira odiumque atque ambitio, hominem cætera sæculi sui doctissimum, egerunt tandem præcipitem. Hinc illæ lacrymæ. Aula nimirum quæ multis hodieque mentem eripit, et infatuat, Photium quoque excæcavit, ut non injuria vetus poeta, nescio quis, aula exire, qui pius esse volet, suadeat.

Illud mihi in præsentia de *Bibliotheca*, quæ in manibus est, pace piorum præfari testarique liceat, scriptam a Photio videri, imo effici, dum Cæsaris legatum in Assyria agens, nondum patriarchatus dignitatem per nefas ambiit. Argumenta sunt principio de sacrarum imaginum cultu passim illum catholico ritu et sentire et prædicare, ut in Evagrio codice 29; in synodo Sidetana, cod. 52 ; in Clemente Alexandrino, cod. 110; in Lucio Charino, cod. 114; in Pierio, cod. 119; in Procopio Gazæo, cod. 160. Deinde, quod summos Rom. Ecclesiæ pontifices, sanctosque Occidentis Patres B. Leonem, Irenæum, Ambrosium, Augustinum, cæteros, hoc in opere honorifice semper appellet. Tertio quod initio septem enumeret synodos singularique tractatu, tom. I *Conciliorum*, octavam autem veram, qua restitutus in patriarchium Ignatius, Adriani II auctoritate, ac ne alteram quidem λῃστρικήν, cui ipse flagitiose præfuit, damnataque, ut diximus, est et explosa, nusquam hic nominet (citatur tamen, etsi præpostere a Joanne Zonara, Theodoro Balsamone, et Gratiano in *Decretis*, c. 7, q. 1, c. *Hoc nequaquam* 45); jactaret haud dubie, prædicaretque, ut suo plerumque perire sorex indicio consuevit, ac tegere odii flammam præcordiis hærentem quin evomeret nequisset. Quidam tamen homines eruditi, quibus ut assentirer nondum mihi imperare potui, secessus opportunitate, cum iterum abdicare patriarchatu coactus esset, invitatum, ad scribendum accessisse arbitrantur, quo solatio litterarum animum curis gravem sustentaret, molestiasque omnes in librorum lectione et suavitate deponeret. Mihi vero, salva amicitia, verior sententia prior videatur. Tantum de scriptionis tempore, illud modo ἐν παρόδῳ adjiciam, centesimo amplius anno post Ignatii Photiique ævum, in eadem Byzantina sede resedisse Joannem Xiphilinum Trapezuntium, montis Olympi monachum, annis XI, mens. VII, cujus exstent Augustorum Vitæ e Dione Cassio ; qui Dion ea in parte epitomes opera mutilatus intercidit, quemadmodum et T. Livius multo maximam partem abbreviatoris culpa, ut Justini compendio Pompeium

Digitized by Google

INDEX AUCTORUM BIBLIOTHECÆ PHOTIANÆ

ALPHABETI SERIE ET CODICUM NUMERO ASCRIPTO.

A

Achilles Tatius. De rebus Leucippes et Clitophontis libri VIII, cod. LXXXVII.

Acta disputationis hæreticorum, coram Joanne patriarcha Constantinopolitano, cod. XXIV.

Adriani Isagoge S. Scripturæ, cod. II.

Adriani declamationes, cod. C.

Ænesidemi Ægei de Pyrrhoniis libri VIII, cod. CCXII.

Æschinis orationes III et epistolæ XI, cod. LXI et CCLXIV.

Actii Amideni operis medici libri XVI, cod. CCXXI.

Agatharchidæ Histor., cod. CCXIII. Inde excerpta, cod. CCL.

(78) De Basiliis B. Chrysos. amicis remitto te ad Baron. card. *Annal.* tom. IV, ad an. Chr. 372 et Notas Claud. Dausqueii nostri in homil. B. Basil. Seleuciens. De Basilio autem Cæsareæ Cappadocum hic locutum Georgium, ex ipsius opere integro manifestissimum. Vide etiam inf. cod. 168.

(79) Gazæ, sive Majumæ episcop. Niceph. cap. 2.

(80) Eosdem iterum visos esse morienti, Niceph. lib. XIII, cap. 37, retulit.

Digitized by Google

ἦλθε μονάσαι, καὶ ἀποκειρόμενος [48] τὰς τρίχας, προσευχομένου τοῦ ἁγίου ἀπείληφε τὸν ὀφθαλμόν. Γυνὴ [49] δέ τις αἱμόῤῥους ἐπὶ ἔτη ἑπτὰ ἔτυχε τῆς ἰάσεως. Καὶ λέοντα δὲ, ὥς [50] φησι, πολλοὺς ὁδοιπόρους ἁρπάζοντα, τοῖς αἰτησαμένοις δοὺς τὸ τοῦ σταυροῦ σύμβολον, νεκρὸν ἔδειξεν [51] ὑπὸ τῷ σταυρῷ.

Ὅτι μετὰ τετραετίαν διὰ τὸν ὄχλον τῶν προσιόντων ἐξέρχεται τῆς μονῆς, καὶ ἔτι ἔτη δύο ἔν τινι σπηλαίῳ ἄϋπνος τὰ πολλὰ διετέλει, μὴ ἀναπεσὼν [140 H.] ὅλον τὸν χρόνον τῆς διετίας· ἐν ᾧ καὶ νεκρωθεὶς ὑπὸ τοῦ κρύους τὰ περὶ τὴν [52] γαστέρα καὶ τοὺς νεφροὺς, εἰσέρχεται διὰ τὴν νόσον ἐν τῇ πόλει· ἐν ᾧ καὶ χειροτονεῖται ὑπὸ Μελετίου διάκονος, καὶ ὑπηρετεῖ τῷ θυσιαστηρίῳ ἔτη πέντε. Γράφει δὲ τότε καὶ τοὺς πρὸς Σταγείριον [53] τρεῖς λόγους καὶ τοὺς *Περὶ ἱερωσύνης* καὶ τοὺς *Περὶ ἀκαταλήπτου*. Τελευτήσαντος δὲ Μελετίου ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀναχωρεῖ πάλιν ὁ θεῖος Ἰωάννης ἐν τῷ μοναστηρίῳ. Φλαβιανὸς δὲ ἀντὶ Μελετίου καταστὰς ἐκ θείας ἀποκαλύψεως χειροτονεῖ πρεσβύτερον, ἀπὸ τοῦ μοναστηρίου εἰς τὴν πόλιν αὐτὸν ἀγαγών, τῆς ἀποκαλύψεως καὶ Ἰωάννην χειροτονηθῆναι καὶ Φλαβιανὸν χειροτονῆσαι ἐπιτρεπούσης. Καὶ περιστερὰ δὲ ἐπιπτᾶσα καὶ ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦ χειροτονουμένου στᾶσα ἐδήλου τὴν ἐπ' αὐτῷ θείαν χάριν, ὅση ἔσται. Καὶ διέτριψεν ἐν τῷ τῆς Ἀντιοχείας ἱερατείῳ ἔτη ιβ'. [256 R.] Ἦν δὲ διὰ ζῆλον σωφροσύνης ἐκ νέας ἡλικίας πικρὸς, καὶ θυμῷ μᾶλλον ἢ αἰδοῖ χαριζόμενος. Πολλὰς δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐγγράφους ἐποιήσατο ἐξηγήσεις, καὶ τοῦ ἐπισκόπου βιασαμένου καὶ αὐτοσχεδίως καθωμίλησε [54] τῷ λαῷ ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος.

Ὅτι γυναικός τινος Εὐκλείας υἱὸς νόσῳ πυρεκτικῇ βληθεὶς ἀπεγνώσθη, ἔτυχε δὲ παρὰ Ἰωάννου τῆς ἰάσεως διὰ τοῦ ὕδατος, ὃ ἐκεῖνος σφραγίσας περιῤῥανθῆναι ἔδωκε. Καὶ γυνή δέ τις τῶν Μαρκιανιστῶν (ἀρχὰς δέ τινας τῶν ἐν τῇ πόλει ὁ ταύτης ἐχείρισεν ἀνὴρ) δυσεντερικῇ περιπεσοῦσα νόσῳ ἀπέγνωστο, τυχοῦσα δὲ τῆς ἰάσεως αὐτή τε καὶ ὁ ταύτης ἀνὴρ σὺν παντὶ τῷ οἴκῳ πρὸς τὴν ὀρθοδοξίαν ἐπέστρεψε, καὶ πολλοὶ ἄλλοι τῶν Μαρκιανιστῶν.

Ὅτι Νεκταρίου Κωνσταντινουπόλεως τελευτήσαντος μετάπεμπτος ἀπὸ Ἀντιοχείας ὁ Χρυσόστομος γίνεται, πολλὰ μὲν ἐναντιωθέντων τῶν Ἀντιοχέων (τὸ γὰρ οἰκεῖον ἀγαθὸν αὐτοὶ καὶ ἔχειν [55] ἠξίουν), ἐνικησάσης δὲ ὅμως τῆς βασιλικῆς μεταπέμψεως [56]. Καὶ χειροτονεῖ τοῦτον ἄκων ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας Θεόφιλος· ἐπεσείοντο γὰρ αὐτῷ, εἰ μὴ πρὸς τὴν χειροτονίαν κατανεύσοι, οἱ τῶν ἐγκλημάτων λίβελλοι. Χειροτονεῖται γοῦν ψήφῳ κοινῇ, καὶ δαιμονῶν ἐξ αὐτῆς [57] τῆς παρ' αὐτοῦ τυγχάνει ἰάσεως.

cto viro detonsus oculum recepit. Mulier quoque sanguinis fluxu annos septem afflicta, valetudinem recuperavit. Leo etiam, ut ferunt, viatores multos abripiebat; at cum rogatus Joannes crucis eis signum impressisset, hujus mox ille vi exanimatus est.

Post quadriennium deinde, ob frequentem accedentium turbam, monasterio excessit, et biennium adhuc in speluuca quadam, insomnis plerumque, nec unquam toto illo tempore humi stratus, delituit. Emortuis autem hic præ frigore iis corporis partibus, quæ ventrem ac renes attingunt, in urbem hoc malo coactus revertit, ubi a Meletio diaconus ordinatus, altari 80a quinque per annos ministravit. Scripsit tum ad Stagirium libros tres, et *De sacerdotii dignitate* (81), et *De incomprehensibili* (82). Verum Meletio Constantinopoli exstincto, in monasterium beatus Joannes revertit: quem Flavianus, Meletii in sede Antiochena successor, apparitione divina monitus, e cœnobio in urbem reductum presbyterum creat (83). Quæ sane visio et Joannem ordinari, et Flavianum ordinare mandabat. Columba item illa advolans, quæ jam ordinandi capiti insedit, quanta Dei gratia repletus ille esset, satis ostendit. Antiochiæ itaque sacris operatus est ad annos duodecim. Erat autem ob ardens probitatis studium jam inde ab adolescentia severus atque asper (84), et iracundiæ potius, quam verecundiæ morem gerens. Varios rursum Antiochiæ conscripsit commentarios: et episcopo urgente ex tempore est de superiore loco ad populum concionatus.

Feminæ Eucliæ nomine filius, febri ad medicorum desperationem correptus, a Joanne curatus est aqua, quam ille cruce signatam ad aspergendum dederat. Mulier item quædam sectæ Marcionistarum (cujus conjux ea in urbe magistratum quemdam gerebat) dysenteria graviter laborans, desperata jacebat: sanitate vero per illum recepta, ipsa cum conjuge, omnique adeo familia, compluresque alii Marcionistæ, hæresi abjurata, ad orthodoxos redierunt.

Nectario deinde Constantinopolitano patriarcha vita functo, evocatur Antiochia Chrysostomus, multum repugnantibus Antiochenis, qui suum ipsi bonum amittere nolebant. Pervicit tamen Cæsaris jussum, ordinatque hunc (85) invitus Theophilus Alexandriæ præsul. Timendi enim erant ei accusationum libelli (86) nisi ordinationi annuisset. At dum ille communi decreto ordinatur, a dæmoniis obsessus quidam ejus ope liberabiit.

VARIÆ LECTIONES.

[48] ἀποκειρόμενος τὰς τρίχας προσευχομένου A : ἀποκειρομένου ς. [49] γυνὴ A : καὶ γυνὴ ς. [50] ὡς add. A. [51] ἀπέδειξεν ὑπὸ τοῦ σταυροῦ ς. [52] τὴν om. A. [53] τάχιρον pr. A. [54] καθωμ.] καὶ καθωμ. ς. [55] καὶ ἔχειν] fortasse leg. κατέχειν. [56] διαπέμψεως ς. [57] ἐξαυτῆς A : αὐτίκα ς.

NOTÆ.

(81) Hos mire prædicat Suidas.

(82) Addit Nicephorus, lib. XIII, cap. 2, in fine Περὶ τῶν συνεισάκτων.

(83) Mire variant hic historici, teste Niceph. lib. XIII, cap. 2 in fine. Simeon Metaphrastes nobiscum facit.

(84) Suidas eodem, ut et Cassiod.

(85) Quod Isidoro presbyt. Alexandrino hunc episcopatum tradere studeret, Niceph. lib. XIII, cap. 2.

(86) Quos adversus Theophilum oblatos examinatum iri minabatur Eutropius præpositus palatii, ut habet Cassiod. in Vita B. Chrysost.

Digitized by Google

Magnus itaque jam ordinatus Chrysostomus illum continuo morem sustulit, quo cœlibatum professi, diversi sexus (87) contubernales apud se alebant. In injustos item, ventrique ac libidini deditos, longis invectus est orationibus. Erat adhæc pauperum ita studiosus, ut hinc a plerisque Eleemosynarius cognominatus sit. Uno dicam verbo, et virtutem omnem docebat, et ab omni vitio deterrebat. Misit autem et in Phœniciam monachos, qui idololatriæ illic etiam num deditos ab errore in viam reduceret : 80b per quos item imperatoris legibus armatos, idolorum fana subvertit, subversionis sumptibus piis aliquot feminis suppeditantibus. Celticam (88) adhæc [militum] turbam Arianismo infectam, ordinatis qui ejus gentis linguam callerent sacerdotibus, orthodoxorum gremio restituit. Ad Istrum insuper misit, qui Noniadas ibi Scythas ad Christianæ fidei veritatem volentes adduxerunt. Marcionis præterea hæresim (89), in Oriente tum repullulantem, funditus exstirpavit. Nocturnos psalmorum hymnos auxit. Solus vero cibum capere solebat, (90) tum quod vino ob capitis calorem prorsus abstineret (nisi id forte æstate tantum cum rosaceum [91] biberet), tum etiam quod ægro stomacho esset, ut ea fere quæ ipsi apponebantur, non ederet, sed alia pro his appeteret : tertio denique, quod frequenter negotiis vacans, absque cibo diem transigeret. Clero autem rigidus nimis atque asper videbatur. Et Serapion (92) ejus diaconus ingentem illi invidiam conflavit. Etsi multos etiam alias ob causas Joannes ab Ecclesia relegavit. Conflictatus deinde Serapion etiam cum Severiano Gabalorum episcopo, ingens hujus excitavit in Joannem odium, quod ad extremum usque spiritum retinuit. Amabatur tamen Joannes singulari studio a populo, ob crebras in templo conciones : ut ipse vicissim sancti Pauli epistolas valde adamabat, quas et explanavit; visusque est a Proclo (93) tribus continuo noctibus Paulus apostolus, suarum illi suggerens epistolarum interpretationem.

Offendit insuper Augustam Joannes propter Theuderichum (94) patricium. Ab iniqua enim exactione, quam Augusta exigebat, cum ægre hominem liberasset, illeque post facultatum maximam partem, ut gratuitum Deo donum, Ecclesiæ pauperibus attribuisset, in iram hinc Eudoxia invidiamque incensa est. Eutropius (95) legem ferendam curarat, ne ad

A Ὅτι ὁ μέγας Χρυσόστομος παραυτίκα τοὺς ἔχοντας συνεισάκτους τοῦ ἔθους ἐξέκοψε, καὶ κατὰ τῶν ἀδίκων καὶ γαστριμάργων καὶ φιληδόνων λόγους μακροὺς κατέτεινεν. Ἦν δὲ καὶ ἐλεήμων σφόδρα, ἐξ οὗ παρὰ πολλοῖς ὁ τῆς ἐλεημοσύνης ἐπεκλήθη Ἰωάννης. Καὶ ἁπλῶς πᾶσαν μὲν ἀρετὴν ἐδίδασκε, πάσης δὲ κακίας ἀπέτρεπεν. Ἀπέστειλε δὲ καὶ εἰς Φοινίκην μοναχοὺς ἐφ' ᾧ τοὺς ἔτι τῇ εἰδωλολατρείᾳ κατεχομένους ἁπαλλάξαι τῆς πλάνης· οὓς καὶ νόμοις ὁπλίσας βασιλικοῖς τοὺς ναοὺς τῶν εἰδώλων κατέστρεφε, τῶν ἀναλωμάτων τῶν ἐπὶ καταστροφῇ ἐκ τῶν εὐλαβῶν γυναικῶν παρεχομένων. Καὶ τὸν Κελτικὸν δὲ ὅμιλον ἀρειανίζοντα, ὁμογλώσσους χειροτονήσας, μετέστρεψεν [58] εἰς τὴν ὀρθοδοξίαν. Καὶ ἐπὶ τὸν Ἴστρον πέμψας τοὺς νομάδας Σκύθας ἐπὶ
B τὸν [141 H.] Χριστιανισμὸν ἐκόντας εἵλκυσατο. Καὶ τὴν Μαρκίωνος αἵρεσιν κατὰ τὴν Ἀνατολὴν φυομένην ἐξένεμε. Καὶ τὰς νυκτερινὰς ψαλμῳδίας ἐπηύξησε. Μόνος δὲ ἤσθιεν, ὅτι τε οἶνον διὰ τὴν τῆς κεφαλῆς θέρμην οὐκ ἔπινεν, εἰ μή που ἐν τῷ θέρει τὸν [59] διὰ ῥόδου [60], καὶ ὅτι κακόσιτος ὢν οὐκ ἐχρῆτο τοῖς παρακειμένοις αὐτῷ πολλάκις, ἀλλ' ἀντ' αὐτῶν ἄλλα ἐπεζήτει, καὶ τρίτον ὅτι πολλάκις σχολάζων ἄσιτος δι' ἡμέρας ἔμενεν. Ἐδόκει δὲ τῷ κλήρῳ μάλιστα σκληρὸς εἶναι καὶ τραχύς. Καὶ Σεραπίων δὲ ὁ διάκονος αὐτοῦ πολλοῦ μίσους αὐτῷ γέγονεν αἴτιος. Πολλοὺς δὲ καὶ ὁ [61] Ἰωάννης ἄλλους δι' ἄλλας αἰτίας τῆς Ἐκκλησίας ἐξέβαλε. Προσκρούει δὲ Σεραπίων [62] καὶ Σεβηριανῷ τῷ Γαβάλων, καὶ τίκτεται μεγάλη
C αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰωάννην ἔχθρα, ἣν καὶ μέχρι τέλους συνετήρει. Ὁ δὲ λαὸς διὰ τοὺς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ λόγους σφόδρα ἠγάπα τὸν Ἰωάννην. Ἠγάπα δὲ οὗτος τὰς τοῦ ἁγίου Παύλου ἐπιστολὰς λίαν, καὶ ἡρμήνευεν αὐτάς· ἐμφανίζεται δὲ Πρόκλῳ ἐπὶ τρεῖς [257 R.] νύκτας ἐμπνεόμενος ὁ μέγας Ἰωάννης ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου [63] εἰς τὴν τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ [64] ἑρμηνείαν.

Ὅτι προσκρούει τῇ Βασιλίδι διὰ Θεοδώριχον [65] τὸν πατρίκιον. Τῆς μὲν γὰρ παραλόγου εἰσπράξεως, ἣν ἐποίει ἡ βασιλίς, μόλις ἀπαλλάσσει τὸν ἄνδρα· ὁ δὲ δίδωσι τῷ τῆς Ἐκκλησίας πτωχείῳ εὐχαριστήριον τῷ Θεῷ τὸ πολὺ μέρος αὐτοῦ τῆς ὑπάρξεως, ὑφ' οὗ πρὸς κακίαν καὶ διαβολὴν ἀναφλέγεται ἡ Εὐδοξία. Ὅτι Εὐτρόπιος νόμον εἰσάγει τοὺς πρόσφυγας τῆς ἐκκλη-
D σίας μὴ τυγχάνειν τοῦ τῆς ἀσυλίας προνομίου, καὶ

VARIÆ LECTIONES.

[58] κατέστρεψεν ς. [59] τὸν pr. A : τὸ ς. [60] ῥόδων ς. [61] ὁ om. A. [62] Σαραπιων A. [63] post ἀποστόλου cum A omisi Παύλου. [64] αὐτοῦ add. A. [65] Θευδέριχον corr. A.

NOTÆ.

(87) συνεισάκτους, sive subintroductas, et ἀγάπητὰς vocabant, de quibus D. Baron. t. V, ann. Chr. 398, et B. Greg. Nazianz., *Carm. ad Virgin.* vers. 96; *Gnomisque distic.* vers. 13. Ejusd. item Comment. Nicetas in orat. 43.

(88) *Scythiam* Theodoret. et Niceph. cap. 2, itemque Cassiod.

(89) Apud *Osroænos* Niceph.

(90) Quo vero consilio id ille fecerit, nemo clare dixit, inquit Niceph. Plures rationes vide apud Pallad. et Metaphr.

(91) διὰ ῥόδων, quod ῥοδίτην vocavit Diosc. lib. v,

(92) De quo Niceph. cap. 9, et Cassiod. init. Vitæ B. Chrysost. Quem etiam acerbius incusat Leo imp. orat. in B. Chrysost. quam hujus Georgii vestigia proxime insectandos, tantum non ad verbum hinc videtur transcripsisse.

(93) Chrysost. hic primum scriba, ac multo post tempore in episcopatu etiam successor. Niceph. lib. xiv, cap. 48.

(94) Theodericum al. vide Metaphr. hic post causam Antonini, Pallad., etc.

(95) Niceph. hæc refert, cap. 4.

Digitized by Google

μετ' οὐ πολὺ καταφυγὼν αὐτὸς τῆς οἰκείας ἀπολαύει νομοθεσίας. Οὗ ὑπὸ τὸ θυσιαστήριον ἐρριμμένου λόγον ἐλεγκτικὸν διεξῆλθεν ὁ μέγας Ἰωάννης, καὶ πολλοὺς εἰς μῖσος ἐκίνησεν· ἐδόκει γὰρ ἀφιλανθρώπως λίαν ἐπιπλήττειν τὸν δυστυχοῦντα. Ὅτι τῶν Ἀρειανῶν τὰς ἐκκλησίας ἀφείλετο, καὶ τὸν βασιλέα αἰτησάμενος τῆς πόλεως ἐξέβαλε. Καὶ ἀντίφωνα ἐκείνων ἐπιτηδευσάντων εἰς ἐξαπάτην τῶν ἁπλουστέρων αὐτὸς ὑπερέβαλε, συναραμένης τῆς βασιλίδος, ὡς καὶ σταυροὺς ἀργυροῦς τοῖς ἀντιφώνοις παραπήγνυσθαι. Ἀρχὴν δέ φασι τῶν ἀντιφώνων Ἰγνάτιον γενέσθαι τὸν θεοφόρον, ἀγγέλους τὸ θεῖον ὑμνοῦντας τοῦτον τὸν τρόπον ἐκμιμησάμενον. Ὅτι Γαϊνᾶς ὁ Ἀρειανὸς δυνατὸς ὢν ᾔτησε τῷ βασιλεῖ ἐκκλησίαν, καὶ ὁ Ἰωάννης παρὼν μετὰ πολλῆς ἐπετίμησε τῆς παῤῥησίας καὶ τὴν αἴτησιν ἀπεκρούσατο. Χρόνῳ δὲ ὕστερον χεῖρας ἀντάραντος βασιλεῖ μηδὲν μελλήσας [66] ὁ Ἰωάννης, ἀξιούντων τοῦτο πάντων, πρὸς αὐτὸν παραγίνεται διαπρεσβεύσασθαι, καὶ παύει τότε τὴν ἐπανάστασιν.

A ecclesiam confugientibus sacri immunitas loci valeret. Sed post non diu cum Eutropius ipse ad ecclesiam perfugisset, legis suæ fructum tulit. Eo igitur ad aram prostrato, reprehensionis plenam orationem adhibuit Joannes, qua plurimorum in se odium concitavit. Nimis enim inhumane afflictum hominem accipere visus est. Arianis sacras ecclesias ademit, et, imperatoris implorata ope, Constantinopoli exegit. Antiphonis (96) item [alternis cantandis,] quibus illi compositis plebem circumveniebant, **81***a* eosdem superavit : ita adjuvante Augusta, ut et argenteæ cruces ad antiphonorum cantum decorandum adhiberentur. Cæterum antiphonorum originem ad Ignatium illum divinum hominem referunt, laudes Dei concinentes angelos B hac in re imitantem. Gainas (97) Arianus, cum potentia valeret plurimum, templum Arianis suis in urbe ab imperatore postulabat. Sed Joannes ibi tum præsens, ingenti cum libertate rem penitus improbavit, obstititque ne postulata ille obtineret sua. Post igitur cum copias idem, contra imperatorem insurgens, collegisset, Joannes, nihil veritus, reliquis omnibus id postulantibus, ad barbarum legationem instituit, ac rebellionem compressit.

Ὅτι Εὐσέβιος ἀπὸ τοῦ Κελβιανοῦ [67] ἐπίσκοπος Οὐαλεντινουπόλεως [68] κατὰ Ἀντωνίνου [69] τοῦ Ἐφεσίων λιβέλλους ἐπιδίδωσι. Περιείχετο δὲ τοῖς βιβλίοις [142 H.] ἐγκλήματα ἑπτά, ἱεροσυλίας τρία· καὶ ὅτι παῖδα φονέα γεγονότα ἀνεπιτίμητον ἔχει μεθ' ἑαυτοῦ· καὶ ὅτι τὸ διαφέρον τῇ Ἐκκλησίᾳ τόπιον [70], ὅπερ Βασιλίνα ἡ τοῦ Ἰουλιανοῦ μήτηρ κατέλιπε, πωλήσας ἐσφετερίσατο· καὶ ὅτι τῇ γυναικὶ ἀποταξάμενος συνήπτετο καὶ ἐπαιδοποίησεν ἐξ αὐτῆς· ἕβδομον δὲ ὅτι ἐπὶ χρήμασι [71] χειροτονεῖ. C Ἐξετάζεται ὡς [72] βαρύτερον τὸ ἕβδομον, καὶ τῆς δίκης ἐπὶ πολὺ παρατεινομένης (ἐχρηματίζετο γὰρ ἐθελοκακεῖν καὶ ὁ κατήγορος), ὁ μὲν Ἀντωνῖνος τελευτᾷ, ὁ δὲ μέγας Ἰωάννης πρὸς τὴν Ἔφεσον παραγίνεται, καὶ τοὺς ἐπὶ χρήμασι χειροτονηθέντας συγκαταθεμένους, ἓξ ὄντας τὸν ἀριθμόν, καθαιρεῖ. Καθαιρεῖ δὲ καὶ ἑτέρους ἓξ ἐν τῇ Ἀσίᾳ διὰ τὴν αὐτὴν νόσον. Καὶ χειροτονεῖ ἀντὶ μὲν Ἀντωνίνου Ἡρακλείδην τὸν οἰκεῖον διάκονον, ἐφ' ᾧ καὶ στάσις συμβαίνει, καὶ ἀντὶ τῶν λοιπῶν ἑτέρους εὐλαβείᾳ καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ πολὺ διαφέροντας. Ἀλλ' οὗτοι πάντες ἐξορισθέντος τοῦ Χρυσοστόμου τῶν ἐπισκοπῶν ἀπηλάθησαν, τῶν κατεγνωσμένων καὶ ἐκβεβλημένων πάλιν τοῖς θρόνοις ἐγκαταστάντων.

Eusebius Valentianopolis post Celbianum episcopus, contra Antoninum (98) Ephesiorum antistitem libellos obtulit, quibus ille septem accusationis capita (99) complexus est ; sacrilegia tria ; deinde quod puerum homicidam, quem idcirco ne reprehendisset quidem, apud se haberet : tum quod quidquid ad Ecclesiæ utilitatem a Basilina Juliani matre relictum esset, ipse vendidisset, sibique vindicasset : quod uxore præterea, quam pietatis antea studio deseruerat, rursus familiariter uteretur, ac sobolem etiam ex ea sustulisset : septimum denique, quod pecunia corruptus ordinaret. In septimum autem crimen, cum id omnium gravissimum videretur, inquisitum est. At dum judicium hoc in longum protenderetur (de industria enim improbe agere etiam ipse accusator dicebatur), Antoninus interim diem clausit extremum. Quare magnus Joannes Ephesum ipse proficiscitur, pecuniaque ordinatos, et crimen fassos, sex numero, sedibus submovit. Totidem alios in ea ipsa Asia ob idem crimen episcopatu expulit. In Antonini vero locum Heraclidem diaconum suum suffecit, unde et seditio exorta est. Pro submotis item illis aliis, pietate, cæterisque virtutibus longe meliores episcopos creavit. Qui tamen omnes, pulso post in exsilium Chrysostomo, episcopatu privati sunt, receptique suis rursum sedibus, qui judicio ejecti erant.

Ὅτι Σεβηριανὸς ὁ Γαβάλων μαθὼν Ἀντίοχον εν Κωνσταντινουπόλει παραγεγονότα καὶ [260 R.] χρή- D Severianus (1) quidam Gabalorum episcopus, cognito Antiochum Constantinopolim venisse (2),

VARIÆ LECTIONES.

[66] libri μελήσας. [67] τὸ κελβιανὸν A. [68] Οὐαλεντιανουπόλεως ς. [69] Ἀντωνίου ς. [70] τόπιον C ς, τὸ πᾶν A. [71] χρήματα ς. [72] ante ὡς cum A omisi δέ.

NOTÆ.

(96) Ἀντίφωνα describit Niceph. « Carmina, quæ alternis per responsionem concinuntur. » Vide totum cap. 8.

(97) De Gaina, lege Niceph. cap. 5 et 6.

(98) Qui apud Nicephor. cap. 9, et semel hic non recte Antonius appellatur.

(99) Quæ leges apud Pallad. et Metaphr.

(1) Ptolemaidis Syriæ episcop. Niceph.

(2) Niceph. hæc cap. 5, sub fin. Habes autem ex hoc ipso producta testimonia apud Theodoret. in *Eranista*, meminitque Gennad. in *Catal.* cap. 21.

Digitized by Google

atque per dicendi gratiam rem auxisse familiarem, eodem et ipse accessit. Huic igitur Joannes Ephesum proficiscens, suas, dum abesset, docendi in Ecclesia vices commendavit. Hinc ergo imperatori Severianus omnibusque adeo innotuit.

A Callitropa (3), pronaucleri cujusdam vidua, iniquæ exigebantur multæ. Paulacius vero **81***b* Alexandriæ Augustalis his exprimendis, quæ nummorum quingentorum summam conficiebant, miseram exercebat. Confugit hæc ad Augustam, quæ a Paulacio auri libras centum multæ nomine exegit : e quibus tamen misere huic afflictæ mulierculæ sex tantum et triginta nummi cesserunt. Illa igitur velut in communem tempestate jactatorum portum, ad magnum se recepit Joannem : qui mox dicam Paulacio scripsit de quingentis viduæ aureis persolvendis. Eudoxia hinc simultatem cum Joanne suscepit, liberum dimitti Paulacium satagens; neque tamen ei mos geritur, sed justa nihilominus postulans justus præsul, quod per nefas ille retinuerat, injuria affectæ mulieri restituit. Qua in re et miraculum accidit. Extrahere enim Paulacium dum studet Eudoxia, vel invito Joanne, ecce tibi hastam ferens angelus apparuit, qui missos ab Augusta satellites terrore percellens (4), ne mandata illi persequerentur, effecit. Ex his ergo atque similibus [prædaris beati Joannis facinoribus] Acacius Berrhœæ, Theophilus, Antiochus, et Severianus, adjuvante maxime atque præeunte Eudoxia, improba illa in Joannem consilia moliri cœperunt : subsecutis confestim et aliis multis, quibus ille suis increpationibus molestus fuerat.

Theophilus (5) Petrum Alexandriæ archipresbyterum hoc nomine accusavit, quod Manichææ mulieri eucharistiam tradidisset. Hic vero pro sui defensione afferebat, et conversam illam esse, et nonnisi ejus jussu mysteriorum participem factam. Qua in re fidei testem laudavit Isidorum presbyterum, advenis Alexandriæ recipiendis præfectum. Hic ille est, quem ob virtutem Theophilus antea ad Damasum miserat, quique Flaviano (6) amicitiam Roma societatemque attulerat, cum jam vicesimum annum utraque Ecclesia ab altera dissideret. Hic, inquam, Isidorus secundum Petrum testimonium dixit. Quare Theophilus ira incensus, Petrum extemplo Ecclesia submovit, in Isidorum vero illum admirandum virum, quas impudicitiæ plenas finxerat tabulas, protulit, et puerum accusatorem pretio subornavit. Quod ubi facinus deprehensum est, magis etiam iracundia Theophilus excanduit : etsi illa quoque alia ex causa accensa est. Mille enim nummos, quos inopibus distribuendos Theodota tribuerat, Isidorus acceperat et distribuerat, nihil

A ματα διὰ τὴν ῥητορείαν αὐτοῦ συλλεξάμενον καὶ αὐτὸς παραγίνεται, διδάσκειν δὲ αὐτὸν ἀπαίρων εἰς Ἔφεσον ὁ μέγας Ἰωάννης ἀντ' αὐτοῦ ἐπ' Ἐκκλησίας [73] ἐπιτρέπει, ἐξ οὗ καὶ τῷ βασιλεῖ καὶ πᾶσι γνώριμος γίνεται.

Ὅτι Καλλιτρόπη ἡ χήρα γυνή τινος προναυκλήρου ζημίας εἰσπράττεται παραλόγους. Παυλάκιος δ' ἦν ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας αὐγουστάλιος ὁ ταῖς ζημίαις ἐκτρίβων τὸ γύναιον, εἰς πεντακόσια δὲ νομίσματα ἐκεφαλαιοῦτο ἡ ζημία. Καὶ καταφεύγει αὕτη πρὸς τὴν βασίλισσαν, καὶ ἀπαιτεῖται ὁ Παυλάκιος χρυσίου λίτρας ἑκατόν· τὸ δὲ ἐκτετρυχωμένον γύναιον, λαμβάνει μόνα λς' νομίσματα. Προστρέχει τοίνυν τῷ κοινῷ τῶν χειμαζομένων λιμένι, τῷ μεγάλῳ Ἰωάννῃ. Ἄγεται παρ' αὐτοῦ ὁ Παυλάκιος B ἀπαιτούμενος τὰ πεντακόσια τῆς χήρας νομίσματα. Γίνεται πρὸς αὐτὸν ἡ Εὐδοξία δι' ἔχθρας, ἀνεθῆναι τὸν Παυλάκιον σπεύδουσα καὶ οὐχ ὑπακουομένη. Ὅμως ἀπαιτήσας ὁ δίκαιος δίδωσι τὸ ἀδίκημα τῇ ἠδικημένῃ. Ἐν ᾧ καὶ θαῦμα γίνεται· ἀποσπάσαι γὰρ πέμπει [74] ἡ Εὐδοξία τὸν Παυλάκιον καὶ ἄκοντος Ἰωάννου, ἄγγελος δὲ λογχοφόρος φανεὶς καὶ φοβήσας τοὺς ἀποσταλέντας ἀπράκτους ἐποίησεν [75]. Ἐκ δὲ τούτων καὶ τοιούτων Ἀκάκιος ὁ Βεροίας [76] καὶ Θεόφιλος καὶ Ἀντίοχος καὶ Σεβηριανὸς συλλαμβανομένης Εὐδοξίας καὶ προκαταρχομένης σκευωροῦσι [77] τὰ κατὰ τὸν Ἰωάννην, πολλῶν καὶ ἄλλων συνεπομένων, οἷς ἐλέγχων ἐλύπει.

Ὅτι Θεόφιλος Πέτρον τὸν πρωτοπρεσβύτερον Ἀλεξ- C ανδρείας ἐν αἰτίᾳ ἐποιεῖτο ὡς γυναικὶ Μανιχαΐᾳ [78] τῶν μυστηρίων μεταδόντα· ὁ δὲ ἀπελογεῖτο [143 H.] καὶ μετατεθεῖσθαι αὐτὴν καὶ τῇ ἐκείνου ἐπιτροπῇ τῶν μυστηρίων αὐτὴν ἀξιῶσαι, καὶ παρῆγε τοῦ λόγου μάρτυρα Ἰσίδωρον τὸν πρεσβύτερον καὶ ξενοδόχον τῆς Ἀλεξανδρείας. Οὗτός ἐστιν ὁ διὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν παρὰ Θεοφίλου [πάλαι [79]] πρὸς Δαμασὸν σταλείς, καὶ κομίσας ἀπὸ Ῥώμης Φλαβιανῷ τὴν ἀποδοχὴν καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν κοινωνίαν, ἐπὶ ἔτεσιν εἴκοσι διαφερομένων τῶν δύο Ἐκκλησιῶν πρὸς ἀλλήλας. Ὁ δὲ Ἰσίδωρος ἐμαρτύρει Πέτρῳ, καὶ ὠργίζετο ὁ Θεόφιλος. Καὶ τὸν μὲν Πέτρον αὐτίκα τῆς Ἐκκλησίας διώκει, κατὰ Ἰσιδώρου δὲ τοῦ θαυμασίου χάρτην ἀσελγείας συμπλάσας προκομίζει καὶ παῖδα κατήγορον μισθοῦται. Καὶ τοῦ δράματος ἐλεγχθέντος εἰς πλείονα κακίαν ἐκκαίεται ὁ Θεόφιλος. Συνῆπτε [80] δὲ αὐτοῦ τὸ πάθος, ὅτι χρήματα [81] λαβὼν μέχρι χιλίων νομισμάτων πτωχοῖς διανεῖμαι (Θεοδότη δ' ἦν ἡ παρασχομένη) οὕτω καὶ ἐποίησε, μηδὲν τούτων Θεοφίλῳ προσαναθέμενος. Φεύγει οὖν διὰ τὴν

VARIÆ LECTIONES.

[73] Ἐκκλησίαν ς. [74] πέμπει A : σπεύδει ς. [75] ἐποίει ς. [76] Βερόϊας ς. [77] σκαιωροῦσι ς [78] γυναῖκα μανιχαίαν A. [79] πάλαι om. A, habet C. [80] συνανῆπτε ς. [81] ὅτι καὶ χρήματα ς.

NOTÆ.

(3) Hoc nomine Theognosti vidua, de qua hic inf., sed contra Palladii et Metaphr. auctoritatem, cum quibus Noster quoque sentit.

(4) Duos centuriones cum suis cohortibus addit Leo August. in *Vita B. Chrysost*

(5) Narrat hæc Nicephor. cap. 9 et 10.

(6) Antiocheno patriarchæ.

Digitized by Google

ἐπικειμένην ὀργὴν ἐπὶ τὸ τῆς Νιτρίας ὄρος, ἐν ᾧ καὶ πρὶν κελλίῳ ἡσύχαζε. Τῶν δὲ τῆς Αἰγύπτου μοναστηρίων Διόσκορος ἡγοῦντο καὶ Ἀμμώνιος καὶ Εὐθύμιος καὶ Εὐσέβιος ἀδελφοί, οὓς ἀπὸ τῆς τοῦ σώματος ἀναδρομῆς *Μακροὺς* ἐκάλουν. Συνέβη δὲτότε τὸ κατὰ τῶν Ἀνθρωπομορφιτῶν ἐκραγῆναι φιλονείκημα [81]. Καὶ στασιαζόντων τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον [261 R.] μοναχῶν, ἀγραμμάτων ὄντων καὶ ἀγροίκων τῶν πολλῶν, ὁ Θεόφιλος, ἐπεὶ ἐπέστησαν αὐτῷ, δεδοικὼς, ὡς ἔδοκει, κατασοφίζεται, καί φησι πρὸς αὐτούς· *Εἶδον τὰ πρόσωπα ὑμῶν ὡς πρόσωπον Θεοῦ*. Τῶν δὲ καὶ Ὠριγένην, ὡς ἀσχημάτιστον τὸ θεῖον λέγοντα, ἀναθεματισθῆναι προσεπιζητούντων ὑπέσχετο ποιήσειν [82] καὶ τοῦτο, καὶ διέφυγε τὸν θάνατον. Ταύτης δραξάμενος κατὰ τῶν μακρῶν τῆς προφάσεως (οὐ γὰρ ἐβούλοντο ἔτι, ὥσπερ πρότερον, αὐτῷ συνδιαιτᾶσθαι· οὗτοι δὲ τὸ θεῖον ἀσχημάτιστον, ὡς ὁ ὀρθὸς λόγος, ἐπρέσβευον) διαβάλλει τούτους πρὸς τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ μοναχοὺς, καὶ κινεῖ κατ' αὐτῶν τὸ ἀγελαῖον ἐκεῖνο [83] πλῆθος, ἔτι δὲ καὶ κατὰ τοῦ προειρημένου Ἰσιδώρου, δι' ὃν μᾶλλον καὶ πρὸς ἐκείνους ἐξυπεπολέμωτο. Τέλος μετὰ πολλὰς κακώσεις καὶ ἐπιβουλὰς, καὶ μετὰ τὸν ἐμπρησμὸν τὸν ἐκαέντα κατὰ τῶν κελλίων αὐτῶν, φεύγουσιν ἐκεῖθεν εἰς Κωνσταντινούπολιν. Ὁ δὲ συμπαθέστατος Ἰωάννης ὑποδέχεται μὲν αὐτοὺς καὶ ἄλλως φιλοφρονεῖται, οὐ μεταδίδωσι δὲ διὰ Θεόφιλον κοινωνίας. Γράφει δὲ αὐτῷ καὶ ἐπιστολὴν, πρὸς εἰρήνην συμβιβάζων· ὁ δὲ παρακρούεται. Ἐπιδιδοῦσιν οἱ [84] μακροὶ κατὰ Θεοφίλου λιβέλλους. Πείθει καὶ ἐκεῖνός τινας κατ' αὐτῶν ἐπιδιδόναι· ἀλλ' ὕστερον μὲν οὗτοι μηδὲν ἀποδεικνύντες ἐφυλακίσθησαν, καὶ μαστιχθέντες [85] ἱκανῶς οἱ μὲν τῇ φυλακῇ ἐναπέθανον, οἱ δὲ τὴν Προκόννησον [86] οἰκεῖν ἐξορίᾳ κατεδικάσθησαν. Ὁ δὲ Ἰωάννης δηλοῖ Θεοφίλῳ περὶ τῶν κατ' αὐτοῦ λιβέλλων· καὶ γράφει Θεόφιλος ὀργιζόμενος· « Οἶμαι μὴ ἀγνοεῖν σε τὸ διάταγμα τῶν ἐν Νικαίᾳ κανόνων, ὅπως θεσπίζουσιν ἐπίσκοπον [144 H.] ὑπερόριον μὴ κρίνειν δίκην. Εἰ δὲ ἀγνοεῖς, μαθὼν ἀπόσχου τῶν καθ' ἡμῶν λιβέλλων. » Ἀλλὰ τότε ταῦτα [87] γράφων Θεόφιλος [88] ὕστερον αὐτὸς ὑπερόριον τὴν κατ' ἐκείνου ἔκρινε δίκην. Οἱ δὲ μοναχοὶ τῶν κατὰ Θεοφίλου λιβέλλων οὐκ ἀφίσταντο, καὶ ὁρίζεται παρὰ βασιλέως Θεόφιλος ἐπὶ τὴν δίκην ἐλθεῖν. Ὁ δὲ φθόνος κρατήσας ἐπὶ τὴν δίκην αὐτὴν Ἰωάννου καθίζει παραγεγονότα.

horum Theophilo conscio. Secessit igitur devitandæ iracundiæ in montem Nitriæ, quietemque inibi in solita cella quæsivit : cum eo tempore monasteriorum per Ægyptum præfecti essent Dioscorus, 82*a* Ammonius, Euthymius, et Eusebius germani fratres, quos a corporum proceritate *Longos* appellabant. Gliscebat ea tempestate contentio cum Anthropomorphitis hæreticis. Versis autem ex eo in seditionem, turbasque per Ægyptum concitantibus monachis aliquot indoctis et agrestibus, Theophilus, ab his circumsessus, præ metu, ut apparet, hujusmodi eos sophismate delusit : *Sic vestras*, inquit, *facies vidi, ut faciem Dei*. At cum hi præterea ab ipso postularent, ut Origenes quoque, quod is humana Deum forma carere assereret, anathemate damnaretur; facturum se recepit, sicque mortem devitavit. Hac igitur ille arrepta occasione adversus Longos fratres (qui jam recusabant diutius ejus uti contubernio, quod Deo, ut res est, formam esse humanam tribuendam negarent), apud Ægypti monachos, per calumniam eos traduxit, et imperitam illam multitudinem cum in illos concitavit, tum in Isidorum, quem diximus : cujus etiam nomine cum illis libentius certare cœperat. Post multas ergo illatas injurias structasque insidias, post ignem quoque injectum ipsorum cellis, fuga sibi denique consulentes, Constantinopolim veniunt. Ibi Joannes ille benignissimus excepit quidem illos fratres, humaniterque complexus est; propter Theophilum tamen in communionem minime admisit, sed eum per epistolam ad concordiam invitavit. Ille nihil audit. Longi interim fratres Theophilum oblatis libellis accusabant : et suasit hic vicissim quibusdam (7), ut illos acusarent. Tandem cum nihil hi probare adversus Longos possent, in custodiam missi, flagellisque graviter cæsi, partim in vinculis mortui sunt, partim in insulam Præconesum deportari jubentur. Joannes hinc Theophilum de oblatis adversus eum accusationis libellis certiorem facit. Ad quæ bile accensus ille : « Arbitror, inquit, non ignorare te Nicæni concilii canones, iisque prohiberi, ne episcopus de peregrino, alteriusque diœcesis judicium exerceat. Si ignoras, disce, atque ab accusationis meæ libellis abstineto. » Verum qui hæc tunc Theophilus scripsit, post ipsemet alienæ diœcesis hunc ipsum Joannem, suo judicio condemnavit. Monachis deinde ab accusando Theophilo minime cessantibus, decrevit imperator, ut Theophilus judicio sisteretur. At invidia interim nimium invalescens, illum ipsum, ubi advenit, qui de Joanne sententiam ferret, judicem constituit.

Ὅτι Θεογνώστου συγκλητικοῦ δημευθέντος καὶ κατὰ τὴν ἐξορίαν τελευτήσαντος ἡ γυνὴ τὸν ὑπολειφθέντα [89] αὐτῇ ἀγρὸν ὑπὸ τῆς βασιλίδος ἀφαιρεῖται. Ἡ δὲ ἐπὶ τὸν τῶν χηρῶν καταφεύγει πρόμα-

Theognosti senatoris proscripti et in exilium mortui uxor (8), agrum sibi 82*b* relictum habebat, quem Eudoxia invitæ eripuit. Illa igitur ad viduarum propugnatorem Joannem se recepit : qui pro

VARIÆ LECTIONES.

[81] φιλονίκημα ς. [82] ποιῆσαι ς. [83] ἐκεῖνος ς. [84] οἱ] δὲ οἱ ς. [85] μαστιγωθέντες ς. [86] Προικόνησον ς. [87] ταῦτα] μετὰ ταῦτα ς. [88] Θεόφ. ὁ Θεόφ. ς. [89] ὑπολειφθέντα ς.

NOTÆ.

(7) Monachis ex Pallad.

(8) Callitropam vocat Niceph. cap. 14, non recte, ut indicatum supr. pag. præced.

Digitized by Google

vidua libere multa perorans, adeo nihil profecit, ut etiam Augustam in sui odium concitarit. Quare mandatum dedit, ut cum festo die Exaltationis [sanctæ crucis], qui in decimum quartum Septembris incidit, in templum iniqua imperatrix ventura esset, portæ illi claudercntur. Conficitur præsulis mandatum, et pudore suffusa, iraque incensa Augusta, domum revertit ; exindeque hæc sancti viri e sede depulsionem, exsilium, aliaque adversa, quæ indignatio suggerebat, machinari cœpit. At vero dum ad templum illa progressa fores sibi obseratas offendit, de comitatu ejus quidam gladium in claudentes stringens, manum sibi subito exaruisse sensit, qui tamen post sancti viri genibus accidens, sanitatem recuperavit.

Magnus quoque Epiphanius (9), quem Theophilus callide deceptum in Joannem incitarat, Constantinopolim veniens, ecclesiasticum quibusdam suis factis ordinem turbavit. Diaconum namque in Septimo (sic enim locus templi Sancti Joannis appellatur) contra canonem ordinarat, deindeque sine bona Chrysostomi venia rem divinam fecerat, et Origenis scripta ab eo damnari postularat. Refert vero hunc scriptor noster (quod et in Epiphanii Vita legitur), minime consensisse, ut quibusdam placuit, in Chrysostomi expulsionem, licet ab ipsa Augusta eo adigeretur. Meminit idem de pronuntiatis invicem vaticiniis (10) : quibus significabatur neutrum ipsorum visurum aliquando thronum suum. Accidit præterea, priusquam condemnaretur Joannes, ut cognito indignari sibi Eudoxiam, bene longam haberet in malas feminas orationem. Hanc plebs rapiens, in Augustam pronuntiatam interpretabatur. Mox igitur ut Theophilus Constantinopolim advenit, apparatæ in magnam athletam Joannem machinationes procedunt. Cumque synodo nunquam interfuisset, Theophilus tamen cum suis decretum in eum tulit, frustra inclamante ipso, ac publice testificante, paratum esse, et ad synodum venire, et ad objecta respondere, modo manifestos ipsius hostes concilio subducerent. Aderant tum Joanni quadraginta adhuc episcopi, adversus Theophilum parati pro ipso pugnare : quos ille quiritantes, cum lacrymis obtestando sedabat, atque hortabatur Ecclesias ne discinderent. Sede ita pulsus, in Bospori Hieron (11) ablegatur. At cum deinde terra divinitus concuteretur **83***a* (12) Constantinopolim iterum reducitur, sedique restituitur invitus. Pasto-

χον. Ὁ δὲ πολλὰ παῤῥησιασάμενος ὑπὲρ τῆς χήρας οὐδὲν ἤνυσεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἔχθραν ἐκίνησε τὴν βασιλίδα. Προστάσσει δὲ τῇ ἡμέρᾳ τῆς ὑψώσεως (τεσσαρεσκαιδεκάτη ἐστὶν αὕτη [91] τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς), ἐπειδὰν ἡ ἄδικος βασιλὶς προσέρχεσθαι μέλλῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀποκλεισθῆναι κατ' αὐτῆς τὰς πύλας. Καὶ πληροῦται τὸ πρόσταγμα, καὶ κατῃσχυμμένη καὶ περιωργισμένη ἀποπέμπεται ἡ βασιλίς· καὶ ἤδη ἡ κατὰ τοῦ ἁγίου καθαίρεσις συνεκροτεῖτο παρ' αὐτῆς καὶ ἡ ἐξορία, καὶ εἴ τι ἄλλο δεινὸν ὁ θυμὸς ἐπέτρεπεν. Ὅτε δὲ τῇ ἐκκλησίᾳ προσιοῦσα τὰς πύλας κατ' αὐτῆς ἀποκλεισθείσας [92] ἐδέξατο, τότε τις τῶν σὺν αὐτῇ ξίφος κατὰ τῶν ἀποκλειόντων ἐνέτεινε, καὶ ἐξηράνθη τὴν χεῖρα· ὕστερον δὲ προσπεσὼν τῷ θαυμασίῳ Ἰωάννῃ ὑγιὴς γέγονεν.

[264 R.] Ὅτι ὁ Ἐπιφάνιος ὁ μέγας, ὃν ὁ Θεόφιλος κατὰ Ἰωάννου ἐξηπάτησε, παραγενόμενος ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀταξίας ἐποίησε· διάκονον γὰρ ἐν τῷ ἑβδόμῳ [93] (οὕτω καλεῖται ὁ τόπος) τῇ [94] τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐκκλησίᾳ παρὰ τὸν κανόνα ἐχειροτόνησε, καὶ χωρὶς τῆς [95] τοῦ Χρυσοστόμου γνώμης ἐλειτούργει, καὶ ἀπῄτει [96] αὐτὸν τὰ Ὠριγένους ἀναθεματίσαι. Φησὶ δὲ αὐτὸν ὁ συγγραφεὺς (ὥσπερ καὶ ὁ βίος αὐτοῦ λέγει), μὴ συνευδοκῆσαι, καθὼς ἑτέροις ἔδοξε λέγειν, ἐπὶ τῇ τοῦ Χρυσοστόμου καθαιρέσει, καίτοι τῆς βασιλίδος ἐκβιαζομένης. Μνημονεύει δ' οὖν ὅμως καὶ οὗτος τῶν ἀμοιβαίων ἀλλήλοις προφητειῶν, ἐν αἷς ἐδηλοῦτο μηδέτερον ἔτι [97] τὸν οἰκεῖον ὄψεσθαι θρόνον. Πρὸ δὴ τῆς αὐτοῦ καταδίκης πυνθανόμενος ὀργὴν τὴν Εὐδοξίαν, λόγον διεξέρχεται μακρὸν κατὰ γυναικῶν, καὶ τὸ πλῆθος ἥρπασε τὸ ῥηθὲν ἐκλαμβάνοντες εἰς τὴν βασιλίδα. Καὶ τοῦ Θεοφίλου παραγεγονότος ἀρτύεται τὰ κατὰ τοῦ μεγάλου ἀθλητοῦ. Καὶ μὴ παρουσιάσαντος αὐτοῦ τῇ συνόδῳ τὴν ψῆφον οἱ περὶ Θεόφιλον ἤνεγκαν, καίτοι βοῶντος αὐτοῦ καὶ διαμαρτυρομένου ἕτοιμον [98] εἶναι καὶ παραγενέσθαι καὶ ἀπολογεῖσθαι, εἰ τοὺς προφανεῖς ἐχθροὺς τοῦ συνεδρίου ἐκστήσωσι [99]. Συνῆσαν δὲ αὐτῷ τεσσαράκοντα ἐπίσκοποι οἱ [1] καὶ τοῖς περὶ Θεόφιλον ἀπεμάχοντο· ὁ δὲ τούτους ποτνιωμένους παρεμυθεῖτο, καὶ παρῄνει τῆς [145 H.] Ἐκκλησίας μὴ σχίζεσθαι. Καθαιρεθεὶς δὲ ἐκπέμπεται εἰς τὸ τοῦ Βοσπόρου ἱερόν. Καὶ σεισμοῦ θεηλάτου γενομένου πάλιν ἐπὶ τὴν πόλιν κατάγεται, καὶ ἄκων εἰς τὸν θρόνον ἀνάγεται· οὐ γὰρ ἔφασκεν ἐθέλειν τῆς ποιμαντικῆς ἀρχῆς ἀπάρχεσθαι πρὶν ἂν εἰς ἐξέτασιν αὐτοῦ τὴν ἄδικον προτεθῆναι κρίσιν. Τῆς δὲ Εὐδοξίας μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀναφλεχθείσης, ὅτι ἐπετίμα αὐτῇ μετὰ

VARIÆ LECTIONES.

[91] αὕτη om. A. [92] ἀποκλειούσας A. [93] ἑκδόμῳ ς. post οὕτω cum A omisi γάρ. [94] τῆς — ἐκκλησιας ς. [95] τῆς add. A. [96] κἀπῄτει ς. [97] ἔτι A : αὐτῶν ς. [98] ἑτοίμου corr. A. [99] ἐκστήσουσι ς. [1] οἱ add. A.

NOTÆ.

(9) Niceph. *De Epiphanio*, cap. 13.

(10) Quæ et Sozomenus commemorat lib. VIII, cap. 15.

(11) Ἱερὸν στόμα, quasi *sacrum os* sive *ostium*, ut Cassiod. vertit. Oppidum ei, statio navium in ostio Ponti Theodoreto, lib. V, cap. 34 ; et Niceph. cap. 16. Unde profectus, ut Pallad. ait, « agellos ad Bithyniæ Prænetum occupat. »

(12) Et cubilis ex eo imperatorii pars corruisset, ut est auctor Leo imper. in *Vita Chrysost.*

Digitized by Google

πολλῆς [2] παῤῥησίας διὰ τὸν ἀνδριάντα, ὃς πλησίον τῆς ἐκκλησίας αὐτῇ ἀνεγήγερτο (θόρυβος γὰρ ἐκεῖθεν πολὺς τῇ ἐκκλησίᾳ ἐτίκτετο), πάλιν τὰ κατὰ τὸν μέγαν Ἰωάννην συσκευάζεται. Ὁ δὲ Θεόφιλος ταύτῃ ἑρμαίῳ [3] τῇ πράξει περιτυχὼν, αὐτὸς μὲν τὸ τῆς πλεως μῖσος δεδιὼς [4] οὐ παραγίνεται· ἐμισήθη γὰρ λίαν, ὅτι μετὰ τὴν Ἰωάννου καθαίρεσιν καὶ τοῖς μακροῖς, δι' οὓς ἐκείνῳ ἐπεβούλευεν, ἐκοινώνησε, καὶ τῶν Ὠριγενείων ἀναγνωσμάτων, ἐν οἷς ἐκεῖνον διέβαλλεν, οὐκ ἀπείχετο. Οὐ παραγίνεται οὖν διὰ τὸ μῖσος, πέμπει δ' ἀντ' αὐτοῦ, μηδ' εἰς κρίσιν ἔτι καλεῖν ἀποθεσπίζων Ἰωάννην, ὡς μετὰ τὴν καθαίρεσιν τολμήσαντα ἱεράσασθαι, τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου τῷ μετὰ καθαίρεσιν ἑαυτῷ τὴν ἱερωσύνην ἐκδικήσαντι [5] οὐδὲ τόπον ὑπολιπούσης ἀπολογίας. Οἱ δέ γε περὶ Ἰωάννην Ἀρειανῶν ἔλεγον εἶναι καὶ τὸν κανόνα καὶ τὴν σύνοδον, ἐπὶ συσκευῇ Ἀθανασίου ἐκτεθειμένου, ἣν οἱ ἐν Σαρδικῇ ἀπεφήναντο ἄκυρον, Ἀθανάσιον οὐκ εἰς ἀπολογίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς ἱερωσύνην ἅμα Μαρκέλλῳ δεξάμενοι.

ralis enim præfecturæ curam recipere se velle negabat, priusquam iniquum illud judicium, propositum excussumque foret. Eudoxia post non diu furore rursum incensa, quod liberius perstricta fuisset, propter statuam, quæ juxta templum posita illi fuerat (magnus enim inde strepitus in templo excitabatur), iterum in beatum hominem calumniæ adornantur (13). Quæ sane res, etsi præter spem Theophilo accidit optatissima, veritus tamen ille civium odium, ipse quidem non accessit (valde enim jam invisus esse cœperat, tum quod pulso Joanne, cum Longis tamen fratribus, per quos illi antea insidiabatur, communicasset, tum quod legere ipse Origenis scripta, quo nomine Joannem criminabatur, non desineret) non accessit, inquam, odii metu; sed pro se alium submisit, pronuntiatum, ne in judicium quidem vocandum Joannem, ut qui post ejectionem sacra obire munia non dubitasset, cum Antiochena synodus post expulsionem sacerdotii munus ad hunc obeunti, nullum defensionis locum reliquerit. Ad quæ Joannis studiosi, Arianorum illum esse canonem consessumque excipiebant, ad insidias duntaxat Athanasio struendas comparatum. Hinc eam ipsam synodum Patres Sardicensis concilii nullam esse censuisse, et Athanasio non solum defendendi sui potestatem fecisse, verum etiam sacerdotium una cum Marcello administrare permisisse.

Κωλύεται μὲν οὖν τότε ὁ Χρυσόστομος ἱερᾶσθαι καὶ ὅλως πρὸς τὴν ἐκκλησίαν κατέρχεσθαι· ἡ δὲ τῶν Χριστοῦ Γενεθλίων ἑορτὴ ἐνειστήκει, [265 R.] καὶ ἔμεινε μέχρι τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς, καὶ ἔτι πρὸς ἡμέρας πέντε σχολάζων καὶ μηδὲν ὅλως ἐκκλησιαστικὸν διαπραττόμενος. Τότε δὲ τελείως καὶ τῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς πόλεως ἐξεβλήθη, καὶ ἐξωρίσθη εἰς Κουκουσὸν, ὅτε καὶ τὸ πῦρ ἀναφθὲν τῆς ἐκκλησίας τοῦ ἄμβωνος πολλὰ τῶν πέριξ κατενεμήσατο. Καὶ πολλοὶ δὲ τῶν κατὰ τοῦ ἁγίου παραδειγματίσθησαν, ἢ νόσοις ἐξαισίοις ἢ συμφοραῖς θεηλάτοις τὸν βίον ἀποῤῥήξαντες. Ἐξορισθεὶς δὲ εἰς Κουκουσὸν, ὡς αὐτός φησι, καὶ ἐδίδασκε καὶ ἐχειροτόνει πολλοὺς μὲν ἐπισκόπους, πλείους δὲ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους. Ἐπετέλει δὲ καὶ πολλὰ σημεῖα ἐν τῇ ἐξορίᾳ, ζῶν τε καὶ μετὰ θάνατον. Τελευτᾷ δὲ οὐ μετὰ πολὺν χρόνον, τοῦ ἐπισκόπου Κομάνων καὶ μάρτυρος Βασιλίσκου τὴν τελευτὴν αὐτῷ προμηνύσαντος, καὶ θάπτεται ἐν τῇ αὐτῇ τοῦ μάρτυρος λάρνακι.

Igitur prohibent, Chrysostomus sacris ne operetur, neve omnino ad ecclesiam veniat. Christi tum Natalium festus dies instabat (14), mansitque ad festum Pentecostes et dies insuper quinque cessans, et ab omni ecclesiastico abstinens officio. Tum enim omnino et ecclesia pulsus et urbe, Cucusum exsulatum missus est. Quo item tempore et ignis templi primum suggestum corripiens (15), multa quoque circumcirca flammis absumpsit. Plerique etiam inimicorum Joannis exempla dederunt, partim fœdis morbis, partim divinitus immissa clade vita exuti (16). Cucusum (17) ergo deportatus Joannes (ut hic quidem perhibet scriptor) et docuit ibi pro concione, et ordinavit multos episcopos, ac plures etiam sacerdotes, atque diaconos. Multa item miracula in eo exsilio cum vivus, tum mortuus edidit. Obiit vero non multo post (18), cum episcopus Comanorum (19) Basiliscus, idemque martyr, finem ei secundum quietem prædixisset: conditusque est in ejusdem martyris tumulo.

Κατέκριναν δὲ οἱ περὶ Θεόφιλον καὶ Ἡρακλείδην τὸν Ἐφέσου, ἀπόντα. Καὶ Σεραπίωνα δὲ ποικίλαις [6] ὑποβαλόντες τιμωρίαις καὶ τῆς ἐπισκοπῆς Ἡρακλείας, ἐν ᾗ αὐτὸν μετὰ τὴν πρώτην τῆς ἐξορίας ἐπάνοδον ἐτύγχανεν ὁ μέγας Ἰωάννης χειροτονήσας,

Theophilus autem cum suis condemnarunt Heraclidem **83***b* Ephesi episcopum absentem, et Serapionem, multa affectum injuria, Heracleæ episcopatu, in quo ipsum magnus Joannes post prius exsilium reversus ordinarat, ejiciunt. Heraclidæ de-

VARIÆ LECTIONES.

[2] πολλῆς add. A. [3] ἑρμαίᾳ ς. [4] δεδοικὼς ς. [5] τὸν — ἐκδικήσαντα A. [6] ποικίλαις A : πολλαῖς ς.

NOTÆ.

(13) Niceph. cap. 18; Socrat. lib. VI, cap. 18; Sozom. lib. VIII, cap. 20.

(14) Pridie Paschæ ipso magno Sabbato, hæc cum summa perturbatione confecta esse Pallad. tradit, et ipse Georg. editus a Tilmanno.

(15) Cassiod. Inanis studiosos ecclesiam, intendisse refert, et plures, quos refellit Illustriss. Baro. *Annal.* V. ad an. Chr. 404.

(16) Niceph. cap. 22, et Pallad.

(17) Niceph. cap. 26.

(18) Niceph. 57 post med. Sozom. lib. VIII, cap. ult.

(19) Leo imper. etiam S. Lucianum martyrii olim ibi B. Basilisco socium, apparuisse una tradit.

Digitized by Google

inde sufficiunt Victoris (20) tribuni eunuchum, hominem fœdissimum. Alios item episcopos numero fere viginti vexatos sedibus submoverunt suis; presbyteros quoque ac diaconos plurimos, et plures etiam laicos, quotquot Joanni addicti esse deferebantur; imo pias etiam matronas, quarum fama celebres fuere Olympias (21) Pentadia, Procla et Sylvana.

Innocentius interim urbis Romæ episcopus valde pro beato Joanne (22) laboravit, etsi frustra consumptus labor est. Misit enim hoc nomine apocrisiarios, quos hi contumeliose remiserunt. Litteras item scripsit, quibus tamen nihil eorum quæ studiose conabatur perfecit; vix ut tandem Arsacius (23) Joannis nomen in diptycha retulerit. Donec Proclus multo post ejus in urbem corpus attulit. Hæc hactenus.

Scriptor ipse quidem præter historiæ fidem narrasse quædam visus est. Verum quid prohibet utilia lectorem seligere, cætera præterire?

XCVII.

Phlegontis Tralliani Olympicorum et Chronicorum collectio.

Lecta mihi Philegontis Tralliani, ejus qui Adriani Augusti libertus fuit, *Olympicorum et Chronicorum Collectio*. Opus inscribitur Alcibiadi cuidam, qui unus e corporis custodibus Adriani imperatoris fuit. Auspicatur vero a prima Olympiade (24): quod priora, ut et alii fere omnes affirmant, nullum hactenus accuratum verumque scriptorem sint nacta, sed aliter (25) atque aliter ea, in quæ forte inciderunt? Neque inter se convenientia scripserint, etiam ii qui ex hac scriptione gloriam quæsiissent. Initium igitur operis a prima, uti diximus, ducit Olympiade, perrexitque, ut ipse ait, ad Adriani usque tempora (26).

Equidem legi usque ad CLXXVII Olympiada, qua victor fuit Hecatomnus Milesius, stadii cursu et recursu (27), armato vero cursu ter vicit Hypsicles Sicyonius dolicho, Caius Romanus, et Aritonymias Cous, pentathlo Isidorus Alexandrinus, lucta Aptotus, periodo Atyanas Hippocratis Atramittei F. pugillatu Sphodrias Sicyonius, pancratio Sosigenes Asianus. Jam puerorum stadio vicit Apollophanes Cyparissius, lucta Soterichus Eleus 84*a* pugillatu Calas Eleus, uti pan-

καθεῖλον. Χειροτονοῦσι δὲ ἀντὶ Ἡρακλείδου τὸν τοῦ τριβούνου Βίκτορος εὐγοῦχον, ἄνδρα ὑπέραισχρον. Καὶ ἄλλους δὲ ἐπισκόπους, ἐγγὺς τῶν [7] εἴκοσι, κακώσαντες ἀπήλασαν καὶ τῶν ἐπισκοπῶν [8], πρεσβυτέρους δὲ καὶ διακόνους πολλοὺς, καὶ λαϊκοὺς πλείους, ὅσοι προσκεῖσθαι [146 H.] Ἰωάννῃ διεβάλλοντο· καὶ γυναῖκας δὲ τῶν εὐλαβῶν, ὧν αἱ ἐπίσημοι Ὀλυμπιὰς καὶ Πενταδία καὶ Πρόκλη καὶ Σιλβανή.

Ὁ δὲ Ῥώμης Ἰνοκέντιος [9] πολλὰ ὑπὲρ τοῦ ἁγίου ἠγωνίσατο, εἰ καὶ ἄπρακτος αὐτοῦ γέγονεν ἡ σπουδή· καὶ γὰρ καὶ ἀποκρισιαρίους ἔπεμψεν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ κακῶς ἀπεπέμφθησαν, καὶ γράμματα ἔγραφεν, ἀλλ' οὐδὲν ὧν ἔσπευδεν ἤνυεν. Ὕστερον δὲ Νεκτάριος [10] μόλις ἐντάσσει αὐτοῦ τοῖς διπτύχοις τὸ ὄνομα. Καὶ Πρόκλος δὲ χρόνῳ ὕστερον εἰσάγει αὐτοῦ τῇ πόλει τὸ λείψανον. Καὶ ταῦτα μὲν ὧδε.

Ὁ δὲ συγγραφεὺς οὗτος οὐκ ὀλίγα φαίνεται παριστορῶν· ἀλλ' οὐδὲν κωλύει τοὺς ἀναγινώσκοντας ἐκλεγομένους τὰ χρήσιμα, τὰ λοιπὰ παροράν.

ΚΖ'.

Φλέγοντος Τραλλιανοῦ Ὀλυμπιακῶν καὶ Χρονικῶν συναγωγή.

Ἀνεγνώσθη Φλέγοντος Τραλλιανοῦ, ἀπελευθέρου τοῦ αὐτοκράτορος Ἀδριανοῦ, *Ὀλυμπιονικῶν* καὶ *Χρονικῶν Συναγωγή*. Προσφωνεῖ τὸ σύνταγμα πρὸς Ἀλκιβιάδην τινά, ὃς εἷς ἦν τῶν εἰς τὴν φυλακὴν τεταγμένων τοῦ Ἀδριανοῦ. Ἄρχεται δὲ τῆς συναγωγῆς ἀπὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος, διότι τὰ πρότερα, καθὼς καὶ οἱ ἄλλοι σχεδόν τι πάντες φασὶν, οὐκ ἔτυχεν [11] ὑπό τινος ἀκριβοῦς καὶ ἀληθοῦς ἀναγραφῆς, ἀλλά ἄλλο τι ἄλλος [12] τῶν ἐπιτυχόντων καὶ οὐ συμφώνως ἔγραψαν, ὅσοι καὶ γράψαι πεφιλοτίμηται. Τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν τοῦ συγγράμματος, ὥσπερ ἔφημεν, ἀπὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος ποιεῖται· κάτεισι δὲ, ὡς αὐτός φησι, μέχρι τῶν Ἀδριανοῦ χρόνων.

Ἐμοὶ δὲ ἀνεγνώσθη μέχρι τῆς ροζ' Ὀλυμπιάδος, ἐν ᾗ ἐνίκα Ἑκατόμνως [13] Μιλήσιος στάδιον καὶ δίαυλον καὶ ὁπλίτην, τρὶς, Ὑψικλῆς Σικυώνιος δόλιχον, Γάϊος Ῥωμαῖος [268 R.] δόλιχον, Ἀριστωνυμίδας [14] Κῷος πένταθλον, Ἰσίδωρος Ἀλεξανδρεὺς πάλην, Ἄπτωτος περίοδον, Ἀτυάνας Ἱπποκράτους Ἀδραμυτίου [15] παῖς πυξ, Σφοδρίας Σικυώνιος παγκράτιον, Σωσιγένης Ἀσιανὸς παίδων στάδιον, Ἀπολλοφάνης Κυπαρισσιεὺς παίδων πάλην, Σωτήριχος

VARIÆ LECTIONES.

[7] τῶν post ἐγγὺς om. A. [8] ἐπισκοπιῶν ς. cf. v, 2, et p. 81 *a*, 32. [9] Ἰνωκέντιος ς. [10] Νεκτάριος A: Ἀρσάκιος C ς. [11] ἔτυχεν ὑπὸ] ἔτυχέ πώ Scaliger. [12] ἄλλοτε ἄλλως ς. [13] Ἑκατόμνος ς. [14] Ἀριτωνυμίδας A: Ἀριτωνυμίας ς. [15] Ἀτραμυτείου ς.

NOTÆ.

(20) Niceph. cap. 29, extr. Monstri autem illius flagitia indicabit Pallad.

(21) De quo Niceph. cap. 24. Nebridii quondam præfecti sponsa Pallad., apud quem de eadem plura.

(22) Nicephor. cap. 33 et 34.

(23) Niceph. lib. XIV, cap. extr. Zonar. tom. III, et ipsa Georgii edit. Latina, non Arsacio, sed Artico relatum nomen D. Joan. in diptycha tribuunt. Cassiod. item et reliqui.

(24) Suid. Ἐτέθη δὲ πρώτη Ὀλυμπιὰς ἐπὶ Σολομῶντος εἰς ἑορτὴν κοσμικὴν τοῦ Διός.

(25) Unde merito tempus illud mythicon Varro, Censorin. Euseb. August. et alii appellarunt.

(26) Et Olymp. 229. Suid. auct., cujus anno 2, mortuus Adrian. imp.

(27) Olympica ἀγωνίσματα e Pausan. Eliac. priore libro colligere licet, et descripsit Bud. prioribus in Pandect. Comment.

Digitized by Google

Ἠλεῖος παίδων πὺξ, Κάλας Ἠλεῖος παίδων παγκράτιον, Ἑκατόμνως Μιλήσιος καὶ ὁπλίτην [16] (οὗτος ἐν τῇ αὐτῇ τὰ τρία ἐστεφανώθη, στάδιον, δίαυλον, ὁπλίτην), Ἀριστόλοχος ὁ Ἠλεῖος τέθριππον, Ἀγήμονος Ἠλείου κέλης, Ἑλλανίκου Ἠλείου συνωρὶς, τοῦ αὐτοῦ πωλικὸν τέθριππον, Κλητία [17] Ἠλείου [18] πωλικὴ συνωρὶς, Καλλίππου Πηλίου πωλικὸς κέλης.

Λεύκολλος δὲ Ἀμισὸν [19] ἐπολιόρκει, καὶ Μουρήναν ἐπὶ τῆς πολιορκίας καταλιπὼν μετὰ δυοῖν ταγμάτοιν αὐτὸς μετὰ τριῶν ἄλλων προῆγεν ἐπὶ Καβείρων, ὅπου διεχείμαζε. Καὶ Ἀδριανὸν ἐπέταξε πολεμῆσαι Μιθριδάτῃ· καὶ πολεμήσας ἐνίκησε. Καὶ σεισμοῦ ἐν Ῥώμῃ γενομένου πολλὰ ταύτης συνέπεσε. Καὶ ἄλλα δὲ πλεῖστα ἐν ταύτῃ ξυνηνέχθη τῇ Ὀλυμπιάδι. Καὶ Ῥωμαίων τῷ τρίτῳ αὐτῆς ἔτει ἀπετιμήθησαν μυριάδες ἐνενήκοντα καὶ μία. Καὶ Σινατρούκην τὸν Πάρθων βασιλέα τελευτήσαντα διεδέξατο Φραάτης [20] ὁ ἐπικληθεὶς Θεός. Καὶ Φαῖδρον τὸν Ἐπικούρειον διεδέξατο Πάτρων. Καὶ Οὐεργίλιος [21] Μάρων ὁ ποιητὴς ἐγεννήθη τούτου τοῦ ἔτους, εἰδοῖς Ὀκτωβρίαις. [147 H.] Τῷ δὲ τετάρτῳ ἔτει Τιγράνης καὶ Μιθριδάτης ἀθροίσαντες πεζοὺς μὲν τέσσαρας μυριάδας, ἱππέας [22] δὲ τρεῖς, καὶ τὸν Ἰταλικὸν αὐτοὺς τάξαντες τρόπον, ἐπολέμησαν Λευκόλλῳ [23]· καὶ νικᾷ Λεύκολλος, καὶ πεντακισχίλιοι μὲν τῶν μετὰ Τιγράνους ἔπεσον, πλείους δὲ τούτων ἠχμαλωτίσθησαν, χωρὶς τοῦ ἄλλου σύγκλυδος [24] ὄχλου. Καὶ τὸ Καπιτώλιον ἐν Ῥώμῃ Κάτλος καθιέρωσε. Καὶ Μέτελλος ἐπὶ τὸν Κρητικὸν πόλεμον ὁρμήσας, τρία τάγματα ἔχων, ἦλθεν εἰς τὴν νῆσον, καὶ μάχῃ νικήσας τὸν Λασθένη [25] αὐτοκράτωρ ἀνηγορεύθη, καὶ τειχήρεις κατέστησε τοὺς Κρῆτας. Καὶ Ἀθηνόδωρος πειρατὴς ἐξανδραποδισάμενος Δηλίους τὰ τῶν λεγομένων θεῶν ξόανα διελυμήνατο· Γάϊος δὲ Τριάριος τὰ λελωβημένα τῆς πόλεως ἐπισκευάσας ἐτείχισε τὴν Δῆλον.

Μέχρι μὲν οὖν ταύτης μοι τῆς Ὀλυμπιάδος ἐν λόγοις πέντε ἡ ἀνάγνωσις γέγονεν. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν οὔτε λίαν χαμαιπετὴς οὔτε τὸν Ἀττικὸν ἐς τὸ ἀκριβὲς διασώζων χαρακτῆρα. Ἄλλως τε δὲ καὶ ἡ περὶ τὰς Ὀλυμπιάδας καὶ τὰ ἐν αὐταῖς τῶν ἀγωνισμάτων ὀνόματα καὶ πράξεις [26] καὶ ἡ περὶ τοὺς χρησμοὺς ἄκαιρος φιλοπονία τε καὶ φιλοτιμία, εἰς κόρον ἀπάγουσα τὸν ἀκροατὴν καὶ μηδὲν ἄλλο τῶν ἐν τῷ λόγῳ προκύπτειν συγχωροῦσα, ἀηδῆ τε [27] τὸν λόγον δεικνύει καὶ χάριτος οὐδὲν ἔχειν παρατίθησι. Χρησμοῖς δὲ παντοίοις εἰς ὑπερβολὴν ἐστι κεχρημένος.

A cratio et armato cursu Hecatomnus Milesius. Ter hic eodem ipso die coronatus est, stadio ejusque recursu, et armato cursu, Aristolochus Eleus quadriga victor, equo vero singulari Agemon Eleus. Hellanico Eleo biga cessit, et equuleorum quadriga. Cletiæ Elei equuleorum biga fuit, et Callippi Pelæi singularis equuleus.

Lucullus eo tempore Amisum obsidebat; sed Murena in obsidione cum duabus legionibus relicto, ipse cum tribus aliis adversus Cabeiros duxit, et in hibernis ibidem castra locavit. Idem Adrianum cum Mithridate confligere jubet, quo etiam prælio superior fuit. Romæ quoque terra movit, multaque afflixit, et alia præterea plurima hæc ipsa Olympiade contigerunt. Nam anno tertio censæ sunt Romæ myriades (29) nonaginta et una. Sinatruce Parthorum rege exstincto (30), successit Phraates cognomento Deus; et Phædrum Epicureum mortuum, Patron excepit. Virgilius item Maro (31) hoc ipso anno Idibus Octobris natus est. Quarto vero hujus Olympiadis anno Tigranes et Mithridates, collectis (32) peditum quadraginta milibus, equitum triginta, instructaque Romanorum more acie, cum Lucullo dimicantes victi sunt: cæsis e Tigranis copiis quinque millibus, et his pluribus captis, præter cæteram hominum colluviem (33), Capitolium Romæ Catulus dedicavit: et ad Creticum (34) bellum profectus cum triginta legionibus Metellus, insulam eam tenuit: ubi et manu cum Laosthene conserta, victor imperator est appellatus, Cretensibus intra oppida murosque compulsis. Athenodorus pirata Deli incolas captivos abducens, deorum, qui vocantur, signa destruxit; at Cajus quidam Triarius urbis ruta cæsa instaurans, Delum muro cinxit.

Ad hanc itaque Olympiadem usque libros quinque perlegimus. Auctoris stylus neque omnino humi serpit, neque Atticum usquequaque characterem servat. Alioquin illa nimis putida ipsius accuratio atque diligentia in Olympiadibus percensendis, singulorumque certaminum nominibus, et rebus gestis, atque ipsis etiam oraculis referendis, non tædium modo lectori affert, dum per eam reliqua omnia in hoc libro obteguntur, neque apparere sinuntur: verum etiam injucundum propemodum reddit sermonem, quique 846 gratiæ nihil habere indicetur et vero omnis generis deorum responsa sine modo inculcat.

VARIÆ LECTIONES.

[16] Μιλ. καὶ ὁπλίτην ς. [17] Κλητεία ς. [18] Πηλείου ς. [19] Λεύκολος δὲ ἄμινσον ς. [20] Φράτης ς. [21] Οὐϊργίλιος ς. [22] ἱππέων. ς. [23] Λευκούλλῳ — Λεύκουλλος ς. [24] συγκλυδοῦς ς. [25] Λαοσθένη ς. [26] καὶ τὰς πράξεις C ς. [27] τε σχεδὸν τόν ς.

NOTÆ.

(28-29) Id est, decem millia supra nongenta millia.

(30) *Sanatrucen*, huic, ut videtur, cognominem. Armeniorum quemdam regem citat Suid.

(31) Cn. Pompeio et M. Crasso coss., ut ait Donatus in ejus Vita, anno U. C. 684.

(32) Errorem hic irrepsisse in calculum ex cæteris historicis, negantibus parem unquam a sole visam pugnam, manifestissime constat. Vide vel Plut. Lucullum.

(33) Συγκλυδῆ ὄχλον ad ministeria destinatos (quorum ad 35 millia fuisse refert Plut.) calones accipio.

(34) De quo L. Florus, lib. III, cap. 7.

Digitized by Google

Scholion. Suidas hujus Phlegonis (ut quidem ille inflectit) catalogum texit, librosque Olympiadum sedecim attribuit. E quorum primo libro, hoc quod damus fragmentum, in Germania Græco-Lat. evulgatum, excerptum videtur. Ex XIV vero libro illustre affert testimonium Eusebius in *Chronico*, quod hic etiam apponere placuit.

« Exponenda mihi videtur causa, ob quam Olympia institui contigit. Est autem hæc. Post Pisum, Pelopem, atque Herculem, qui primi solemnem conventum ac certamen Olympicum instituerant, cum Peloponnesii eam festivitatem aliquandiu intermisissent, per id scilicet tempus quod ab Iphito ad Coroebum usque Eleum, duodetrigínta Olympiadum numeratur, certamenque neglexissent, seditio in Peloponneso fuit coorta. Ibi Lycurgus Spartanus, Prytanei filius, Europi nepos Sosi pronepos (qui Sosus patrem habuit Prodeum, avum Aristodemum, proavum Aristomachum : fuit autem hic Cledoei filius, cujus pater Hyllus, Hercule et Dejanira fuit natus) et Iphytus Hæmonis, aut (ut alii perhibent) Praxonidæ F. ab Hercule prognati, Eleus domo, ac Cleosthenes Cleonici F. Pisæus, ut populum ad concordiam pacemque reducerent, cum Olympicam festivitatem statuerunt ad pristinam formam redigere, tum certamen gymnicum edere. Itaque Delphos miserunt, qui Deum percunctarentur, an hoc eorum probet consilium. Is respondit, bona eventura, si id exsequantur : jussitque ferias indici urbibus, quæ certaminis esse vellent participes. Quo oraculo in Græcia renuntiato, discus ejus conscriptus est a Græcorum judicibus, quos ipsi Hellanodicas vocant, formam agendorum Olympiorum indicans. Cæterum Peloponnesios non admodum id certamen gratum habentes, molesteque id ferentes, pestis invasit, frugumque pernicies afflixit. Itaque ii qui ante a societate istorum ludorum desciverant, denuo Lycurgum pestis amolitionem ac remedium poposcerunt. Pythia vero sic respondit :

O qui telluris famosam totius arcem
Mortales inter natuque et laude supremi
Incolitis, quæ fata Dei cano discite jussi.
Neglecta altitonans irascitur ob sacra vobis
Juppiter, immenso qui maximus imperat orbi.
Cujus Olympia vos cultu spoliastis avito :
Quæ princeps Jovis ut Pisus celebraret honorem
Instituit : post huncque Pelops, quo Græcia rege
Floruit, unanimesque habuerunt mœnia cives,
Œnomao instituit certamina lumine casso.
Tertius hæc Pelopi satus Amphitruone dicavit.
Tantalidæ, grati servans pia jura nepotis.
Hæc sacra, et ludos abolere hos Juppiter ausis
Iratus pestem immisit diramque, famemque ;
Verum instauratis cessabunt hæc mala sacris.

« Peloponnesii, ubi hoc eis renuntiatum oraculum fuit, fidem derogantes, denuo communi de sententia miserunt ipsi, qui accuratius deum de oraculo interrogarent. Pythia autem hæc retulit :

O Peloponnesi cives, altaria circum
Ite, sacris factisque animis advertite dicta
Vatum, qui leges et jura paterna sequuntur,
Vatum Eleorum monitis parere volentes.

« Hoc oraculo accepto, Peloponnesii concesserunt Eleis, ut certamen Olympicum instituerent, et ferias urbibus denuntiarent. Porro autem postea temporis Elei cum opitulari vellent Lacedæmoniis, Elos urbem oppugnantibus, Delphos consultum miserunt : et respondit Pythia in hanc sententiam :

Exsortes belli, patriam defendite vestram,
Et pacis Græcos communia jura docete
Auctores, anni veniant dum gaudia quinti.

« Hoc oraculo dato, Elei bello abstinuerunt, et Olympia curaverunt. Quinque Olympiades ita sunt exactæ, ut coronaretur nemo. Sextum placuit oraculum scitari, an victoribus coronæ essent imponendæ, eamque ob rem missus ad fanum dei rex Iphitus : deus sic est fatus :

Iphite, victorem malo donare caveto.
Verum, sylvestris fructu redimitor olivæ,
Quem circum teneris inclusit aranea filis.

« Cum ergo venisset Olympiam, inque loco multi essent oleastri, unum eorum deprehendens araneis circumdatum, ædificio cinxit : atque ex ea arbore corona data est victoribus. Primus coronatus est Daicles Messenius, Olympiade VII stadio victor. »

Eusebius porro ista refert: « Bithynia terræ motu concussa, et in urbe Nicæna ædes plurimæ corruerunt. Quæ omnia his congruunt, quæ in passione Salvatoris acciderunt. Scripsit super his et Phegon [*Phlegon* emenda] qui Olympiadarum egregius supputator est, in XIV libro ita dicens : « Quarto autem anno CCII Olympiadis, magna et excellens inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio solis est facta : dies hora sexta ita in tenebrosam noctem versus, ut stellæ cœlo visæ sint, terræque motus in Bithynia Nicenæ urbis multas ædes subvertit. » Hæc supradictus vir.

Extat ejusdem Phlegontis libellus ἀκέφαλος *De mirabilibus et longævis*, cum Anton. Liberalis *Metamorphosibus* et aliis libellis in Germania vulgatus.

XCVIII.

Zosimi Comitis Historiarum libri VI.

Legitur *Historicum opus* libris sex Zosimi comitis, et ex advocato fisci. Impiam hic paganorum

ΚΗ'.

Ζωσίμου Κόμητος ἱστορικῶν λόγοι ς'.

Ἀνεγνώσθη Ἱστορικὸν λόγοις ἓξ Ζωσίμου κόμητος ἀπὸ φισκοσυνηγόρου [26]. Ἔστι τὴν θρησκείαν ἀσε-

VARIÆ LECTIONES.

[26] φησκοσυνηγόρου A.

Digitized by Google

θῆς καὶ πολλάκις ἐν πολλοῖς ὑλακτῶν κατὰ τῶν εὐσεβῶν, σύντομος δὲ τὴν φράσιν, [272 R.] εὐκρινής τε καὶ καθαρὸς, οὐδὲ τοῦ ἡδέος ἀπῳκισμένος. Ἄρχεται μὲν τῆς [29] ἱστορίας, ὡς ἄν τις εἴποι, ἀπὸ Αὐγούστου, ἐπιτρέχει δὲ πάντας τοὺς μέχρι Διοκλητιανοῦ, ψιλὴν ὥσπερ τὴν ἀνάρρησιν καὶ τὴν διαδοχὴν αὐτῶν ἀφηγούμενος. Ἀπὸ δὲ Διοκλητιανοῦ πλατύτερον περὶ τῶν βεβασιλευκότων διαλαμβάνει ἐν βιβλίοις πέντε· τὸ γὰρ πρῶτον τοὺς μέχρι Διοκλητιανοῦ ἀπὸ Αὐγούστου ἀριθμεῖται. Καὶ πληροῖ τὴν ἕκτην βίβλον ἐν ἐκείνοις ἀπαρτιζομένην τοῖς χρόνοις, ἐν οἷς Ἀλάριχος τὴν Ῥώμην τὸ δεύτερον πολιορκῶν, καὶ τῶν ἐνοικούντων ἀπορουμένων, λύει τὴν πολιορκίαν, βασιλέα τούτοις Ἄτταλον ἀνειπών. Εἶτα δὲ καὶ τῆς βασιλείας τοῦτον παραλύσας διὰ τὸ μὴ δοκεῖν εὖ διατίθεσθαι τὰ τῆς ἐγκεχειρισμένης αὐτῷ βασιλείας, πρὸς Ὀνώριον τὸν βασιλέα κατὰ τὴν Ῥάβενναν διατρίβοντα ἐφ' ᾧ σπείσασθαι [30] ἵετο. Ἀλλὰ Σάρος, Γότθος καὶ αὐτὸς, διάφορος ὢν Ἀλαρίχῳ, ἔχων τε ὑπ' αὐτὸν ἄχρι τριακοσίων καὶ προστεθεὶς Ὀνωρίῳ καὶ συμπολεμεῖν αὐτῷ κατὰ Ἀλαρίχου διατεινόμενος, ἐμποδὼν ἔστη. Καὶ ἡ μὲν ἕκτη αὐτῷ ἱστορία ὧδε τελευτᾷ.

Εἴποι δ' ἄν τις οὐ γράψαι αὐτὸν ἱστορίαν, ἀλλὰ μεταγράψαι τὴν Εὐναπίου, τῷ συντόμῳ μόνον διαφέρουσαν, καὶ ὅτι οὐχ, ὥσπερ ἐκεῖνος, οὕτω καὶ οὗτος Στελίχωνα διασύρει· τὰ δὲ ἄλλα κατὰ τὴν ἱστορίαν [148 H.] σχεδόν τι ὁ αὐτὸς, καὶ μάλιστα ἐν ταῖς τῶν εὐσεβῶν βασιλέων διαβολαῖς. Δοκεῖ δέ μοι καὶ οὗτος δύο ἐκδόσεις, ὥσπερ κἀκεῖνος, πεποιηκέναι. Ἀλλὰ τούτου μὲν τὴν προτέραν οὐκ εἶδον· ἐξ ὧν δὲ ἦν ἀνέγνωμεν, ἐπέγραφε *Νέας ἐκδόσεως* συμβαλεῖν ἦν καὶ ἑτέραν αὐτῷ, ὥσπερ καὶ τῷ Εὐναπίῳ, ἐκδεδόσθαι. Σαφῆς δὲ μᾶλλον οὗτος καὶ συντομώτερος, ὥσπερ ἔφημεν, Εὐναπίου, καὶ ταῖς τροπαῖς, εἰ μὴ σπάνιον, οὐ κεχρημένος.

ιθ'.

Ἡρωδιανοῦ ἱστορικοὶ λόγοι η'.

Ἀνεγνώσθησαν Ἡρωδιανοῦ ἱστορικοὶ λόγοι ὀκτώ. Ἄρχεται ἐξ οὗ Μάρκος ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ἐτελεύτησε, καὶ διέξεισιν ὅπως τε Κόμοδος ὁ Μάρκου υἱὸς ἐβασίλευσεν, ὅπως τε τῶν πατρῴων ἠθῶν ὑπὸ τῶν κολάκων ἐκδιαιτηθεὶς ὕστερον ὑπὸ Μαρκίας τῆς αὐτοῦ παλλακῆς καὶ Λαίτου καὶ Ἐκλέκτου συσκευασθεὶς ἀνῃρέθη. Καὶ βασιλεύει Περτίναξ πρεσβύτης καὶ καλὸς τὰ ἤθη· ὃν οἱ στρατιῶται, ἀπεχθανόμενοι τὸ σῶφρον, εἰσδραμόντες ἐν τῇ βασιλικῇ κτείνουσιν οἰκίᾳ [31]. Καὶ ὅπως Ἰουλιανὸς ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν χρήμασι λαβὼν τὴν ἀρχὴν, μετ' οὐ πολὺ ταῖς αὐτῶν ἀνῃρέθη χερσίν. Ὅπως τε Νίγρος, ἀνὴρ ἐπιεικὴς εἶναι δοκῶν, ζῶντος ἔτι Ἰουλιανοῦ εἰς μοναρχίαν ἦρθη. Καὶ Σεβῆρος [32] δὲ, ἀνὴρ ἀγχίνους τε καὶ πό-

A secutus religionem, in pluribus adversus pios sæpius latrat. Alioqui brevis est, dictione perspicuus ac purus, nec suavitatis expers. Incipiens autem historiam jam inde, ferme dixerim, ab Augusto, et imperatores omnes ad Diocletianum usque percurrens, nudam quasi designationem successionemque eorum commemorat : dum latius tandem a Diocletiano, de iis qui imperio potiti sint, libris quinque tractare pergit. Primus enim liber imperatores ab Augusto ad Diocletianum usque recenset, sextique finis in iis desinit temporibus, quibus Alarichus (36) Romam iterum obsidens, civibus ad inopiam redactis obsidionem solvit, eisque imperatorem dedit Attalum, quem tamen deinde rursus abdicavit imperio, quod regnum sibi traditum minus recte videretur administrare : atque ad Honorium Augustum Ravennæ tum agentem fœdus cum eo initurum misit. Asarus (37) vero, Gothus et ipse, adversus Alarichum exercens, cum trecentis quibus præerat, Honorianis partibus adjunctus, belliqne societatem pollicitus, Alarichi rebus impedimentum objecit. Atque hunc sexti Historiarum libri finem facit.

B

Dixerit autem aliquis hunc non suam Historiam scripsisse, sed Eunapianam descripsisse, et partim brevitate duntaxat ab illa differre, partim etiam quod Zosimus non, ut ille, Steliconem conviciis proscindat. Cætera propemodum idem est in historia, pios præsertim imperatores criminando. Arbitror autem duas hunc quoque, sicut et illum, editiones instituisse, etsi priorem hujus editionem non vidi, conjicere tamen ex editionis novæ (38), quam nos legimus, inscriptione licet, etiam alteram hunc, sicut et Eunapium, publicasse. Verum magis hic planus est, et brevior, uti diximus, quam Eunapius, figurisque nonnisi raro utitur.

C

XCIX.

Herodiani historiarum libri VIII.

Legimus Herodiani *historiarum* libros octo. Incipit a Marci [Aurelii Antonini philosophi] Rom. imperatoris excessu, pergitque porro narrare, ut Commodus Marci filius 85*a* imperium adeptus, a paternis moribus, assentantium opera, degenerarit; tandemque a Marcia pellice, et Læto atque Electo, paratis insidiis exstinctus sit. [Lib. II.] Pertinax hinc imperium tenuit, grandævus jam, honestisque moribus. Quem milites, modestiæ nomine exosum, in curiam ejus irrumpentes obtruncant. Hinc Julianus a militibus non diu post emptum pecunia imperium, ipsorum jugulatus manibus, amisit. [Lib. 3.] Niger autem, mitis quantum apparebat vir, superstite etiamnum Juliano ad imperium evectus est. Hunc

D

VARIÆ LECTIONES.

[29] τῆς A : τές ς. [30] πείσασθαι εἴετο. Ἀλλ' Ἄσαρος ς. [31] οἰκείᾳ ς. [32] Σευῆρος ς.

NOTÆ.

(36) De his lege Olympiodorum. supra cod. 80, in princ.

(37) Olympiod. supra cod. 80, in princ. Sarum perpetuo nominat.

(38) Aliam hujus epigraphes hanc rationem notavit quidam ad Zosimum : quasi veterum Dionis et Herodiani historia attexuisset.

Digitized by Google

Severus, vir solers tolerandisque laboribus exercitus, et alioquin astutus, imperii nactus habenas, pugna victum sustulit, et obstantia quæque partim validis prælliis, partim callidis artibus superavit. Verum in subditos insolentior redditus est, et morbo exstinctus, dum Britannos bello aggreditur. [Lib. IV.] Antoninus inde filiorum ejus natu major, fœdere cum his inito revertit, sociumque imperii, vel invitus sumpsit Getam fratrem : quem post paulo in Juliæ utriusque matris sinu interemit. Hic crudelitate, omnique turpitudine vincere omnes contendens, dum circa Syriam versatur, insidiis petitur, quas illi Macrinus cædem veritus, et prævertere conatus, comparavit. [Lib. V.] Sublato igitur Antonino, regnat Macrinus, vir ætate quoque grandævus, ignavus minimeque continens, cætera vero lenis ac mitis. Jam Mesa, quæ Juliæ soror erat, duas habebat filias, Soœmida, et Mammæam : quarum majori quidem filius erat Bassiani nomine : alteri vero Alexinus : furtivo uterque concubitu ex Antonino, ut ferebatur, geniti. Exercitus autem, minima capta occasione, Bassianum in castris imperatorem renuntiat, addito Antonini (39) cognomento, victusque dein prælio Macrinus, ac fugiens e Phœniciæ atque Syriæ finitimis, Chalcedonem se recepit, Romam inde petere cogitans. Sed qui ex Antonini studiosis ad hoc missi fuerant, antevertunt, caputque resectum revertentes asportarunt. [Lib. VI.] Atque ipse quidem Antoninus dum matri paret, modeste satis imperavit, et Alexinum (40) in filium adoptatum Cæsarem creavit, imposito ei Alexandri nomine. Verum postquam adulatoribus se commisit, **85***b* nullum turpitudinis atque intemperantiæ genus prætermisit. Quin et Alexandro insidiari cum cœpisset, a militari manu prohibetur, quos ipse punire propterea meditatus, ab iisdem interficitur. Alexander ergo, Mammææ filius, annos imperavit quatuordecim; recte sane atque clementer, quantum quidem in ipso fuit, et sine ullo omnino sanguine. Sed matris Mammææ, ut hic refert, pecuniarum cupiditate, ac sordibus factum est, ut uterque, Maximo electo, militari seditione necatus sit.

[Lib. VII.] Maximinus post hunc annos fere tres ferociter ac tyrannice imperavit, homo fastuosus, moribusque sævus. Quamobrem Africæ præfectum a se constitutum, moribus similem, milites ibi tumultuantes, atque in imperatorem insurgentes, Gordianum olim proconsulem, jam octogenarium, imperatorem creant, vel invitum; cujus mox Roma libentibus electionem animis accepit, honores-

A νοις δεινὸς ἐγκαρτερεῖν καὶ βαθυγνώμων ἄλλως, ἀνῆλθέ τε εἰς τὴν βασίλειον ἀρχὴν, καὶ Νίγρον μάχῃ νικᾷ καὶ ἀναιρεῖ, καὶ πᾶν τὸ ἀντιστατοῦν ἢ μάχαις βιαίοις ἢ τέχναις δυσδιαφύκτοις ὑπηγάγετο, καὶ τῶν ὑπηκόων ἐπὶ τὸ σοβαρώτερον ἦρξε προϊών, καὶ τελευτᾷ νόσῳ τὸν πρὸς Βρεττανοὺς [33] διαχειρίζων πόλεμον. Καὶ Ἀντωνῖνος ὁ τῶν αὐτοῦ παίδων πρεσβύτερος σπονδὰς πρὸς αὐτοὺς θέμενος ἀναχωρεῖ, καὶ συμβασιλεύοντα καὶ ἄκων λαμβάνει τὸν ἀδελφὸν Γέταν, [275 R.] καὶ μετ' οὐ πολὺ Ἰουλίας τῆς αὐτῶν μητρὸς πρὸς τοῖς κόλποις τοῦτον ἀναιρεῖ, καὶ εἰς ὠμότητα καὶ αἰσχρότητα ὑπερβαλέσθαι πάντας φιλονεικήσας περὶ Συρίαν διάγων ἐπιβουλεύεται· Μακρῖνος δ' ἦν ὁ τὴν ἐπιβουλὴν συσκευάζων [34], δεδὼς καὶ αὐτὸς θάνατον καὶ προλαμβάνειν ἀγωνισάμενος.

B Ἐπεὶ δὲ ἀνῄρητο Ἀντωνῖνος, βασιλεύει Μακρῖνος, ἀνὴρ πρεσβύτης καὶ μελλητὴς καὶ οὐδ' ἐγκράτειαν ἀσκῶν, τὰ δὲ ἄλλα δοκῶν ἐπιεικής. Τῆς δὲ Μέσης, ἥτις ἦν Ἰουλίας ἀδελφὴ, δύο θυγατέρας ἐχούσης, Σοαιμίδα καὶ Μαμαίαν, καὶ τῆς μὲν ἐχούσης παῖδα ὄνομα Βασσιανὸν [35], τῆς δὲ Ἀλεξῖνον, οἱ ἐξ Ἀντωνίνου λαθραίαις μίξεσιν ἐλέγοντο γεγεννῆσθαι, τὸ στρατιωτικὸν, μικρᾶς λαβόμενοι προφάσεως, ἐν τῷ σφῶν ἀναγορεύουσι στρατοπέδῳ τὸν Βασσιανὸν, μετονομάσαντες [36] Ἀντωνῖνον· καὶ μάχαις ἡττηθεὶς Μακρῖνος καὶ φεύγων ἐκ τῶν μεθορίων Φοινίκης τε καὶ Συρίας τὴν Χαλκηδόνα κατέλαβε, πρὸς τὴν Ῥώμην ἐκεῖθεν ἀφικέσθαι διανοούμενος· ἀλλ' ἐπικαταλαβόντες αὐτὸν [37] οἱ τοῦ Ἀντωνίνου ἐπὶ τοῦτο [38]

C ἀπεσταλμένοι τέμνουσί τε τὴν κεφαλὴν καὶ ὀπίσω ἀποκομίζουσιν. Ἀντωνῖνος δὲ, ἕως μὲν ἐπείθετο τῇ μάμμῃ, ἐσωφρόνει, καὶ ποιεῖται καὶ τὸν [149 H.] Ἀλεξῖνον [39] υἱόν τε ἅμα καὶ Καίσαρα, εἰς Ἀλέξανδρον μετακληθέντα· ἐπεὶ δὲ τοῖς κόλαξιν ἑαυτὸν ἐξέδωκεν, οὐδεμίαν ὑπερβολὴν [40] αἰσχρότητος καὶ ἀκρασίας ἀπέλιπεν. Ἐπιβουλεύειν δὲ καὶ Ἀλεξάνδρῳ ἐπιχειρήσας ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀνεκόπη· ὁ δὲ τούτους τιμωρήσασθαι διανοηθεὶς ὑπ' αὐτῶν ἀνῃρέθη. Ἐβασίλευσέ τε Ἀλέξανδρος ὁ Μαμαίας [41] ἔτη ιδ', καὶ τό γε ἐπ' αὐτῷ καλῶς τε καὶ ἐπιεικῶς ἄρξας, καὶ χωρὶς αἱμάτων ὅλως· τῆς δὲ μητρὸς Μαμαίας, ὡς φησιν, ἡ τε φιλοχρηματία καὶ τὸ μικρολόγον εἰς σφαγὴν αὐτὸν τὴν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν σὺν αὐτῇ, Μαξιμίνου ἀναῤῥηθέντος, ἀπήνεγκεν.

D Ἦρχε δὲ Μαξιμῖνος ἐπὶ ἔτη τρία ἐμβριθῶς τε [42] καὶ τυραννικῶς, ἀνὴρ ὑπερμεγέθης καὶ τὸ ἦθος ὠμός. Διόπερ τὸν Λιβύης ὑπάρχοντα ὑπ' αὐτοῦ καταστάντα καὶ ὅμοιον ὄντα τοῖς τρόποις οἱ ἐκεῖσε στασιάσαντες καὶ ἀνελόντες [43], Γορδιανὸν ἀνθύπατον γεγονότα καὶ ὀγδοηκοστὸν ἄγοντα ἔτος χειροτονοῦσι καὶ ἄκοντα βασιλέα. Καὶ ἡ Ῥώμη περιχαρῶς αὐτοῦ τὴν ἀνάῤῥησιν δεξαμένη, πάσας τοῦ Μαξιμίνου τιμὰς καθ-

VARIÆ LECTIONES.

[33] Βρετανοὺς ς. [34] παρασκευάζων ς. [35] ὀνόματι Βασιανόν ς. [36] μετονομ. αὐτὸν Ἀντ. ς. [37] αὐτὸν add. A. [38] τούτῳ ς. [39] Ἀλεξιανόν A. [40] ὑπερβολὴν post ἀκρασίας ponit ς. [41] Μαμμαίας ς. [42] τε add. A. [43] ἀνελθόντες ς.

NOTÆ.

(39) Quem Elagabalum, a novo quem colendum suscepit deo, agnominarunt.
(40) Melius *Alexianum*.

Digitized by Google

εἶλε. Συνανεῖπον δὲ αὐτῷ καὶ υἱὸν Γορδιανοῦ Γορδιανὸν βασιλέα. Μαξιμίνου δὲ παρασκευαζομένου πρὸς πόλεμον, καὶ Γορδιανὸς ἅμα τῷ υἱῷ τὴν Καρχηδόνα [41] καταλαβὼν καὶ ἐν ἀπογνώσει τῶν ὅλων γεγονὼς βρόχῳ ἀνεπαύσατο τοῦ βίου· ὁ δὲ παῖς τῆς πρὸς Μαξιμῖνον μάχης κρατουμένης ἀναιρεθεὶς ἠφανίσθη. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τῷ πάθει τούτων ὑπεραλγήσαντες, καὶ δεδιότες καὶ μισοῦντες Μαξιμῖνον, ἀναγορεύουσιν ἐν Ῥώμῃ Βαλβῖνόν τε καὶ Μάξιμον· καθ' ὧν στάσεως ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀνεγειρομένης συμβασιλεύει τούτοις καὶ Γορδιανὸς, ἀπόγονος Γορδιανοῦ τοῦ πρώτου, κομιδῇ παῖς, θυγατρὸς υἱός. Καὶ Μαξίμου ἐξιόντος κατὰ Μαξιμίνου ἀναιρεῖται Μαξιμῖνος ὑπὸ τῶν οἰκείων στρατιωτῶν, καὶ κομίζεται πρὸς Μάξιμον ἡ κεφαλὴ, εἶτα καὶ πρὸς αὐτὴν Ῥώμην. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ οἱ στρατιῶται στασιάσαντες ἐξάγουσι τῶν βασιλείων Βαλβῖνον καὶ Μάξιμον, [276 R.] καὶ πᾶσαν αὐτοὺς αἰκίαν αἰκισάμενοι ἀναιροῦσι, μόνον ἀνεπόντες βασιλέα Γορδιανὸν, περὶ ἔτη τρισκαίδεκα γεγονότα· ἐν οἷς καὶ ὁ ὄγδοος τελειοῦται λόγος.

Ἔστι δὲ τὴν φράσιν σαφὴς καὶ λαμπρὸς καὶ ἡδὺς, καὶ λέξει χρώμενος σώφρονι, μήτε ὑπεραττικιζούσῃ καὶ τὴν ἔμφυτον ἐξυβριζούσῃ χάριν τοῦ συνήθους, μήτε πρὸς τὸ ταπεινὸν ἐκλελυμένῃ καὶ τὴν ἔντεχνον ὑπερορώσῃ γνῶσιν. Οὔτε δὲ περιττολογίαις ἐστὶ σεμνυνόμενος, οὔτε τι τῶν ἀναγκαίων παραλιμπάνων, καὶ ἁπλῶς [42] ἐν πάσαις ταῖς κατὰ τὴν ἱστορίαν ἀρεταῖς οὐ πολλῶν ἐστι δεύτερος.

A que omnes Maximino ademit: Gordiano insuper Gordiani filio in Cæsarem illi allecto. At dum Maximinus bellum adornat, videns Gordianus, (qui jam una cum filio Carthaginem (41) occuparat) in summam rerum omnium desperationem se adductum, laqueo vitam abrupit. Filius vero, commissa dein cum Maximo pugna, interfectus periit. Romani hic incredibili dolore ex horum interitu percussi, simul metuentes, atque odio Maximinum prosequentes, imperatores Romæ renuntiant Balbinum, et Maximum. In quos ut rursum militaris excitata seditio est, imperavit una cum eis et Gordianus, Gordiani majoris ex filia nepos, admodum adhuc puer. [Lib. VIII.] Maximo post adversus Maximinum profecto, interfectus a suis militibus Maximinus B est, allatumque caput ejus ad Maximum, et inde Romam. Nec longo interjecto tempore, tumultuantes denuo milites, palatio educentes Balbinum, et Maximum, omnibus contumeliis cruciatibusque affectos interimunt, et uni Gordiano tredecim circiter annos nato imperium mandant. Hoc libri octavi extremum est.

Scriptoris hujus dictio clara est, atque perspicua, quin et jucunda: vocibus autem utitur temperatis, neque supra modum Atticis, quibus nativa illa communis sermonis gratia quodammodo violetur: nec rursus in humilitatem quamdam ita demissis, ut artem omnem illæ fugisse videantur. Ad hæc nec supervacaneis tumet, nec necessarium quid omittit: sed, ut uno verbo absolvam, 86 *a* omnibus C historiæ virtutibus paucis sane cedit.

P'.

Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως μελέται διάφοροι.

Ἀνεγνώσθη Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως μελέται διάφοροι, εἰς τὸ μέτριον τοῦ λόγου ἀνηγμέναι καὶ οὐκ ἀηδεῖς.

C.

Adriani Declamationes.

Lectæ sunt Adriani (42) Augusti variæ *Declamationes*, dicendi moderatione temperatæ, nec injucundæ.

PA'.

Βικτωρίου τοῦ Λαμπαδίου ὑπατικοὶ Λόγοι.

Ἀνεγνώσθησαν Βικτωρίνου τοῦ Λαμπαδίου (Ἀντιοχεὺς δὲ οὗτος) ὑπατικοὶ λόγοι διάφοροι, καὶ βασιλικοὶ δὲ εἰς Ζήνωνα τὸν βασιλέα, ἐφ' οὗ καὶ εἰς βαθὺ γῆρας ἦν [150 H.] ἐληλακώς. Τὴν δὲ φράσιν τό τε σαφὲς καὶ τὸ ἀπέριττον καὶ τὸ σύνηθες ἐπικοσμεῖ.

CI.

Victorini Lampadii filii Orationes consulares.

Lectæ sunt Victorini Lampadii filii Antiocheni *Orationes consulares variæ, simul et imperatoriæ* in Zenonis Augusti laudem: quo imperante, ad extremam hic pervenerat senectutem. Dictionem ejus, in qua nihil redundans, perspicuitas, usitatusque loquendi modus exornant.

PB'.

Γελασίου ἐπισκόπου Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης κατὰ Ἀνομοίων. Καὶ Διοδώρου Ταρσοῦ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος διάφορα ἐπιχειρήματα.

Ἀνεγνώσθη ἐν μονοβίβλῳ Γελασίου ἐπισκόπου Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, *Κατὰ Ἀνομοίων*. Ἔστι

CII.

Gelasii Cæsareæ Palæstinæ episcopi, liber (43) contra Anomœos,
Et Diodori Tarsensis de Spiritu sancto argumenta.

Lectus est liber singularis Gelasii Cæsareæ Palæstinæ episcopi *adversus Anomœos* (44). Hujus

VARIÆ LECTIONES.

[41] Χαλκηδόνα ς. [42] ἁπλῶς] ἁπλῶς ἱστορικῶν A.

NOTÆ.

(41) Male Χαλκηδόνα legebatur in textu Græco. EDIT.

(42) Lege plura apud Suid. et Xiphilinum. Exstant ejus et sententiæ quædam, sive δικαστικὰ responsa in *Vet. Glossar.*

(43) Exstat hodieque titulo *De duabus naturis in Christo*, sed falso Gelasio pontif. Rom. ascriptus, ut docet illustriss. Baron. card. tom. IV, ad ann. Chr. 496 init.

(44) Non illos Eunomianos apud Nicephor. ibid. I, cap. 11, sed integro pene sæculo posterius exortos Eutychianos, sic forsitan ab aliquibus dictos, quod negarent Christum habuisse corpus ὁμοούσιον nobis, qua etiam ratione apud DD. Athanas. atque Chrysost. dicti *Anomœi* Ariani, qui Christum Patris inæqualem, et aliqui dissimilis quoque substantiæ, faciebant.

Digitized by Google

oratio minime superflua, sed gravis ac vehemens, Atticis permista vocibus, et axiomatis accuratius instructa, ne ratiocinationibus quidem indigens, per omnia denique insignis est : tantum putide nimis ac pueriliter, quasi nuper dialecticorum libros inspexisset, logicæ artis regulis, ipsisque adeo vocibus abutitur : etsi excusationem intempestivi hujus sermonis scripto suo adnectat. Verum id, quod excusatione post noverat indigere, nec jam inde a principio suscipiendum illi fuerat. Quanquam neque ipse libri ordo reprehensione caret.

Continebantur autem hoc eodem libello varia etiam argumenta (45) Diodori Tarsensis *De sancto Spiritu* : quibus et Nestorii labe se jam inde contaminatum ostendit.

A δὲ τὴν φράσιν ἀπέριττός τε καὶ σύντονος [46] καὶ ἐξητικισμέναις λέξεσι κεχρημένος, καὶ ἀξιώμασιν ἀπηκριβωμένος, καὶ οὐδὲ τοῖς ἐπιχειρήμασιν ἄπορος, καὶ πάντα καλὸς εἰ μὴ ὅτι κατακόρως καὶ μειρακιωδῶς [47], ὡς ἄρτι παρακύπτων εἰς τοὺς διαλεκτικοὺς λόγους, τοῖς τῆς λογικῆς τέχνης καὶ κανόσι καὶ αὐταῖς ἀπεχρήσατο λέξεσιν, εἰ καὶ ἀπολογίαν τῆς τοιαύτης ἀκαιρολογίας ἐνυφαίνει τῷ συγγράμματι· ὅπερ γὰρ εἰς ἀπολογίαν αὐτὸν [48] καθιστάνειν ἔγνω, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἐχρῆν αὐτὸ μεταχειρίζεσθαι. Καὶ ἡ τάξις δὲ τοῦ λόγου οὐκ ἀνεπίμωμος.

CIII.

Philonis Judæi legum sacrarum allegoria, et viri civilis vita.

Lectus est Philonis Judæi *sacrarum legum Allegoria*, et *De vita viri civilis*.

Ἐμπεριείχετο δὲ τῇ δέλτῳ καὶ Διοδώρου Ταρσοῦ *Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος* διάφορα ἐπιχειρήματα, ἐν οἷς καὶ τὴν Νεστορίου νόσον αὐτὸς ἐπιδείκνυται προηρρωστηκώς.

ΡΓ'.

Φίλωνος Ἰουδαίου νόμων ἱερῶν ἀλληγορίαι, καὶ περὶ βίου τοῦ πολιτικοῦ.

Ἀνεγνώσθη Φίλωνος τοῦ Ἰουδαίου νόμων ἱερῶν ἀλληγορίαι [49] καὶ περὶ βίου πολιτικοῦ.

CIV.

Ejusdem Essenorum et Therapeutarum vivendi ratio.

Lecta et eorum vivendi ratio, qui philosophicum vitæ genus apud Judæos sive contemplando, sive agendo sectati sunt. Hi Esseni (46), illi Therapeutæ appellabantur. Ac proximi quidem non monasteria tantum, atque σεμνεῖα (has ipsas ille voces adhibet) ædificarunt, sed etiam vivendi normam iis, qui nunc solitariam degunt vitam præscripserunt.

ΡΔ'.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις φιλοσοφησάντων.

Ἀνεγνώσθησαν δὲ καὶ [50] τῶν παρὰ Ἰουδαίοις φιλοσοφησάντων τήν τε θεωρητικὴν καὶ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν βίοι· ὧν οἱ μὲν Ἐσσηνοί, οἱ δὲ θεραπευταὶ ἐκαλοῦντο, οἳ καὶ μοναστήρια καὶ σεμνεῖα, ὡς αὐταῖς λέξεσι λέγει, ἐπήγνυντο, καὶ τῶν νῦν μοναζόντων τὴν πολιτείαν προϋπέγραφον.

CV.

Ejusdem Caius (imp.) reprehensus, et Flaccus reprehensus.

Legitur ejusdem liber, cui titulus *Caius repre-*

ΡΕ'.

Τοῦ αὐτοῦ Γάϊος ψεγόμενος, καὶ Φλάκκος ψεγόμενος.

[277 R.] Ἀνεγνώσθη δὲ αὐτοῦ καὶ λόγος οὗ ἡ

VARIÆ LECTIONES.

[46] σύντονος] malim σύντομος. cf. p. 91 *a* 15. [47] μειρακοειδῶς ς. [48] αὐτῶν corr. A. [49] ἀλληγορία ς. [50] καὶ add. A.

NOTÆ.

(45) Quorum mireris nullam fieri mentionem apud Suidam, in accurato illo hujus viri *Operum Catalogo*.

(46) *Esseni*. Hos Philo ipse Essæos appellat, a sanctitate, ut ait, (Suid. Ἀπὸ τῆς θεωρίας vocare vult Ἐσσαίους, hoc est, θεωρητικούς, quam recte, ipse viderit. Cætera de Essenis diligentissime nuper posuit omnia Nic. Serarius noster, tertio suo Trihæresium libro), nomine derivato, lib. *Quod omnis probus liber*. Quo medio libello totam Essæorum vivendi rationem exponit. Et Chrysostomus, hom. XLIV in Act. : Esseni, qui etiam ὅσιοι dicuntur (Latine *sancti*) ; hoc enim vult nomen Essenorum a vitæ honestate.

Therapeutæ autem distinctum Essenorum genus, (contra atque aliqui sentiunt) ut aperte constat Philonis illum locum attentius cum libello de vita theoretica comparanti. Et vero ne longius abeam, in limine statim disjungi videas inf. Ἐσσαίων πέρι διαλεχθείς, οἳ τὸν πρακτικὸν ἐζήλωσαν καὶ διεπόνησαν βίον, etc. αὐτίκα καὶ περὶ τῶν θεωρίαν ἀσπασαμένων, ἀκολουθίᾳ τῆς πραγματείας ἑπόμενος τὰ προσήκοντα λέξω. Subdit post paulo nominis etymon, quod ita Latine redditur : Vocantur enim Therapeutæ Therapeutidesque (hoc est, curatores et curatrices, sive cultores et cultrices) vero nomine : vel quia profitentur medicinam præstantiorem ista, per omnia oppida vulgata. Nam hæc medetur solis corporibus : illa et animas liberat morbis gravibus, et adversus medelas contumacibus, quos inflixerunt voluptates, concupiscentiæ, dolores, timores, avaritiæ, insipientiæ, injustitiæ, et cæteræ perturbationes, vitiorumque agmen innumerabile ; vel quia didicerunt a natura, et a sacris legibus, illud Ens colere, quod et bono melius, et uno sincerius, et unitate in generando antiquius est.

Σεμνεῖον quoque quid fuerit, ex eodem accipe Philone inf., Ἑκάστῳ δὲ [τῶν θεραπευτῶν] ἔστιν οἴκημα ἱερὸν ὃ καλεῖται σεμνεῖον καὶ μοναστήριον, ἐν ᾧ μονούμενοι τὰ τοῦ σεμνοῦ βίου μυστήρια τελοῦνται, *etc.* Latine vertas : Therapeutarum vero quilibet ædiculam habet sacram, quam Semneion atque monasterium vocant : in qua solitarii ipsi severioris vitæ mysteriis navant operam : nihil huc inferentes, non potum, non cibum, non aliud ad necessariam corporis sustentationem spectans : sed legem solam, et divinitus edita prophetarum oracula, cum hymnis, cæterisque quibus tum scientia, tum pietas augeri ac perfici possit.

Digitized by Google

ἐπιγραφὴ « Γάϊος ψεγόμενος » καὶ « Φλάκκος ἢ Φλάκκον ψεγόμενος · » ἐν οἷς λόγοις μᾶλλον τῶν ἄλλων ἥ τε κατὰ τὴν ῥητορείαν ῥώμη καὶ τὸ κάλλος ἐπιφαίνεται [81] αὐτοῦ τῶν λόγων. Ἁμαρτάνει δὲ ἐν πολλοῖς, ἰδέας τε ὑποτιθέμενος [82], καὶ ἄλλ' ἄττα τῆς Ἰουδαϊκῆς φιλοσοφίας ἀλλότρια συγγραφόμενος. Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις ἤκμασε Γαΐου τοῦ Καίσαρος, πρὸς ὃν καὶ ὑπὲρ τοῦ ἰδίου ἔθνους γράφει πρεσβεῦσαι Ἀγρίππα τῆς Ἰουδαίας βασιλεύοντος. Φέρεται δὲ αὐτοῦ πολλὰ καὶ ποικίλα συντάγματα, ἠθικοὺς λόγους περιέχοντα καὶ τῆς Παλαιᾶς ὑπομνήματα, τὰ κλεῖστα πρὸς ἀλληγορίαν τοῦ γράμματος ἐκβιαζόμενα· ἐξοῦ, οἶμαι, καὶ πᾶς ὁ [83] ἀλληγορικὸς τῆς Γραφῆς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ λόγος ἀρχὴν ἔσχεν [84] εἰσρυῆναι. Λέγεται δὲ αὐτὸν καὶ τὰ Χριστιανῶν μυηθέντα ὕστερον τούτων διά τινα λύπην καὶ ὀργὴν ἐκπεσεῖν. Ἀλλὰ πρότερόν γε αὐτόν φασιν, ἐπὶ Κλαυδίου τὴν Ῥώμην καταλαβόντα, Πέτρῳ τῷ κορυφαίῳ τῶν ἀποστόλων ἐντυχεῖν καὶ φιλίως διατεθῆναι, ἐξ οὗ καὶ τοὺς μαθητὰς [85] Μάρκου τοῦ εὐαγγελιστοῦ (ἀκροατὴς δ' ὁ Μάρκος Πέτρου) μνήμης καὶ εὐφημίας ἀξιῶσαι· ἐκείνους γὰρ λέγειν αὐτόν [86] φασι [87] παρὰ Ἰουδαίοις πεφιλοσοφηκέναι. Ὧν καὶ τὰς διατριβὰς μοναστήρια τε καλεῖ, καὶ τὸν ἀσκητικὸν διανύειν αὐτοὺς ἀνακηρύττει βίον, νηστείᾳ καὶ προσευχῇ καὶ ἀκτησίᾳ προσανέχοντας.

[151 H.] Ἔστι δὲ τὸ γένος ἐξ ἱερέων καταγόμενος, Ἀλεξανδρεὺς δὲ τὴν πατρίδα. Τοσοῦτον δ' αὐτὸν τοῖς Ἕλλησι ταῖς παρασχεῖν θαῦμα τῆς ἐν τοῖς λόγοις δυνάμεως, ὡς καὶ λέγειν αὐτούς· « Ἢ Πλάτων [88] φιλωνίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει. »

hensus, alinsque *Flaccus reprehensus*. Quibus in libris magis, quam in aliis, 86b dicendi vis ejus ac venustas apparet. Peccat tamen non raro ideis transmutandis, cæterisque a Judaica secta alienis describendis. Floruit Caii Cæsaris temporibus, ad quem et pro sua gente (Hebræa) legationem se suscepisse scribit, regnante in Judæa Agrippa. Circumferuntur ejusdem alia quoque varia opuscula (47), quibus disputationes fere de moribus continentur, Veterisque Testamenti explanationes, ad allegoriam ut plurimum ipsa littera aptata. Et vero ab hoc arbitror (48) omnem allegoricum sacræ Scripturæ sermonem in Ecclesiam promanasse. Ferunt eumdem Christianis etiam sacris initiatum, ab his tandem dolore quodam atque iracundia descivisse. Verum antea Claudio Augusto imperante adita Roma, in beatum Petrum apostolorum principem incidisse, eoque usum familiariter; atque hinc etiam factum esse, ut et discipulorum beati Marci evangelistæ, sancti Petri auditoris, mentionem laudationemque posuerit. Hos enim (aiunt) apud Judæos philosophicam duxisse vitam, iste commemorat : horum domicilia, monasteria appellat, eosdemque meditationi deditam vitam jejunio, atque precatione degere, nihil interim opum possidendo, prædicat.

Duxit autem Philo genus a sacerdotibus, patria Alexandrinus, tantamque sibi apud Græcos artis dicendi peritia celebritatem peperit, ut vulgo etiam sermone illud usurparetur : Aut Plato philonizat, aut Philo platonizat (49).

ΡϚ'.

Θεογνώστου Ἀλεξανδρέως λόγοι ζ'.

[280 R.] Ἀνεγνώσθησαν Θεογνώστου Ἀλεξανδρέως λόγοι ἑπτά· οὗ ἡ ἐπιγραφή, « Τοῦ μακαρίου Θεογνώστου Ἀλεξανδρέως καὶ ἐξηγητοῦ ὑποτυπώσεις. » Ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ λόγῳ διαλαμβάνει περὶ τοῦ Πατρὸς, καὶ ὅτι ἐστὶ δημιουργὸς ἐπιχειρῶν δεικνύναι, καὶ κατὰ τῶν ὑποτιθέντων συναΐδιον ὕλην τῷ Θεῷ. Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τίθησι μὲν ἐπιχειρήματα δι' ὧν δεῖν φησι τὸν Πατέρα ἔχειν Υἱὸν, Υἱὸν δὲ λέγων κτίσμα αὐτὸν ἀποφαίνει, καὶ τῶν λογικῶν μόνον ἐπιστατεῖν, καὶ ἄλλ' ἄττα, ὥσπερ Ὠριγένης, ἐπι-

CVI.

Theognosti Alexandrini Hypotyposeon libri VII.

Lecti sunt Theognosti Alexandrini libri septem, hac inscriptione : « Beati Theognosti Alexandrini, et sacrorum Librorum interpretis *Hypotyposes*. » Primo libro de Patre agit, eumque esse rerum opificem ostendere nititur : etiam contra eos, qui materiam (50) Deo coæternam faciunt. Libro vero secundo argumenta quidem ponit, quibus effici ait necessario Patrem habere Filium. At cum Filium dicit, creaturam esse ipsum demonstrat, et ratione præditis tantum præesse. Ac plura id genus

VARIÆ LECTIONES.

[81] φαίνεται ϛ. [82] ὑπερτιθέμενος, [83] ὁ om. A. [84] ἔσχεν ἀρχὴν ϛ. [85] τοὺς μαθητὰς corr. A, τῶν μαθητῶν ϛ. [86] αὐτὸν add. A. [87] φασι mg.: φησι ϛ. [88] cf. Suid. vol. 4, p. 11, 10.

NOTÆ.

(47) Innumera, inquit B. Hieronym. Suidas, ἄπειρα.

(48) Per Origenem et Cyrillum Alexandr. ut inter Latinos B. Ambrosius pleraque a Philone mutuatus est.

(49) Beatum Petrum apostolum innotuisse Philoni Eusebius lib. II *Hist. eccl.* narrat : Φίλωνα λόγος ἔχει κατὰ Κλαύδιον ἐπὶ τῆς Ῥώμης εἰς ὁμιλίαν ἐλθεῖν Πέτρῳ τοῖς ἐκεῖσε τότε κηρύττοντι. Tum beatus quoque Hieronymus in Catalogo : Aiunt hunc, cum secunda vice venisset ad Claudium in eadem urbe [Romæ] locutum esse cum apostolo Petro, ejusque habuisse amicitiam : et ob hanc causam etiam Marci, discipuli Petri, apud Alexandriam sectatores ornasse laudibus. Quæ totidem verbis Suidas, ex Hieronymi metaphraste Sophronio fortasse, descripsit : Λέγουσι τοῦτον, ὅτε τὸ δεύτερον ἦλθε πρὸς Κλαύδιον ἐν τῇ αὐτῇ πόλει [Ῥώμῃ], διαλεχθῆναι τῷ ἁγίῳ ἀποστόλῳ Πέτρῳ, καὶ τούτου ἐσχηκέναι φιλίαν, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς σπουδαστὰς Μάρκου, μαθητοῦ Πέτρου, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἔπεσι κεκοσμηκέναι.

(50) Ut philosophi quidam veteres, et post Seleuciani sive Hermiani, de quibus August. *De hæresib.* cap. 59.

Digitized by Google

alia, una cum Origene Filio ascribit (51), sive eadem impietate ductus; sive, ut quis dixerit, illius defendendi studio, exercitationis isthæc gratia, et non ex sua sententia proponens, sive a veritate nonnihil abduci sinens, ob imbecillitatem captumque auditoris, qui nulla fortasse fidei Christianæ cognitione imbutus, **87***a* minus poterat accuratiorem de religione cognitionem admittere, ut Filii propterea qualemcunque cognitionem auditori utiliorem existimarit esse, quam si omnino nec agnitus ille sit, nec auditus. Verum ut maxime in disputatione hoc pacto rectam sententiam declinare, ab eaque recedere non omnino absurdum, aut reprehensione dignum videatur : (nam ibi pleraque ejus, qui contra disputat, sententia et opinione, ac quasi vi fiunt). In scripta tamen oratione, quæ legis instar omnibus in communi proponenda sit, si quis hanc sui purgandi causa, blasphemiæ conscriptæ defensionem afferat, is sane ad imbecillum confugiet patrocinium. Jam ut secundo libro, ita et tertio, de Spiritu sancto tractans, argumenta quidem adhibet, quibus Spiritum sanctum esse conatur ostendere; verum cætera, ad modum Origenis libro *De principiis*, etiam hic nugando delirat. Quarto dein libro *de angelis et dæmonibus* inania æque, ut ille, jactitans, exilia ipsis corpora induxit. Quinto vero et sexto pertractat ut Deus hominem induerit, tentatque suo more demonstrare incarnationem Filii fieri potuisse. Multa et hic nugatur, maximeque dum illud asserere audet, imaginatione quidem nostra Filium aliis atque aliis locis circumscribi, re tamen atque actu ipso non esse circumscriptum. Septimo denique libro, quem *De Dei creatione* inscripsit, aliquanto pie magis cum de aliis tractat, tum præsertim de Filio in extrema operis parte.

Dictio ejus plena est, et nihil habet redundans. Vocibus item ut in Attica, minimeque affectata oratione, ita utitur venuste, ut nec in compositione quidem a consueto loquendi modo recedat : imo nec perspicuitatis, et accurationis causa a magnitudine deflectat. Floruit vero ***

CVII.

Basilii Cilicis contra Joannem Scythopolitam (53) *libri* XVI.

Lectus est liber Basilii presbyteri Cilicis, adversus Joannem Scythopolitam, cui et Causidici nomen,

ΡΖ'.

Βασιλείου πρεσβυτέρου Κιλικίας κατὰ Ἰωάννου Σκυθοπολίτου ις'.

[281 R., 152 H.] Ἀνεγνώσθη Βασιλείου, πρεσβυτέρου Κίλικος, κατὰ Ἰωάννου τοῦ Σκυθοπολίτου, ὃν

VARIÆ LECTIONES.

[59] ἐπιφορεῖ A. [60] ἄν om. A. [61] εἶναι νομίζων λυσιτελεστέραν ς. [62] τῷ add. A. [63] δόξῃ οὐδὲ ἐχομένη ψόγου. [64] ἅπασι νόμου A : νόμου τοῖς πᾶσιν ς. [65] δεικνύειν ὕπαρξιν ς. [66] καινολογεῖ ς. [67] διαλαμβάνειν A. [68] δυνατὴν εἶναι δεικνύναι post υἱοῦ ponit ς. [69] ἦκμασε δέ om. A, habet C.

NOTÆ.

(51) Supr. cod. 8.

(52) Post Origenem, ut hic indicat Photius, et ex beato Athanasio colligas, qui utriusque adhibens testimonium, liber in illud Evang. : *Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis*, etc. Origeni hunc continenter subjungit, et priscum, admirandum, perquam studiosum appellat, allatis duobus ex eo fragmentis. Alibi etiam disertum virum, quando ejus librum II Hypotyposeon in Arianos advocat. Itaque non absimile vero fuerit his ipsis libris, quod Clementis item Hypotyposibus accidisse auctor est in Origenis Apologia Ruffinus, ut ab hæreticis interpolati, contaminati fuerint. Dolo certe malo præteritam ab Eusebio maximi hujus viri mentionem, docet illustris. Baron. t. II *Annal. ad ann.* C. 109.

(53) De Joanne Scythopolita sup. cod. 95. De Basilio cod 96 et 42.

Digitized by Google

καὶ διχολόγον λέγει καὶ μυρία ἄλλα αὐτοῦ καταγράφει, ὅτι τε ἐν ὑπονοίᾳ γέγονεν Μανιχαϊσμοῦ, καὶ ὅτι τὴν ἁγίαν Τεσσαρακοστὴν εἰς τρεῖς ἑβδομάδας συγκλείων οὐδὲ ἐν ταύταις τῆς ἐκ[70] τῶν πτηνῶν κρεοφαγίας ἀπείχετο, καὶ ὡς Ἑλληνικαῖς τελεταῖς συνήγετο, καὶ ὅτι ὡς ἐπίπαν ὑπὸ γαστριμαργίας ἑλαυνόμενος οὐδέποτε ἐκοινώνει τῆς ἱερουργίας τελειουμένης, ἀλλὰ μετὰ τὸ Εὐαγγέλιον παισὶν ἅμα τῶν μυστηρίων μετελάμβανε, καὶ παραυτίκα πρὸς τὴν τράπεζαν ἀπέτρεχε. Ταῦτα κατὰ τοῦ ἀνδρὸς σχεδόν τι δι' ὅλης αὐτοῦ τῆς βίβλου κατασπείρων ἐνασελγαίνει. Τὸ δὲ σύγγραμμα δραματικὸν ποιεῖται[71]· προσφωνεῖ δὲ αὐτὸ πρός τινα Λεόντιον αἰτησάμενον. Τὰ δὲ τοῦ δράματος εἰσάγει πρόσωπα Λαμπάδιον μὲν ὑπερμαχοῦντα αὐτοῦ, Μαρῖνον δέ τινα ὡς[72] δῆθεν ὑπὲρ τοῦ Ἰωάννου ἀγωνιζόμενον, ὃς καὶ μετά τινας διαλέξεις εἰσάγεται αὐτῷ καταγινώσκων μὲν οὗ ἐδόκει προσώπου ὑπερασπίζεσθαι, Λαμπαδίῳ δὲ προστιθέμενος· μεθ' ὃν Ταράσιόν τινα τὸν ἀγῶνα ὑπεισελθεῖν ὑποκρίνεται, ἐκεῖνα δὴ τούτους καὶ ἐρωτᾷν κατασχηματίζων καὶ ἀποκρίνεσθαι, ἃ συνοίσειν μὲν ἑαυτῷ, μῶμον δὲ καὶ ἀπορίαν τῷ συνηγορουμένῳ ὅῆθεν ἐώρα κατασκευάζοντα. Ἐξκαίδεκα δὲ λόγοις τὸ σύγγραμμα διαιρεῖ, καὶ ἐν μὲν τοῖς τρισὶ καὶ δέκα τὸν διαλογικὸν εἰσάγει τύπον, κατὰ τοῦ πρώτου μόνου τῶν Ἰωάννου λόγων τοσαύτην σπουδὴν καὶ πόνον εἰσενεγκάμενος, ἐν δὲ τοῖς λοιποῖς τρισὶ καταδρομὴν ποιεῖται τῶν ἐν τῷ δευτέρῳ καὶ τρίτῳ λόγῳ ῥηθέντων τῷ Ἰωάννῃ.

A et alia sexcenta impingit : ut, in suspicionem Manichææ sectæ venisse : sacrum Quadragesimæ tempus ad tres tantùm hebdomadas revocasse, iisdemque nec ab avium carnibus abstinuisse : ad gentium sacra accessisse : ut plurimum præterea **87***b* ventri plus satis deditum, non absoluto jam sacro communicasse, sed post Evangelium una cum pueris mysteria sumpsisse, statimque ad mensam advolasse. Talia fere toto libro sparsa ac disseminata, petulanter in virum illum jactat. Opus ipsum dramaticum est, Leontio cuidam id efflagitanti inscriptum. Personas fingit hic Lampadium quemdam, qui pro Basilio certet, cum Marino, qui Joannis partes tuendas susceperit. Hunc post dissertationes aliquot damnato eo, quem defendendum susceperat, ad B Lampadium sese adjungentem inducit, ac post eum victum Tarasium quemdam iterum certamen redintegrantem. Ubi illa hos et interrogare, et respondere comminiscitur, quæ cum sibi conductura, tum patrocinanti adversario reprehensionem ac perplexitatem paritura viderentur. In sedecim autem libros opus universum divisit : quorum tredecim priores dialogi forma sunt ab eo, contra primum duntaxat Joannis librum, tanto cum studio ac diligentia conscripti : reliquis vero tribus ea oppugnat, quæ in secundo suo et tertio libro Joannes asseruerat.

Ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ λόγῳ τὸν πρόλογον ἀπαρτίσας, κατὰ δύο κεφαλαίων ἵσταται, καθ' ἑνὸς μὲν τοῦ ὅτι ὁ[73] Λόγος ἔπαθε σαρκὶ, καθ' ἑτέρου δὲ τοῦ ὅτι ταυτόν ἐστι τὸ[74] λέγειν Χριστὸν τῷ λέγειν Θεόν. Ἐν δὲ τῷ β' λόγῳ ὅτι τε μάτην ἐλοιδορήθη πειρᾶται δεικνύναι, καὶ ὅτι τὸ, « Ἀναβήσεται[75] ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, » κακῶς ὁ Σκυθοπολίτης Ἰωάννης ἐξελάβετο. Ἐν δὲ τῷ γ' ὡς δῆθεν συζητεῖ ὅπως δεῖ νοεῖν τό· « Νῦν[76] ἐδοξάσθη ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ, » καὶ τὰ ἑξῆς τοῦ ῥητοῦ. Ἐν δὲ τῷ δ', πῶς ἴδιον λέγεται[77] τοῦ Θεοῦ τὸ σῶμα, καὶ περὶ ἑνώσεως, καὶ περὶ τοῦ « Ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός[78] σου, » καὶ περὶ τοῦ, « Ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτόν· » ἐν ᾧ λόγῳ καὶ ὁ[79] Μαρῖνος τῆς ὡς δῆθεν ἀποστὰς ἀντιλογίας τῷ Λαμπαδίῳ[80] συντίθεται. Ἐν δὲ τῷ ε', ἔνθα καὶ ὁ Ταράσιος ἀναδέχεσθαι τὸν ἀγῶνα ἀντὶ Μαρίνου ὑποκρίνεται, τὰς κατὰ τοῦ Ἰωάννου κατηγορίας ἀναλαμβάνει πικρότερον, καὶ ὁ λόγος αὐτῷ σχεδόν τι ἐν ταύταις καταναλίσκεται. Ἐν δὲ τῷ ς' δριμύτερόν πως κατατρέχει τῆς κατὰ Χριστὸν τὸν Σωτῆρα ἡμῶν ἑνώσεως· καὶ περὶ τοῦ, « Ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου, » καὶ ὅπως ἡ κατ' αὐτὸν Ἐκκλησία περὶ τοῦ, « ἐσαρκώθη, » δοξάζει. Ἐν δὲ τῷ ἡ περὶ τοῦ· « Ὁ Λόγος[81] σὰρξ ἐγένετο, » εἰς ἀτοπίας

Primo igitur libro post præfationem absolutam, duobus capitibus oppugnandis insistit. Primum quidem illud : « Verbum passum est in carne[1]. » Alterum vero : « Idem est dicere Christum, atque dicere C Deum. » Jam secundo libro temere se affectum injuria ostendere conatur : et illud : « Egredietur virga de radice Jessæ[2]. » Male a Scythopolita Joanne intellectum esse. Tertio deinde libro, de illo scilicet quærit loco, quomodo intelligendus : « Nunc clarificatus est Filius hominis, et Deus clarificatus est in illo[3], » et quæ ibi sequuntur. Quarto libro, quomodo dicatur proprium esse Dei corpus, tum de unitate, et de illo : « Unxit te Deus tuus[4]; et de illo : « Ego sanctifico meipsum[5]. » Quo in libro Marinus contradicendi partes relinquens scilicet, cum Lampadio consentit. Quinto vero libro, ubi et Tarasius certamen subire Marini loco fingitur, accusationes Joannis acerbius suscipit, totusque adeo liber in D iis fere consumitur. Sexto tum libro vehementius etiam invehitur in unionem Christi Servatoris nostri. **88***a* De illo quoque disputat : « Unxit te Deus, Deus tuus; » docetque quid ipsius Ecclesia censeat de illo : « Caro factum est[6]. » Libro octavo in varias absurditates præcipitat, dum de illo

[1] I Petr. IV, 1. [2] Isa. II, 1. [3] Joan. XII, 31. [4] Psal. XXXIV, 8. [5] Joan. XVII, 19. [6] Joan. I, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[70] ἐκ add. A. [71] δραμ. ἤδη ποιεῖται ς. [72] ὡς A : φήσας ὡς ς. [73] ὁ add. A. vid. I Petr. IV, 1. [74] τὸ om. A. [75] ἀναβήσεται] Jes XI, 1. [76] νῦν] Joan. XIII, 31. [77] λέγεται εἶναι ἴδιον ς. [78] ὁ Θεὸς semel ponit ς, vid. Psal. LXV, 8. [79] ὁ add. A. [80] Λαμπαδίῳ add. rc. A. [81] ὁ Λόγος] Joan. I, 14.

Digitized by Google

agit : « Verbum caro factum est [7], » itemque de illo : « Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, Filius hominis, qui est in cœlo [8]. » Nono libro de illo agit : « Petra autem erat Christus [9]; » et de illo : « Ecce vita vestra suspensa est in oculis vestris [10]. » Rursum de illo : « Porta hæc clausa erit [11]; » quæ omnia impie interpretatur. Decimo vero libro de illo : « Vobis verbum salutis missum est [12]; » deque eo : « Qui Filio suo non pepercit [13]. » Et : « De Verbo vitæ, quod manus vestræ contrectaverunt [14]. » Iterum de illo : « Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret [15], » et quæ sequuntur. In undecimo libro de illo tractat loco : « Hic Deus noster : non reputabitur alius coram ipso. Deinde in terra visus est, et cum hominibus conversatus est [16]. » Rursum super illo : « Exsurge, Deus, judica terram [17], » Deque altero loco : « Qui videt me, videt et Patrem [18]. » Tum adversus eos, qui dicerent non posse apostolos propter imbecillitatem audientium verum docere. Duodecimo libro docet unum e Trinitate passum. Et de illo item : « Si enim cognovissent, non ipsum Dominum gloriæ crucifixissent [19]. » Ubi et quod non dicamus duos Christos, infirma malaque ratione defendit : ad suam ipse voluntatem nimirum sensumque defensionem accommodans. Tertio decimo denique libro quærit : Quomodo non sint duo Filii. Et vero ex iis quibus defensionem instituit, duos esse Filios dicere necesse sit. Qua in re Tarasius veluti jam victus silentium tenet. Desinit et Basilius, sive Lampadius studiose interrogare ac respondere. Libri porro tres, quartus decimus, quintus decimus, et sextus decimus, perpetua contexti oratione, in secundum et tertium librum assertionum Joannis Scythopolitæ incurrunt.

Fuit hic Basilius presbyter, ut de se ipse affirmat, Antiochenæ Ecclesiæ, quo tempore thronum ibi tenebat Flavianus (54), Romanique clavum imperii moderabatur Anastasius. Dictio ejus in dialogis potissimum humilis est, ut nec a vocibus e trivio sumptis sibi temperet. Sed et in compositione parum accuratus, peccare non raro, atque solœcismum facere deprehenditur **88***b*. Verum uti perspicuus in his esse laboravit, ita quoque in suis adversus pios argumentis vehemens sane est, atque visu tritus, ut omnem plane vitam in hoc vano contra pietatem studio consumpsisse videatur. Etsi vero Nestoriana (55) hæresi infectus est, Nesto-

πολλὰς ἐκτραχηλίζεται, καὶ περὶ τοῦ· « Οὐδεὶς [83] ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ [153 B.] οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ. » [284 R.] Ἐν δὲ τῷ θ' περὶ τοῦ· « Ἡ δὲ [84] πέτρα ἦν ὁ Χριστὸς, » καὶ περὶ τοῦ, « Ὄψεσθαι [85] τὴν ζωὴν ὑμῶν κρεμαμένην πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν, » καὶ περὶ τοῦ, « Ἡ πύλη [86] αὕτη κεκλεισμένη ἔσται, » πάντα ταῦτα δυσσεβῶς ἐκλαμβάνεται. Ἐν δὲ τῷ ι' περὶ τοῦ, « Ὑμῖν [87] ὁ λόγος τῆς σωτηρίας ἀπεστάλη· » καὶ περὶ τοῦ, « Ὃς τοῦ [87] ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, » καὶ, ὅτι [88] « Αἱ χεῖρες [89] ὑμῶν ἐψηλάφησαν, περὶ τοῦ Λόγου τῆς ζωῆς [89*], » καὶ περὶ τοῦ, « Οὕτως [90] ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, » καὶ ἑξῆς [91]. Ἐν δὲ τῷ ια' περὶ τοῦ, « Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· » — « Εἶτα [92] ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη, » καὶ περὶ τοῦ « Ἀνάστα [93], ὁ Θεὸς, κρίνων τὴν γῆν, » καὶ περὶ τοῦ, « Ὁ ἑωρακὼς [94] ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα, » καὶ πρὸς τοὺς λέγοντας μὴ δύνασθαι τοὺς ἀποστόλους διὰ τὴν ἀσθένειαν τῶν ἀκουόντων διδάσκειν τἀληθές. Ἐν δὲ τῷ ιβ', ὅτι εἷς τῆς Τριάδος ὁ παθὼν, καὶ περὶ τοῦ, « Εἰ γὰρ [95] ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν, » καὶ πῶς [96] οὐ λέγομεν δύο Χριστοὺς ἀσθενῶς καὶ κακοτρόπως ἀπολογεῖται, πρὸς τὸ οἰκεῖον μέντοι συμβαίνουσαν βούλημα τὴν ἀπολογίαν προάγει. Ἐν δὲ τῷ ιγ' περὶ τοῦ πῶς οὐ δύο Υἱοί· καίτοι ἐξ ὧν δοκεῖ ἀπολογεῖσθαι, ἀνάγκη λέγειν δύο Υἱούς. Ἐν ᾧ καὶ ὁ Ταράσιος ὡς δῆθεν ἐκνενικημένος σιωπᾷ, καὶ παύει καὶ ὁ Βασίλειος ἤτοι ὁ Λαμπάδιος τῆς κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν σπουδῆς τὴν σχολὴν, καὶ ποιεῖται τὸν ιδ', ιε' τε καὶ ις' λόγον διεξοδικωτέρῳ λόγῳ, καὶ κατατρέχει τῶν ἐν τῷ β' καὶ γ' βιβλίῳ εἰρημένων τῷ Ἰωάννῃ.

Ἦν δ' οὗτος ὁ Βασίλειος πρεσβύτερος, ὡς αὐτός φησι, τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν Ἐκκλησίας, ἀρχιερατεύοντος μὲν τῶν ἐκεῖσε Φλαβιανοῦ, Ῥωμαίων δὲ Ἀναστασίου βασιλεύοντος. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν χυδαῖος, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς διαλογικοῖς αὐτοῦ [97] οὐδὲ τῶν ἐκ τριόδου ῥημάτων ἀπέχεται· ἀλλ' οὐδὲ τὴν σύνταξιν ἀκριβὴς, ὥστε καὶ μέχρι τοῦ σφάλλειν καὶ σολοικισμοῖς κεχρῆσθαι πολλάκις ἐξάγεται· καὶ τὸ σαφὲς δὲ, ὡς ἐν τούτοις [98], ἐπετήδευσε. Τοῖς μέντοι κατὰ τῆς εὐσεβείας ἐπιχειρήμασι δριμύς τέ ἐστιν καὶ ἐντριβὴς, καὶ τὸν ὅλον βίον τούτοις, ὡς ἔοικε, τοῖς ματαίοις κατὰ τῆς εὐσεβείας πόνοις ἐγκατασπείς. Καὶ τὴν αἵρεσιν δὲ Νεστορίου νοσῶν Νεστόριον

[7] Joan. I, 14. [8] Joan. III, 13. [9] I Cor. X, 4. [10] Deut. XXVIII, 66. [11] Ezech. XXXIV, 2. [12] Act. XIII, 26. [13] Rom. III, 32. [14] Joan I, 1. [15] Joan III, 16. [16] Baruch. III, 36-38. [17] Psal. LXXXI, 8. [18] Joan, XIV, 9. [19] I Cor. II, 8.

VARIÆ LECTIONES.

[83] οὐδείς] Joan. III, 13. [84] ἡ δέ] I Cor. X, 4. [85] Deut. XXVIII, 6. [86] ἡ πύλη] Ezech. XLVI, 1. [87] ὑμῖν ὁ] Act. XIII, 26. [87] ὃς τοῦ] Rom. VIII, 32. [88] ὅτι om. A. [89] αἱ χεῖρες] I Joan. I, 1. [89*] περὶ τοῦ Λόγου τῆς ζωῆς] hæc cum ante ὅτι legerentur transposui cum A. [90] οὕτως] Joan. III, 16. [91] καὶ τὰ ἑξῆς ς. [92] εἶτα] Baruch. III, 30. [93] ἀνάστα] Psal. XXVIII, 8. [94] ὁ ἑωρακὼς] Joan. XIV, 9. [95] εἰ γάρ] I Cor. II, 18. [96] ὅπως ς. [97] αὐτοῦ add. A. [98] σαφὲς ἐν τούτοις ς.

NOTÆ.

(54) Ejus nominis secundus circa ann. Christi 500.

(55) Nestorianum hic dici mireris sane cum sup. cod. 9, pro Eutychianis scripsisse hunc adversus Nestorium videatur, ipsumque Scythopolitam contra illos scripsisse constet.

Digitized by Google

μὲν οὐκ οἰκειοῦται, Διόδωρον δὲ καὶ Θεόδωρον ἐπιγράφεται Πατέρας. Καὶ κατὰ μὲν τοῦ θεσπεσίου Κυρίλλου εἰς πρόσωπον οὕτως ἀναισχύντως οὐ βλασφημεῖ· τὸν μέντοι γε Ἰωάννην, καθ' οὗ τὴν γραφὴν ἐνεστήσατο, μηδενὶ ἄλλῳ ἀλλ' ἢ τοῖς Κυρίλλου φησὶν ἐπερείδεσθαι ιβ' κεφαλαίοις, καὶ τῷ δωδεκάτῳ, φησί, μάλιστα, ὃ παρεισάγει τὴν θεοπάθειαν· ἐν οἷς αὐτῷ καὶ [99] τῆς ματαιοπονίας τὸ τέλος. Τὸ δὲ σύνταγμα αὐτῷ πρὸς Λεόντιον, ὡς ἔφημεν, ἐποιήθη, ὃν ὁσιώτατον καὶ θεοφιλέστατον καὶ Πατέρα ἀποσεμνύνει.

A rium tamen sibi nequaquam vindicat, sed Diodorum (56) atque Theodorum patres laudat. Et contra divinum quidem Cyrillum non tam impudenter in eos blasphemat. Attamen Joannem hunc, in quem stylum strinxit, alii præterea nulli rei, præterquam Cyrilli duodecim capitibus inniti refert, ac duodecimo, ait, maxime, quo Deum ille passum subintroducit. Atque in his finem accipit frustra ille ab eo susceptus labor. Opus vero, ut supra dicere memini, Leontio dedicat cuidam, quem sanctissimum, Deoque charissimum, et Patrem magnifice prædicat.

ΡΗ'.

Θεοδώρου μονάζοντος Ἀλεξανδρέως κατὰ Θεμιστίου λόγος. Καὶ Θεμιστίου ἀπολογία ὑπὲρ τοῦ ἐν ἁγίοις Θεοφοβίου.

Ἀνεγνώσθη Θεοδώρου μονάζοντος Ἀλεξανδρέως *κατὰ Θεμιστίου*, οὗ ἡ ἐπιγραφή, « Ἔλεγχος ὡς ἐν συντόμῳ τῆς ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς Θεμιστίου κατὰ τῶν ἡμῶν [1] Πατέρων προπετοῦς καὶ ἀλογωτάτης ἐνστάσεως, ἐκ προφάσεως νῦν ἡμῖν πεπονημένος [285 R.] τῶν προβεβλημένων ὑπ' αὐτοῦ κατὰ τῆς ἀληθείας ζητημάτων τε καὶ [154 H.] προτάσεων, καὶ σαφὴς διευκρίνησις τῆς προκειμένης ὑποθέσεως. » Ἡ μὲν οὖν ἐπιγραφὴ τοιαύτη βιβλίον μᾶλλον ἢ ἐπιγραφὴ βιβλίου τυγχάνουσα· ἄμφω δὲ, ὅ τε Θεόδωρος καὶ Θεμίστιος, αἱρετικοὶ καὶ τῆς τῶν Θεοπασχιτῶν μερίδος ὑπάρχουσι, Σεβήρῳ [2] προσανακείμενοι. Ὁ μέντοι Θεμίστιος ἢ Καλώνυμος (ἐξονομάζει γὰρ καὶ οὕτως αὐτὸς ἑαυτὸν) καὶ τῆς τῶν Ἀγνοϊτῶν [3] προστάτης ἐστὶν αἱρέσεως, καὶ λόγον ὑπὲρ τῆς τοιαύτης νόσου συνέγραψεν, ὃν ἐπέγραψε « *Καλωνύμου τοῦ καὶ Θεφοιλου ἀπολογία ὑπὲρ τοῦ ἐν ἁγίοις Θεοφοβίου*, ἐν ᾧ καὶ Σεβήρου, ᾧ προσανάκειται (τοιοῦτον γὰρ τὸ ψεῦδος καὶ οἱ ἐρασταὶ τοῦ ψεύδους), καθάπτεται. Εὐθύνας δὲ ἐν τῷδε τῷ λόγῳ παρὰ [4] Θεοδώρου εἰσπράττεται· τὰ γάρ τοι τοῦ Θεμιστίου ἐπιχειρήματα τέσσαρα μὲν ὄντα, τὴν ἄγνοιαν δὲ, ὡς ἔφετο, ἐπὶ Χριστοῦ κατασκευάζοντα, καθ' ἓν ὁ Θεόδωρος ταξάμενος, ἕκαστος μυρίαις ἀτοπίαις ἐχόμενον [5] δείκνυσιν. Εἶτα πάλιν ὁ Θεμίστιος, ὥσπερ τὴν ἧττταν ἀναλούμενος, κατὰ Θεοδώρου μονόβιβλον ἔγραψε. Καὶ ὁ Θεόδωρος πάλιν ἐν τρισὶ τόμοις τοὺς κατ' αὐτῶν ἐλέγχους ἀποσκευασάμενος, τὴν οἰκείαν ἐπὶ [6] τούτῳ δόξαν ἀληθῆ παρεστήσατο. Ἔστι δὲ τούτων ἑκάτερος τοῦ τε συγγράφειν οὐκ ἀπείρως ἔχων, καὶ τὸ σαφὲς μετὰ τοῦ συντόνου καὶ τοῦ καθεστηκότος ἐν λόγοις διώκων [7].

B

C

D

CVIII.

Theodori Monachi Alexandrini Adversus Themistium liber.

Themistii Apologia pro sancto Theophobio.

Lectus est Theodori Alexandrini monachi *adversus Themistium* liber, cujus hæc inscriptio : Confutatio brevis, qua superioris temporis denuo repetita illa Themistii contra Patres temeraria maximeque absurda contentio refellitur : a nobis nunc elaborata, occasione objectarum ab ipso contra veritatem quæstionum, atque enuntiationum, cum dilucida explicatione objecti argumenti. » Talis hic igitur libri titulus, ut liber potius, quam titulus libri videatur. Uterque vero Theodorus æque ac Themistius, hæretici et partium studiosi fuerunt, eorum qui divinitatem (57) passam esse asseverant, Severo nimirum addicti. Cæterum Themistius, sive Calonymus (hoc enim sibi cognomentum quoque addidit) etiam Agnoetarum (58) sectæ caput fuit : de qua et librum conscripsit, affixo titulo : *Colonymi seu Themistii apologia pro sancto Theophobio* (59). Quo in libro ipsum quoque Severum, cui tamen addictus erat (tanta est vis falsitatis, tale et mendacii amantes) perstringens, dictorum a Theodoro rationes exigit. Themistii enim quatuor argumenta illa, quibus se inscitiam in Christo probasse arbitrabatur, Theodorus singulatim expendens atque æstimans, singula sexcenta continere absurda ostendit. Hinc rursum Themistius : acceptam veluti cladem reparans, singularem librum in Theodorum conscripsit. Theodorus autem tribus vicissim libris, et **89** *a* quæ ille reprehenderat, refutat, et suam de hac re veram opinionem exponit. Uterque scribendi non imperitus, perspicuitatem solida cum vehementia in dicendo sectatus est.

ΡΘ'.

Κλήμεντος Ἀλεξανδρείας πρεσβυτέρου βιβλία.

Ἀνεγνώσθη Κλήμεντος Ἀλεξανδρέως πρεσβυ-

CIX.

Clementis Alexandrini presbyteri Scripta.

Lecta sunt Clementis (59) Alexandrini presbyteri

VARIÆ LECTIONES.

[99] καὶ om. pr. A. [1] ἡμῶν add. A. [2] post Σεβήρῳ cum A omisi δέ. [3] ἀγνοητῶν A. [4] παρά A. περί ς. [5] ἐχόμενα A. [6] ἐπί A : ἐν ς. [7] διώκων ἐν λόγοις ς.

NOTÆ.

Plura (98) vero ejusdem sancti Irenæi ac varia scripta et epistolæ circumferuntur; etsi in aliquibus ecclesiasticorum dogmatum certa veritas spuriis rationibus fucari videtur, quæ observassse convenit.

Aiunt (98*) hunc Polycarpi ejus qui sanctus martyr et Smyrnæ episcopus fuit, discipulum fuisse, presbyterum vero Pothini, cui et in Lugdunensi episcopatu successit. Victor ea tempestate Romæ pontificium tenuit: quem crebris litteris hortatus est Irenæus, ne ob Paschatis dissensionem ab Ecclesia aliquos abdicaret (99).

ΡΚΑ'.

Ἱππολύτου κατὰ αἱρέσεων βιβλιδάριον

Ἀνεγνώσθη βιβλιδάριον Ἱππολύτου· μαθητὴς δὲ

D

CXX.

Irenæi adversus hæreses libri IV.

Legimus scriptorum (95) Irenæi episcopi Lugdunensis (est autem Galliæ Celticæ urbs Lugdunum) libros quinque sic inscriptos: *Elenchus atque Confutatio falsæ doctrinæ* sive *contra hæreses*. Quorum primus (96) de Valentino agens atque ab impio ejus errore ducens initium, rursum quasi relato pede, altiusque origine repetita, narrat porro a Simone Mago usque ad Tatianum, qui Justini Martyris primum discipulus, in errorem tandem hæresis præcipitavit. Disserit præterea de iis, qui proprie Gnostici appellantur, itemque de Cainis (97), exsecranda illorum **94***a* dogmata exponens. Et hæc quidem libro primo. Nam secundo ea refellit quæ ab hæreticis impie asseruntur. Tertius varia adversus illos affert sacræ Scripturæ testimonia. Quartus autem ab hæreticis objectas quæstiones diluit. Quintus tandem, quæcunque per parabolas a Christo dicta factave fuerint, cum ex reliqua ejusdem salutifera doctrina, tum ex apostolorum epistolis, hæreticorum imposturis refellendis aptissima esse demonstrat.

CXXI.

Hippolyti libellus contra hæreses.

Legi libellum Hippolyti (1) (qui Irenæi discipulus

VARIÆ LECTIONES.

[78] ὁ A. [76.77] Οὗτος... διαγεγονέναι add. A. eadem C habet in mg. posita: ἐν ἄλλῳ ἀντιγράφῳ οὕτως ἔχον εὕρηται. [78] ἄχρι ς. [79] μετεκυλίσθη ς. [80] λεγομένων ς. [81] ὁ post καὶ add. A. [82] ἕνεκα ς.

NOTÆ.

(94) B. Hieron. cap. 76 *Catalogi*, ex quo etiam hic locus conformatus videtur. Et *Rom. Martyrologium* 4 Novem.

(95) Quem Græce scripsisse allatis ex Eusebio, Theodoreto et Epiphanio fragmentis, evincit doctiss. Brisson. ad l. Dominicam *Cod. Theodos.* Eoque longe uberius Franc. Feuardentius: cujus Irenæum vide.

(96) Hujus libri primi magnam partem invenies apud Epiphan. hæres. 31.

(97) A Cain dictis, commodiore forma, quam si cum aliis Caianos voces.

(98) Quæ recenset B. Hier. 35 cap. *Catalogi* et Euseb. lib. v, cap. 25.

(98*) Euseb. lib. v, cap. 5, et in *Catalogo* B. Hieron.

(99) Episcopos Asianos, ut ait B. Hieron. ubi sup. et Euseb. lib. v, cap. 24.

(1) Antea Arabiæ Metropolitani, post cum Romam venisset a Callisto Pont. Portuensis episc. creati,

Digitized by Google

fuit) contra duas et triginta hæreses. Auspicatus a Dositheanis (2) usque ad Noeti (3) et Noetianorum hæreses : quas refert, Irenæo disserente, argumentis profligatas : horumque argumentorum summam colligentem se, libellum hunc conscripsisse. Oratio ejus clara est, ac nonnihil gravis, minimeque redundans, etsi ad Atticum sermonem non tendat. Refert autem cum alia non omnino proba, tum epistolam ad Hebræos non esse Pauli apostoli (4). Ferunt item hunc conciones ad populum, Origenis imitatione, habuisse, illoque familiarissime utentem, tantum esse factum scriptorum ejusdem admiratorem, ut ad divinam Scripturam commentario illustrandam hortando impulerit (5) : additis etiam illi suo sumptu septem notariis, qui dictata celeriter exciperent, totidemque librariis, qui accurate describerent. Hæc igitur subministrantem Hippolytum, sine remissione solitum exigere opus, quod elaborasset Origenes : atque hinc etiam operis exactorem epistola quadam ab eo nominari. Commemorant autem (6) et hunc alia præterea plurima scripsisse.

A Εἰρηναίου ὁ Ἱππόλυτος. Ἦν δὲ τὸ σύνταγμα κατὰ αἱρέσεων λβ', ἀρχὴν ποιούμενον [162 H.] Δοσιθεανούς, καὶ μέχρι Νοητοῦ καὶ Νοητιανῶν διαλαμβάνον [83]. Ταύτας δέ φησιν ἐλέγχοις ὑποβληθῆναι ὁμιλοῦντος Εἰρηναίου, ὧν καὶ σύνοψιν ὁ Ἱππόλυτος ποιούμενος τόδε τὸ βιβλίον φησὶ συντεταχέναι. Τὴν δὲ φράσιν σαφής ἐστι καὶ ὑπόσεμνος καὶ ἀπέριττος, εἰ καὶ πρὸς τὸν Ἀττικὸν οὐκ ἐπιστρέφεται λόγον. Λέγει δὲ ἄλλα τέ τινα τῆς ἀκριβείας λειπόμενα, καὶ ὅτι ἡ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολὴ οὐκ ἔστι τοῦ ἀποστόλου Παύλου. Λέγεται δὲ οὗτος καὶ [84] προσομιλεῖν τῷ λαῷ κατὰ μίμησιν Ὠριγένους, οὗ καὶ συνήθης μάλιστα καὶ ἐραστὴς τῶν λόγων ὑπῆρχεν, ὡς καὶ προτρέψασθαι αὐτὸν τὴν θείαν ὑπομνηματίσαι Γραφήν, ἐγκαταστήσας αὐτῷ καὶ ὑπογραφέας, ἑπτὰ ταχυγράφους καὶ ἑτέρους τοσούτους γράφοντας εἰς κάλλος, ὧν ἦν καὶ τῆς δαπάνης αὐτὸς χορηγός· καὶ ταῦτα ὑπηρετούμενος αὐτῷ ἀπαιτεῖν αὐτὸν ἀπραιτήτως τὸ ἔργον, ἐξ οὗ καὶ ἐργοδιώκτην ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν παρὰ Ὠριγένους κληθῆναι. Πλεῖστα δὲ καὶ οὗτος λέγεται συγγεγραφέναι.

B

CXXII.

Sancti Epiphanii Panariorum libri VII.

94*b* Legimus sanctissimi episcopi Epiphanii adversus octoginta hæreses *Panaria*, voluminibus tribus in libros septem distributa. Ducto igitur a barbarismo initio, tendit inde usque ad Messalianos (7) : cæteris, qui ante ipsum contra hæreses scripserunt (8), copiosior atque utilior : propterea quod quæ reliqui utilia continebant, hic nequaquam prætermisit ; sed quæcumque præter illa studiose reperire potuit, adjunxit. Dictio ejus humilis, ac plane talis, qualem ejus esse oportuit, qui Atticæ elegantiæ rationem nullam duceret. Infirmus vero ut plurimum est in conflictibus adversus impias hæreses susceptis. Est tamen ubi fortiter aggreditur atque irruit, quamvis neque verborum ipsius, neque constructionis proprietas ulla ex parte præstantior efficiatur.

PKB'.

Ἐπιφανίου ἐπισκόπου Κύπρου τὰ Πανάρια, λόγοι ζ'.

Ἀνεγνώσθη Ἐπιφανίου τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου τὰ *Πανάρια*, ἐν τεύχεσι μὲν γ', τόμοις δὲ ζ', κατὰ αἱρέσεων δὲ π'. Ἄρχεται μὲν ἀπὸ τοῦ βαρβαρισμοῦ, [304 R.] κάτεισι δὲ μέχρι τῶν Μεσσαλιανῶν. Πάντων δὲ τῶν πρὸ αὐτοῦ κατὰ αἱρέσεων καταβεβληκότων πόνους πλατύτερός τε καὶ χρησιμώτερος, ὅτι ἅπερ τε ἐκείνοις ἐῤῥήθη τὸ χρήσιμον ἔχοντα, οὗτος οὐ παραλέλοιπε, καὶ εἴ τι προσεξευρεῖν ἠδυνήθη, προσέθηκε. Τὴν δὲ φράσιν ταπεινός τε καὶ οἷα εἰκὸς Ἀττικῆς παιδείας ἀμελέτητον τυγχάνειν. Ἀσθενὴς δὲ ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἐν ταῖς κατὰ τῶν δυσσεβῶν αἱρέσεων συμπλοκαῖς· ἐνιαχοῦ μέντοι ἀριστεύει ταῖς ἐπιβολαῖς, εἰ καὶ τῶν ῥημάτων αὐτῷ καὶ τῆς συντάξεως οὐδὲν τὸ ἰδίωμα συμβελτιοῦται.

C

CXXIII.

Ejusdem Ancoratus.

Legimus ejusdem *Ancoratum* (9) quæ quasi comprehensio quædam brevior est *Panariorum*.

PKΓ'.

Τοῦ αὐτοῦ ὁ Ἀγκυρωτός.

Ἀνεγνώσθη τοῦ αὐτοῦ ὁ Ἀγκυρωτός, σύνοψις ὥσπερ τῶν *Πανα*ρίων ὑπάρχουσα.

D

VARIÆ LECTIONES.

[83] διαλαμβανόμενον ς. [84] οὗτος καὶ A : καὶ οὗτος ς.

NOTÆ.

unaque martyrio coronati : de quo D. Baron. tom. II, ad annum Chr. 129 ; et Nicephor. Callist. lib. IV, cap. 31.

(2) De Dositheo Samaritanorum principe meminit B. Hieron contra Luciferian. et Philastr. in Catalogo hæreseon. Hegesippum quoque vide, et Epiphan. lib. I *Panar.*

(3) Præceptoris Sabellii, de quo vide Epiphan. hæres. 57 ; et Theodoret. lib. II *Contra hæres.* Noetianos autem eosdem videri cum Sabellianis, auctor est B. August. *De hæres.* cap. 4.

(4) Discussam hanc controversiam leges apud duos illustriss. cardd. Bellarm. tom. I, cont. I, lib. I, c. 17 ; et Baron.-tom. I *Annal.*, ad annum Ch. 69.

(5) Eusebius tamen lib. VI, et ex eo B. Hieron. cap. 61 *De Script. eccles.* et Suidas Ambrosio tribuunt illi quem de Marcionis hæresi Origenes converterat : idque potissimum æmulatione hujus Hippolyti factum.

(6) Euseb. lib. VI, cap. 16 *Histor. eccles.* et plura B. Hieron. in Hippolyto, itemque Niceph. Callist. lib. IV, cap. 51.

(7) De quibus sup. cod. 52.

(8) Justino Martyre, Irenæo, Hippolyto, Theodoreto quoque.

(9) *Al.* Ancyrotum.

Digitized by Google

ΡΚΔ'.

Τοῦ αὐτοῦ [περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν].

Ἀνεγνώσθη τοῦ αὐτοῦ [88].

ΡΚΕ'.

Ἰουστίνου τοῦ μάρτυρος ἀπολογία ὑπὲρ Χριστιανῶν, ἀπορίαι καὶ ἕτερά τινα.

Ἀνεγνώσθη Ἰουστίνου τοῦ μάρτυρος *Ἀπολογία ὑπὲρ Χριστιανῶν* καὶ κατὰ Ἑλλήνων καὶ κατὰ Ἰουδαίων, καὶ ἔτι ἑτέρα αὐτοῦ πραγματεία *κατὰ τοῦ πρώτου καὶ δευτέρου τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως*, ἤτοι κατὰ εἴδους καὶ ὕλης καὶ στερήσεως, ἐπιχειρηματικοὶ καὶ βίαιοι καὶ χρειώδεις λόγοι, καὶ *κατὰ τοῦ πέμπτου σώματος ὁμοίως*, καὶ *κατὰ τῆς ἀϊδίου κινήσεως*, ἣν Ἀριστοτέλης δεινότητι λογισμῶν ἐναπέτεκεν, ἔτι τε *Ἀπορίων κατὰ τῆς εὐσεβείας κεφαλαιώδεις ἐπιλύσεις*.

Ἔστι δὲ φιλοσοφίας μὲν ὁ ἀνὴρ τῆς τε καθ' ἡμᾶς καὶ μάλιστά γε τῆς θύραθεν εἰς ἄκρον ἀνηγμένος, πολυμαθίᾳ [89] τε καὶ ἱστοριῶν περιῤῥεόμενος πλούτῳ· ῥητορικαῖς δὲ τέχναις οὐκ ἔσχε σπουδὴν ἐπιχρῶσαι τὸ ἔμφυτον αὐτοῦ τῆς φιλοσοφίας κάλλος. Διὸ καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ ἄλλως ὄντες δυνατοὶ καὶ τὸ ἐπιστημονικὸν διασώζοντες, τῶν ἐκεῖθεν οὐκ εἰσὶν ἀποστάζοντες [163 H.] ἡδυσμάτων, οὐδὲ τῷ ἐπαγωγῷ καὶ θελκτηρίῳ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀκροατῶν ἐφελκόμενοι. Τέσσαρας δὲ πραγματείας κατὰ τῶν ἐθνῶν συνέταξεν, ὧν τὴν μὲν πρώτην Ἀντωνίνῳ τῷ ἐπίκλην Πίῳ καὶ τοῖς υἱέσι τῇ τε συγκλήτῳ ἐπέδωκε [87], τὴν δὲ δευτέραν ὁμοίως τοῖς ἐκείνου διαδόχοις. Ἐν δὲ τῇ τρίτῃ περὶ φύσεως δαιμόνων διείλεκται. Ὁ δὲ τέταρτος αὐτῷ λόγος, ὁμοίως κατὰ τῶν ἐθνῶν συγκείμενος, *Ἔλεγχος* ἐπιγραφὴν ἔχει. Ἔστι δὲ αὐτῷ καὶ ὁ *Περὶ θεοῦ μοναρχίας*, καὶ ὁ ἐπιγραφόμενος *Ψάλτης*, καὶ μὴν [88] καὶ *Κατὰ Μαρκίωνος*, ἀναγκαῖοι λόγοι, καὶ ἡ *Κατὰ πασῶν αἱρέσεων* χρήσιμος πραγματεία.

Οὗτος υἱὸς μὲν ἦν Πρίσκου Βακχείου, πατρίδα δὲ εἶχε Νεάπολιν τὴν ὑπὸ τὴν ἐπαρχίαν τελοῦσαν Παλαιστίνης, ἐν Ῥώμῃ δὲ τὰς διατριβὰς ἔσχε, φιλοσοφῶν καὶ τοῖς λόγοις καὶ τῷ βίῳ καὶ τῷ σχήματι. Διάπυρος δὲ τῆς εὐσεβείας ὢν ἐραστὴς [305 R.] ἔσχε Κρίσκην [89] ἕνα τινὰ τῶν καλουμένων κυνικῶν ἀντιπολιτευόμενον αὐτῷ καὶ τῷ βίῳ καὶ τῇ θρησκείᾳ. Ὑφ' οὗ καὶ συσκευασθεὶς ἀξίως τῆς ὅλης τοῦ βίου προαιρέσεως καὶ τὴν ἐπιβουλὴν συνδιέθηκε [90]· μαρτυρίου γὰρ ταύτην ὑπόθεσιν ἐνστησάμενος, λαμπρῶς καὶ χαίρων τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον ἀνεδέξατο.

ΡΚϚ'.

Κλήμεντος ἐπιστολαὶ πρὸς Κορινθίους β', καὶ Πολυκάρπου ἐπιστολὴ πρὸς Φιλιππησίους.

Ἀνεγνώσθη βιβλιδάριον ἐν ᾧ Κλήμεντος *Ἐπιστο-*

CXXIV.

Ejusdem de mensuris et ponderibus liber.

Legimus ejusdem *De mensuris et ponderibus* libellum (10).

CXXV.

Justini Martyris Apologia pro Christianis, Quæstiones et alia.

Lecta est (11) Justini Martyris *Apologia pro Christianis*, cum adversus gentes, tum adversus Judæos. Et præterea alter ejus tractatus *contra primum et secundum librum physicæ auscultationis*, sive contra formam, materiam et privationem, rationibus epicherematicis ac violentis, quod ex usu est inferens : itidemque *Contra quintum illud corpus, motumque sempiternum*, quem rationum suarum vi Aristoteles peperit, *Quæstionum* denique *contra* [*Christianam*] *religionem summariæ solutiones.*

Est autem vir ille ad philosophiæ tum nostræ, tum potissimum profanæ summum evectus fastigium, multiplicisque eruditionis et historiarum copia circumfluens. Sed rhetorico artificio nativam philosophiæ suæ pulchritudinem colorare haud studio habuit. Quamobrem etiam oratio ejus, pollens alioqui ac valida, scientificumque servans stylum, rhetoricæ illa condimenta non spirat, nec illecebris et blandimentis vulgus auditorum attrahit. Porro quatuor adversus gentes composuit tractatus : quorum primum Antonino cognomento Pio, filiisque ipsius, ac senatui obtulit. Alterum similiter ipsius successoribus (12). : in tertio autem de dæmonum natura disseruit. Quartus denique liber, **95***a* et ipse contra gentes, *Elenchus* [sive *Refutatio*] inscribitur. *De Dei* insuper *monarchia* conscriptus ab eo liber est, et alius, cui titulus *Psaltes ;* tum etiam *Contra Marcionem* libri sunt lectu necessarii, et *Contra omnes hæreses* utile opus.

Fuit ipse Prisci Bacchii filius : patriamque habuit Neapolim, Palæstinæ provinciæ. Romæ autem commoratus, sermonibus ibidem ac vita, pariter ut habitu philosophum egit. Itaque ferventi cum esset pietatis amore ac studio incensus, Crescentem quemdam ex iis qui Cynici vocitantur, adversarium habuit, cum ipsi, tum vitæ cultuique ac religioni ejus obnitentem : a quo tandem insidiose accusatus, ita ut toto ipsius vitæ instituto dignum erat, insidias istas pertulit. Martyrii namque hac ansa captata, splendide lætoque animo pro Christo mortem oppetiit.

CXXVI.

Clementis Epistolæ ad Corinthios II, et sancti Polycarpi Epistola ad Philippenses.

Legi libellum, quo Clementis *Epistolæ duæ ad*

VARIÆ LECTIONES.

[88] τοῦ αὐτοῦ om. pr. A. deinde lacuna in A versuum 3 1/2, in C 1 1/2. Ed. Roth. [*λείπει ἴσως* περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν.] [89] πολυμαθείᾳ ϛ. [87] ἐπέθηκε ϛ. [88] καὶ post μὴν om. A. [89] Κρισκῆ corr. A. [90] συνέθηκε ϛ.

NOTÆ.

(10) Cujus quædam illustrat Georg. Agricola in suo *De mensuris* opere.

(11) De quo vide B. Hieron. cap. 24 *De scriptoribus eccles.*, et D. Baron. card. t. I *Annal.*

(12) Hoc est M. Antonino Vero et L. Aurelio Commodo, ait B. Hieronymus in *Catalog.*

Digitized by Google

Corinthios continebantur (13). Quarum prima ipsos accusat, quod seditionibus, turbis ac schismatis violarint, quam inter eos servari oportuerat, pacem concordiamque : hortaturque ab hoc malo temperare. Simplex ejus oratio est ac perspicua, ad ecclesiasticam et inelaboratam accedens dicendi formam. Reprehendat vero hoc in illis quispiam, quod extra Oceanum mundos aliquos collocet. Deinde forte et illud, quod phœnicem avem unicam tanquam pro verissimo adhibet argumento (14). Tertio, quod summum sacerdotem præsidemque Dominum nostrum Jesum Christum appellans, ne illas quidem Deo convenientes et sublimiores de eo voces pronuntiet, tametsi nec aperte ipsum ullibi in his blasphemet. Altera vero epistola et ipsa institutionem admonitionemque vitæ continet melioris : atque ipso mox initio Christum Deum prædicat, etsi dicta quædam peregrina velut e sacra Scriptura subinducit, quibus ne prima quidem epistola omnino vacat. Interpretationes præterea locorum quorumdam alieniores profert. Alioquin ipsa quæ in his epistolis insunt sensa, nonnihil abjecta, continentem quoque seriem ac consequentiam non servant.

A *Καὶ πρὸς Κορινθίους* β' ἐνεφέροντο, ὧν ἡ πρώτη δι' αἰτίας αὐτοὺς ἄγει, στάσεσι καὶ ταραχαῖς καὶ σχίσμασι τὴν πρέπουσαν αὐτοῖς εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν ἐμπολιτεύεσθαι λύσαντας, καὶ παραινεῖ παύσασθαι τοῦ κακοῦ. Ἁπλοῦς δὲ κατὰ τὴν φράσιν καὶ σαφὴς ἐστι καὶ ἐγγὺς τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ καὶ ἀπεριέργου χαρακτῆρος. Αἰτιάσοιτο δ' ἄν τις αὐτὸν ἐν ταύταις ὅτι τε τοῦ Ὠκεανοῦ ἔξω κόσμους τινὰς ὑποτίθεται εἶναι, καὶ δεύτερον ἴσως ὅτι ὡς παναληθεστάτῳ τῷ κατὰ τὸν φοίνικα τὸ ὄρνεον ὑποδείγματι κέχρηται, καὶ τρίτον ὅτι ἀρχιερέα καὶ προστάτην τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξονομάζων, οὐδὲ τὰς θεοπρεπεῖς καὶ ὑψηλοτέρας ἀφῆκε περὶ αὐτοῦ φωνάς· οὐ μὴν οὐδ' ἀπαρακαλύπτως αὐτὸν οὐδαμῇ ἐν τούτοις βλασφημεῖ. Ἡ δὲ δευτέρα καὶ αὐτὴ νουθεσίαν καὶ παραίνεσιν κρείττονος εἰσάγει βίου, καὶ ἐν ἀρχῇ Θεὸν τὸν Χριστὸν [91] κηρύσσει, πλὴν ὅτι ῥητά τινα ὡς ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς ξενίζοντα παρεισάγει· ὧν οὐδ' ἡ πρώτη ἀπήλλακτο παντελῶς. Καὶ ἑρμηνείας δὲ ῥητῶν τινων ἀλλοκότους ἔχει. Ἄλλως τε δὲ καὶ τὰ ἐν αὐταῖς νοήματα ἐῤῥιμμένα πως καὶ οὐ συνεχῆ τὴν ἀκολουθίαν ὑπῆρχε φυλάττοντα.

B

Legebatur autem in eodem libello et Polycarpi (15) Epistola ad Philippenses, multis referta admonitionibus, cum perspicuitate ac simplicitate, ecclesiastici more interpretis. Refert quoque **95***b* divini Ignatii litteras ad illos se misisse, postulatque certior vicissim fieri, si quid forte de eo inaudierint.

Ἐν τῷ αὐτῷ δὲ βιβλιδαρίῳ ἀνεγνώσθη καὶ Πολυκάρπου Ἐπιστολὴ πρὸς Φιλιππησίους, γέμουσα πολλῆς νουθεσίας μετὰ σαφηνείας καὶ ἁπλότητος κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν τῆς ἑρμηνείας τύπον. Λέγει [92] δὲ καὶ τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῖς Ἰγνατίου τοῦ θεοφόρου ἀπεσταλκέναι, καὶ αἰτεῖται ἀναδιδαχθῆναι παρ' αὐτῶν εἴ τι περὶ ἐκείνου διακούσαιεν.

C

CXXVII.

Eusebii Pamphili De vita Constantini M. libri IV.

Leguntur Eusebii Pamphili *De vita Constantini Magni August.* laudatorii libri quatuor. Continent autem hujus viri cum cæteram vivendi formam,

ΡΚΖ'.

Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἡ εἰς Κωνσταντῖνον τὸν μέγαν βασιλέα τετράβιβλος.

Ἀνεγνώσθη Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἡ *Εἰς Κωνσταντῖνον τὸν μέγαν βασιλέα* [308 R.] ἐγκωμιαστικὴ τετράβιβλος, ἐν ᾗ περιέχεται ἥ τε τοῦ ἀνδρὸς

VARIÆ LECTIONES.

[91] Χριστὸν τὸν Θεόν ς. [92] λέγεται A.

NOTÆ.

(13) De quibus sup. quoque Photius. cap. 113, et B. Hieron. cap. 14.

(14) Adhibent tamen pro carnis resurrectione Patrum plurimi : Tertull. lib. *De resurrect.* cap. 13, ubi etiam illud Psal. XCI, δίκαιος ὡς Φοῖνιξ ἀνθήσει, reddere ausus est, *Velut Phœnix florebit.* B. Ambros. lib. VI in *Hexaemer.* cap. 23, iterumque lib. *De fide resurrect.* S. Greg. Nazianz. *Carm. ad Virgin.* S. Epiphan. Ancorato : atque ex ipsius B. Clem. *Constit.* lib. V, c. 6 ; B. Cyrill. *Catechesi* 18, meminitque hujus avis Euseb. lib. IV *De Constant. vita;* cui adde gentium scriptorum turbam : Lucian. in *Sectis,* Plin. lib. X, cap. 11 ; Tacitum, *Annal.* V ; Aurel. Victor. *Histor. Augusta ;* Pomp. Melam, lib. III, cap. 9 ; Solin. cap. 36 ; Claudian. et Auct. *Carm. de Phœnice,* apud Lactant. ; et de Græcis Xiphilin. in *Tiberio ;* Herodot. lib. II ; Horapol. lib. I, cap. 35 et alibi ; Ælian. *De animal. nat.* lib. VI, cap. 58. Etsi ante Photium dubitando de hac ave locuti sint, B. Clem. supra, cum B. Greg. Naz. orat. de Spiritu sancto quæ est 37 ; B. vero Maximus martyr etiam logica dissertatione eamdem planissime negavit, ibi ad Petrum illustrem contra Severi dogmata, quem ipsum hic tibi locum e Notis Græcis, sed Latine, appendere placuit. Quod si, ait, avis est phœnix, etiam animal sit, omnino necesse est. Quod si animal eam esse concedis, primum, non omnino potest illud esse singulare, quantum saltem animal est, nullum enim solum animal. Deinde, si animal est, utique corpus, animatum simul et sensu præditum. Jam si corpus est animatum et sensu præditum, certe etiam generationi atque corruptioni obnoxium erit. Ipsos, si libet, sapientes consule, rerum quæ exsistunt inspectores, fierine possit, ut generationi quod obnoxium est atque corruptioni corpus, animatum item ac sensu præditum, singularis esse naturæ (ad exsistentiam quod attinet) possit : cum aliorum in his ex aliis successio, evidentissimum sit exsistendi indicium, certissimusque terminus. Quemadmodum in Scriptura ipsa sacra testatur justo illi Noemo hujus rei certitudinem exhibens, ubi Gen. VII, ait : *Ingredere tu et omnis,* etc. Itemque *ex omnibus volatilibus,* etc., in quibus si phœnix, quod alatum ille sit animal, numerandus est, sane singularis, quoad exsistentiam, naturæ non est, ut Deus ipse pronuntiavit.

D

(15) Exstat ea hodie, vel ex hic indicatis signis nobilis, Latine cum operibus B. Clementis Rom. Coloniæ excusa.

Digitized by Google

ἄλλη πολιτεία ἐξ αὐτῆς πρώτης ἡλικίας ἀρχομένη, καὶ ὅσαι πρὸς τὴν ἐκκλησιαστικὴν [164 H.] ἱστορίαν συντελοῦσι πράξεις, μέχρις οὗ τὸν βίον ἀπέλιπεν, εἰς ἑξηκοστὸν καὶ τέταρτον παραταθέντα χρόνον. Ἔστι μὲν οὖν κἀνταῦθα τὴν φράσιν ὅμοιος ἑαυτῷ, πλὴν μικρόν τε πρὸς τὸ λαμπρότερον ἐκβεβίασται αὐτῷ ὁ λόγος, καὶ λέξεις εἰς τὸ ἀνθηρότερον ἐνιαχοῦ συνελήφθησαν· τῆς μέντοι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ἡδονῆς καὶ χάριτος οὐδὲν μέγα, ὥσπερ οὐδὲ ἐν τοῖς ἄλλοις, ἐμφαίνεται. Καταστρώννυσι δὲ ἐν ταύτῃ αὐτοῦ τῇ τετραβίβλῳ πάμπολλα χωρία ἐξ ὁλοκλήρου τῆς *Ἐκκλησιαστικῆς* αὐτοῦ δεκαλόγου *ἱστορίας*.

Λέγει μὲν οὖν καὶ αὐτὸς ἐν Νικομηδείᾳ τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον βαπτίσασθαι, μέχρι τότε τὸ λουτρὸν ἀναβαλλόμενον, ἅτε δὴ ἐν ἐπιθυμίᾳ ποιούμενον τοῖς Ἰορδάνου τὸ λουτρὸν ὑποδέξασθαι· τίς δὲ ὁ βαπτίσας, οὐδὲν διασαφεῖ. Περὶ μέντοι γε τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως οὐδὲν σαφὲς ἀπαγγέλλει, οὔθ' εἰ τῆς δόξης ἐκείνης εἶχετο, οὐδ' ὅτι μεταβέβληται, ἀλλ' οὐδ' ὅτι φαύλως ἢ ὀρθῶς ἐδόξαζεν Ἄρειος, καίπερ ἀνάγκην ἔχων ἐν μνήμῃ ταῦτα ποιήσασθαι, ἅτε δὴ μέγα μέρος ἐπεχούσης τῆς συνόδου τῶν τοῦ μεγάλου πράξεων Κωνσταντίνου, κἀκείνης πάλιν ἐξαπαιτούσης τὴν περὶ τούτων λεπτομερεστάτην ἱστορίαν. Ἀλλὰ στάσιν μὲν ἐμπεσεῖν μεταξὺ Ἀρείου καὶ Ἀλεξάνδρου, τὴν αἵρεσιν οὕτω[93] λέγων καὶ ὑποκρυπτόμενος, ἀποφαίνεται, ἐπί τε τῇ στάσει λίαν ἀλγῆσαι τὸν θεοφιλῆ βασιλέα, καὶ ἀγωνίσασθαι διά τε ἐπιστολῶν, διά τε τοῦ Ὁσίου, ὃς Κουδρόβης ἐπεσκόπει, εἰς φιλίαν καὶ ὁμόνοιαν συζεῦξαι τὸ στασιάζον τῆς πρὸς ἀλλήλους ἔριδος ἀφεμένους καὶ τῶν τοιούτων ζητήσεων· ὡς δ' οὐκ ἔπειθε, σύνοδον πανταχόθεν ἀθροῖσαι καὶ τὴν ἐμπεσοῦσαν ἔριν εἰς εἰρήνην διαλύσασθαι· οὐ μὴν εἰς τὸ ἀκριβὲς καὶ ἐπίδηλον ἀναγράφεται. Οὕτος οὖν ὥσπερ αἰσχυνομένῳ ἐοικὼς καὶ μὴ βουλομένῳ δημοσιεύειν Ἄρειον[93a] τήν τε τῆς συνόδου ἐξενηνεγμένην κατ' αὐτοῦ ψῆφον καὶ τῶν συνασεβησάντων αὐτῷ καὶ συνεξωσθέντων τὴν δικαίαν εἴσπραξιν, οὐ μὴν ἀλλ' οὐδ' ἣν θεόθεν πᾶς ὀφθαλμὸς εἶδεν ἔνδικον Ἀρείου καταστροφήν, οὐδὲν τούτων ἄγων εἰς φῶς, τήν τε περὶ τῆς συνόδου καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πραχθέντων καὶ περὶ αὐτὴν[94] ἱστορίαν παρέδραμε. Διὸ καὶ περὶ τοῦ θεσπεσίου Εὐσταθίου διηγεῖσθαι μέλλων[95] οὔτε τοῦ ὀνόματος μέμνηται, οὐδ' ὅσα περὶ αὐτὸν ἐτολμήθη καὶ εἰς ἔργον ἀποδέδηκεν· ἀλλ' εἰς στάσιν καὶ ταραχὴν ἀνάγων καὶ ταῦτα, γαληνίας καὶ πάλιν ἐπιλέγει, ἐπισκόπων κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν συνεδραμηκότων σπουδῇ βασιλέως καὶ συνεργίᾳ, καὶ τὸ στασιάζον καὶ ταραττόμενον εἰς τὸ εἰρηναῖον μεταβεβληκότων. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν οἷς ὁ πολύαθλος ἐσκευωρήθη Ἀθανάσιος, εἰς ταῦτα τὴν ἱστορίαν ὁρμήσας ἐπαφεῖναι, στάσεως μὲν

A jam inde a pueritia inchoando, tum quæcunque ad ecclesiasticam pertinentia historiam ille gessit, ad extremum usque finem, hoc est, quatuor et sexaginta annorum spatio. Est porro etiam in hoc opere sui satis in dictione similis, nisi quod nonnihil ad splendorem magis trahitur oratio, vocesque ad floridum alicubi genus tendunt : etsi jucunditatis et gratiæ in explicando modicum adhibere, ut in aliis quoque libris, videtur. Afferuntur vero loca plurima in his quatuor libris ex universa ejus decem librorum *Ecclesiastica Historia*.

Refert ergo hic Nicomediæ baptizatum magnum Constantinum (16), hactenusque lavacrum distulisse, quod in votis haberet in Jordane baptismo B tingi : quis vero baptizarit, silentio præterit. De Ariani insuper hæresi prorsus nihil manifeste commemorat, neque an Constantinus illi aliquando adhæserit, neque an eam abjecerit, sed neque an recte, aut secus senserit Arius : tametsi necessitas eum compelleret horum meminisse, quando et magna pars fuit synodus rerum a magno Constantino gestarum, et alioquin illa ipsa vicissim postularet exactissimam his de rebus historiam. Itaque dissensionem quidem ortam Arium inter et Alexandrum commemorat (sic nimirum hæresim appellare ac tegere videtur), ac dissidii hujus gratia valde indolentem pientissimum imperatorem allaborasse, cum per epistolam, tum per Hosium Cordubensis C Ecclesiæ episcopum, ut, missa contentione illa mutua, et hujusmodi quæstionibus, ad amicitiam concordiamque dissidentes adigeret : atque ubi non persuasit synodum undique convocasse et natam contentionem pace permutasse. Quæ tamen neque accurate neque perspicue ab eo scribuntur. Quare præ pudore videtur hic Arium, et a synodo factum contra illum decretum, publicare non voluisse, ut nec ejus erroris socios, aut simul expulsorum justam ultionem, quin neque illam, **96***a* quam divinitus sumptam omnis oculus vidit, justam Arii vindictam (17) : quando horum nihil in lucem proferens, synodi ipsius rerumque in ea gestarum historiam obiter tantum percurrit Quo etiam fit, ut de divino Eustathio (18) narraturus, ne nominis quidem meminerit ; tantum abest ut quæ in D ipsum audacissime machinati sunt (19), reque ipsa præstiterunt, recensuerit. Igitur ad dissensionem duntaxat atque tumultum ea referens, tranquillitatem rursum commemorat episcoporum eorum, qui cum Antiochiam imperatoris studio atque opera convenissent, seditionem turbamque pace commutarunt. Similiter ubi narrationem instituit de

VARIÆ LECTIONES.

[93] οὕτω A : δ' οὕτω ς. [93a] Ἀρείου A. [94] καὶ περὶ αὐτήν add. A. [95] μέλλων διηγεῖσθαι ς.

NOTÆ.

(16) Supr. cod. 88, et ibi Scholion in fine.
(17) Eam legas supr. cod. 88, circa medium.
(18) Antiocheno episc. quo de Baron. card. tom. III ad ann. Chr. 340.
(19) Theodoretus ea refert lib. 1 *Hist. eccles.*, cap. 21.

Digitized by Google

iis quæ in magnum illum athletam Athanasium (20) improbe comparata fuerunt, seditione quidem ac tumultu impletam iterum Alexandriam refert, sed eam episcoporum, qui imperatoris auctoritate niterentur, præsentia placatam fuisse. Neque interim quis seditionem concitarit, aut quænam illa fuerit, neque quo pacto contentionem alii sedarint, omnino manifeste ostendit. Quin fere quotiescunque episcoporum inter ipsos de fidei capitibus contentiones, vel aliæ denique dissensiones fuerunt, eumdem servat in narrando celandi modum.

A ἐμπλησθῆναι πάλιν καὶ ταραχῆς τὴν Ἀλεξάνδρειαν λέγει[96], καὶ ταύτην πραῦνθῆναι ἐπισκόπων παρουσίᾳ τὴν βασιλικὴν ἐχόντων συμμαχίαν· οὔτε δέ τίς ἦν ὁ [97] στασιάζων, οὐδ' ἥτις ἡ στάσις, ἢ τί καὶ πράξαντες τὴν ἔριν ἐπράῦναν, οὐδὲν οὐδ' ὅλως ποιεῖται ἐπίδηλον. [309 R.] Καὶ σχεδὸν ἐν οἷς [165 H.] ἐπισκόπων πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίαι περὶ δογμάτων ἢ περί τινων ἄλλων διαφωνίαι γεγόνασι, τὸν αὐτὸν τῆς ἐπικρύψεως ἐν τῇ διηγήσει τύπον διαφυλάττει.

CXXVIII.

Luciani Opera varia.

Leguntur Luciani (27) *Pro Phalaride* [*orationes duæ*], *et mortuorum amantiumque dialogi varii*; alii item diversis de rebus libelli, in quibus fere singulis gentium res comice irridet: ut in diis fingendis errorem illorum atque amentiam; in libidinem præterea immoderatum impetum atque intemperantiam; poetarum item apud ipsos prodigiosas opiniones ac fictiones, indeque natum in republica errorem; reliquæ etiam vitæ inconstantem cursum atque casus: philosophorum ad hæc ipsorum fastu plenos mores, qui nonnisi fictarum inanium opinionum referti sint; denique gentes tanquam per comœdiam, uti diximus, pedestri numerisque soluta oratione irridere studio illi fuit. Ex eorum autem numero esse videtur, qui nihil omnino certi pronuntiant (22). Aliorum enim perstringens atque irridens opiniones, ipse quid sentiat tacet: nisi quis hanc illius fuisse certam opinionem contendat, nihil esse certo de rebus ullis statuendum. Ad stylum quod attinet, longe optimus: dictione usus significante ac propria, quæque efficax dicendi genus deceat. Distinctionis adhæc atque puritatis, æque ut perspicuitatis et aptæ magnitudinis, si quis alius perstudiosus est. Compositionem quoque adeo commode concinnat, ut lector credat non se orationes legere, **96***b* sed jucundum aliquod carmen, sine manifesto cantu, audientium auribus instillari. Uno verbo, ut repetam, venustissima ejus oratio est, nec satis subjectæ rei decens, quam ille voluit ridendo ludere. Quod autem de iis unus ipse fuerit, qui nihil certo assererent,

B

C

ΡΚΗ'.

Λουκιανοῦ διάφοροι λόγοι.

Ἀνεγνώσθη Λουκιανοῦ Ὑπὲρ Φαλάριδος, καὶ Νεκρικοὶ καὶ Ἑταιρικοὶ διάλογοι διάφοροι, καὶ ἕτεροι διαφόρων ὑποθέσεων λόγοι, ἐν οἷς σχεδὸν ἅπασι τὰ Ἑλλήνων κωμῳδεῖ, τήν τε τῆς θεοπλαστίας αὐτῶν πλάνην καὶ μωρίαν καὶ τὴν εἰς ἀσέλγειαν ἄσχετον ὁρμὴν καὶ ἀκρασίαν, καὶ τῶν ποιητῶν αὐτῶν τὰς τερατώδεις δόξας καὶ ἀναπλάσεις, καὶ τὸν ἐντεῦθεν πλάνον τῆς πολιτείας, καὶ τοῦ ἄλλου βίου τὴν ἀνώμαλον περιφορὰν καὶ τὰς περιπτώσεις, καὶ τῶν φιλοσόφων αὐτῶν τὸ φιλόκομπον ἦθος καὶ μηδὲν ἄλλο πλὴν ὑποκρίσεως καὶ κενῶν δοξασμάτων μεστόν· καὶ ἁπλῶς, ὡς ἔφημεν, κωμῳδία τῶν Ἑλλήνων ἐστὶν αὐτῷ ἡ σπουδὴ ἐν λόγῳ πεζῷ. Ἔοικε δὲ αὐτὸς τῶν μηδὲν ὅλως πρεσβευόντων εἶναι· τὰς γὰρ ἄλλων κωμῳδῶν καὶ διαπαίζων δόξας, αὐτὸς ἦν θειάζει οὐ τίθησι, πλὴν εἴ τις αὐτοῦ δόξαν ἐρεῖ τὸ μηδὲν δοξάζειν. Τὴν μέντοι φράσιν ἐστὶν ἄριστος, λέξει εὐσήμῳ τε καὶ κυρίᾳ καὶ τῷ ἐμφατικῷ διαπρεπούσῃ κεχρημένος, εὐκρινείας τε καὶ καθαρότητος μετὰ τοῦ λαμπροῦ καὶ συμμέτρου μεγέθους, εἴ τις ἄλλος, ἐραστής. Συνθήκη τε αὐτῷ οὕτως ἥρμοσται, ὥστε δοκεῖν τὸν ἀναγινώσκοντα μὴ λόγους λέγειν, ἀλλὰ μέλος [98] τι τερπνὸν χωρὶς ἐμφανοῦς ᾠδῆς τοῖς ὠσὶν ἐναποστάζειν τῶν ἀκροατῶν. Καὶ ὅλως, ὥσπερ ἔφημεν, ἄριστος ὁ λόγος αὐτῷ καὶ οὐ πρέπων ὑποθέσεσιν, ἃς αὐτὸς ἔγνω σὺν τῷ γελοίῳ διαπαίζαι. Ὅτι δὲ αὐτὸς τῶν μηδὲν ἦν ὅλως δοξαζόντων, καὶ τὸ τῆς βίβλου ἐπίγραμμα δίδωσιν ὑπολαμβάνειν· ἔχει γὰρ ὧδε

B

C

D

vel libro inscriptum hoc epigramma satis ostendit:

Scripsi hæc Lucianus prisci stultique peritus:
Stulta etenim, vulgo credita docta tamen.
Ergo nil hominum certo mens concipit unquam;
Ast quod miraris, ridiculum est aliis.

Λουκιανὸς τάδ' ἔγραψα, παλαιά τε μωρά τε εἰδώς·
Μωρὰ γὰρ ἀνθρώποις καὶ τὰ δοκοῦντα σοφά.
Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι διακριδόν ἐστι νόημα·
Ἀλλ' ὃ σὺ θαυμάζεις, τοῦθ' ἑτέροισι γέλως.

CXXIX.

Lucii Patrensis Metamorphoses.

Lectæ sunt Lucii Patrensis *Transformationum narrationes variæ*. Dictio ejus clara, pura et dulcedine delectans: fugiens vero orationis novitatem, supra modum prodigiosas consectatur narrationes,

ΡΚΘ'.

Λουκίου Πατρέως Μεταμορφώσεων λόγοι.

Ἀνεγνώσθη Λουκίου Πατρέως Μεταμορφώσεων [99] λόγοι διάφοροι. Ἔστι δὲ τὴν φράσιν σαφής τε καὶ καθαρὸς καὶ φίλος γλυκύτητος· φεύγων δὲ τὴν ἐν λόγοις καινοτομίαν, εἰς ὑπερβολὴν διώκει τὴν ἐν

VARIÆ LECTIONES.

[96] libri λέγεται. [97] ὁ et infra οὐδὲν add. A. [98] μέρος ς. [99] μεταμορφώσεως ς.

NOTÆ.

(20) Cujus vitam infr. lege cod. 258.
(21) Videndus de hoc scriptore Suidas aliique.
(22) Quales Pyrrhonii et Academici, utrique hinc σκεπτικοὶ καὶ ἀπορητικοὶ appellati Videndus Agellius lib. II, cap. 5, et Diog. Laer. in Pyrrhone. Sex. quoque Empiricus in Hypotyposibus Pyrrhoniarum.

Digitized by Google

τοῖς διηγήμασι τερατείαν, καὶ ὡς ἄν τις εἴποι, ἄλλος ἐστὶ Λουκιανός. Οἱ δέ γε[1] πρῶτοι αὐτοῦ δύο λόγοι μόνον οὐ μετεγράφησαν Λουκίῳ ἐκ τοῦ Λουκιανοῦ λόγου ὃς ἐπιγέγραπται *Λοῦκις ἢ ὄνος*, ἢ ἐκ τῶν Λουκίου[2] λόγων Λουκιανῷ. Ἔοικε δὲ μᾶλλον ὁ Λουκιανὸς μεταγράφοντι, ὅσον εἰκάζειν· τίς γὰρ χρόνῳ πρεσβύτερος, οὔπω ἔχομεν γνῶναι. Καὶ γὰρ ὥσπερ ἀπὸ πλάτους τῶν Λουκίου λόγων ὁ Λουκιανὸς ἀπολεπτύνας, καὶ περιελὼν ὅσα μὴ ἐδόκει αὐτῷ πρὸς τὸν οἰκεῖον χρήσιμα σκοπὸν, αὐταῖς τε λέξεσι καὶ συντάξεσιν εἰς ἕνα τὰ λοιπὰ συναρμόσας λόγον, *Λοῦκις ἢ ὄνος* ἐπέγραψε τὸ ἐκεῖθεν ὑποσυληθέν. [312 R.] Γέμει δὲ ὁ ἑκατέρου λόγος πλασμάτων μὲν μυθικῶν, ἀῤῥητοποιίας δὲ αἰσχρᾶς. Πλὴν ὁ μὲν Λουκιανὸς [166 H.] σκώπτων καὶ διασύρων τὴν Ἑλληνικὴν δεισιδαιμονίαν, ὥσπερ κἀν τοῖς ἄλλοις, καὶ τοῦτον συνέταττεν· ὁ δὲ Λούκιος σπουδάζων τε καὶ πιστὰς νομίζων τὰς ἐξ ἀνθρώπων εἰς ἀλλήλους μεταμορφώσεις τάς τε ἐξ ἀλόγων εἰς ἀνθρώπους, καὶ ἀνάπαλιν καὶ τὸν ἄλλον τῶν παλαιῶν μύθων ὕθλον καὶ φλήναφον, γραφῇ παρεδίδου ταῦτα καὶ συνύφαινεν.

A ut jure dixeris alterum eum esse Lucianum. Priores certe duo ipsius libri, tantum non descripti sunt a Lucio ex Luciani libro, qui inscriptus est *Lucius, vel Asinus*, nisi contra ex Lucii libris a Luciano ille transcriptus est. Ac si conjectare licet (neque enim uter tempore prior fuerit, cognoscere hactenus potui) Lucianus potius transcripsisse videtur. Nam quasi copiosiores Lucii libros, resecatis quæ ad proprium pertinere scopum minime videbantur, Lucianus accidisset, iisdemque verbis et compositionibus cætera uni aptasset narrationi, *Lucium, seu Asinum*, quem inde furto compilavit, librum inscripsit. Fabulosarum autem fictionum (23) ac nefandæ turpitudinis pleni sunt utriusque libri, hoc solo discrimine, quod Lucianus, ut cæteros suos B libros omnes, ad irridendum atque perstringendum gentium superstitiosum deorum cultum, hunc quoque composuerit ; Lucius vero serio agens, et certas ratus hominum in alios transformationes, et brutorum rationis expertium in homines, ac vice versa, aliasque antiquarum fabularum ineptias ac nugas his litteris prodiderit atque contexuerit.

ΡΛ'.

Δαμασκίου Περὶ παραδόξων λόγοι δ'.

Ἀνεγνώσθησαν Δαμασκίου λόγοι δ', ὧν ὁ μὲν πρῶτος ἐπιγραφὴν ἔχει: *Περὶ παραδόξων ποιημάτων κεφάλαια τνβ'*, ὁ δὲ δεύτερος *Παραδόξων περὶ*[3] *δαιμονίων διηγημάτων κεφάλαια νβ'*, ὁ δὲ τρίτος *Περὶ τῶν μετὰ θάνατον ἐπιφαινομένων ψυχῶν παραδόξων διηγημάτων κεφάλαια ξγ'*, ὁ δὲ τέταρτος καὶ *παραδόξων φύσεων κεφάλαια ρε'* · ἐν οἷς ἅπασιν εὑρήσεις τε καὶ ἀπίθανα καὶ κακόπλαστα τερατολογήματα καὶ μωρὰ καὶ ὡς ἀληθῶς ἄξια τῆς ἀθεότητος καὶ δυσσεβείας Δαμασκίου, ὃς καὶ τοῦ φωτὸς τῆς εὐσεβείας τὸν κόσμον πληρώσαντος αὐτὸς ὑπὸ βαθεῖ σκότῳ τῆς εἰδωλολατρείας ἐκάθευδε. Κεφαλαιώδης δὲ αὐτῷ ἐν τούτοις ὁ λόγος, καὶ οὔτε ἄκομψος οὔτε τὸ σαφὲς ὑπερορῶν, ὡς ἐν διηγήμασι τοιούτοις.

C

CXXX.

Damascii Incredibilium libri IV.

Lecti sunt Damascii (24) libri quatuor, quorum quidem primus sic inscribitur : *De incredibilibus fictionibus capita CCCLII.* Alter deinde : *Incredibilium de dæmoniis narrationum capita LII.* Tertius porro : *De animis a morte apparentibus incredibilium narrationum capita LXIII.* Quartus (25) denique : *Naturarum etiam incredibilium capita CV.* In quibus omnibus plurima reperies, quæ neque fieri **97***a* neque credi possint, male conficta et stulta mendaciorum portenta, impio atque atheo Damascio vere digna : qui dum Evangelii lumen orbem terrarum illustraret universum, ipse in densissima idololatriæ caligine immersus jacuit. Brevis ac velut compendiaria hic ejus est oratio, non incompta tamen, neque perspicuitatem, ut in talibus narrationibus solet, negligens.

ΡΛΑ'.

Ἀμυντιανοῦ εἰς Ἀλέξανδρον τὸν βασιλέα, καὶ ἕτερά τινα.

Ἀνεγνώσθη Ἀμυντιανοῦ *Εἰς Ἀλέξανδρον* · προσφωνεῖ δὲ τὸν λόγον τῷ αὐτοκράτορι Ῥωμαίων Μάρκῳ, καὶ ἐπαγγέλλεται μὲν ἀξίως εἰπεῖν τῶν Ἀλεξάνδρου πράξεων, ἐδείχθη δὲ προϊὼν ὡς ἐπαγγεῖλαι[4] μέν ἐστιν ἔνθερμος καὶ τολμητὴς, πληρῶσαι δὲ τὴν ἐπαγγελίαν ψυχρὸς καὶ δειλός · πολὺ γὰρ καταδεέστερον καὶ τῶν ἔμπροσθεν εἰρηκότων λέγει

D

CXXXI.

Amyntianus in Alexandrum Magnum, et alia.

Lectus est Amyntiani *de Alexandri laudibus liber.* Dedicat eum Marco Antonino Romanorum imperatori : prædicatque se stylo res Alexandri gestas æquaturum. At deprehensus est in orationis progressu calidus quidem et audax promissor, in promisso vero implendo, frigidus atque imbecillus. Multo enim in dicendo iis etiam inferior est, qui

VARIÆ LECTIONES.

[1] δέ γε an habeat A non liquet. [2] Λουκίς ς, sic et infra. [3] περὶ om. A. [4] ἐπαγγεῖλαι] rectius scripseris ἐπαγγείλασθαι.

NOTÆ.

(23) Ut ex Luciano vicissim D. Apuleius Madaurensis, fabulæ Milesiæ *Asinum aureum.* Vide ejus interpretes.

(24) Damascii sive hujus, sive alterius, philosophica quædam exstant Ἀνέκδοτα in Vaticana Pontificis bibliotheca. Habes item ex ejus Isidori Vita excerpta infra capita 142, et de eadem κρίσεις cap. 181. Plura Suidas.

(25) In Græco leg. παραδόξ. διηγημ. κεφάλαια ξ'γ. Ὁ δὲ τέταρτος, καὶ παραδόξων φύσεων κεφάλαια ρε'.

Digitized by Google

ante ipsum de Alexandro scripserunt. Tenui atque elumbi usus est dicendi genere. Etsi autem perspicuitate non caret, plurima tamen necessaria prætermittit.

Scripsit idem, cum alios non unius generis libros, tum *vitas* invicem *comparatas*; ut Dionysii et Domitiani, libris duobus; Philippi quoque Macedonum regis et Augusti, libris totidem. Fertur ejusdem et *de Olympiadis*, Alexandri matris *Vita* liber singularis.

CXXXII-CXXXV.

Palladii, Aphthonii, Eusebii, et Maximi Declamationes.

Lectæ sunt Palladii (26) Sophistæ *Declamationes variæ*, Aphthonii (27) quoque et Eusebii (28) Sophistarum, item Maximi sophistæ Alexandrini. Verum cæteros Palladius omni dicendi artificio multis partibus superavit.

CXXXVI.

Cyrilli Thesauri.

Leguntur Cyrilli *Thesauri*. Epicheremalis refertus est liber, pugnatque valide ac varie cum Arii et Eunomii furibunda rabie. Etenim et logicis argumentis sapienter illorum destruit amentiam, quibus dum sacræ Scripturæ annectit attexitque testimonia, quam sit illa doctrina futilis omni ex parte divulgat. Adhibet idem nuda quoque sacræ Scripturæ testimonia, ut quo se fastuosi vertant, obsepti undique atque conclusi, non habeant. Est autem inter omnia ejus scripta liber hic maxime perspicuus, iis potissimum, qui logicorum argumentorum sensum capere possunt.

CXXXVII.

Eunomii hæretici libellus.

Legi libellum Eunomii (29), quo **97***b* suam ipse prodit impietatem, cujus hic titulus :... Libellum hunc, quod Eunomianis in admiratione esset, de industria, ne ad alios perveniret, occultatum vix tandem nactus Basilius magnus, fortiter eum ac splendide, omnemque adeo dicendo vim ac facultatem pervadens, evertit ac jugulavit. Diceres eum Babylonicum infantem ad firmam fidei petram allidendo contudisse, ac putidi cadaveris instar risu dignum ostendisse, quod tantam antea sui admirationem concitarat.

CXXXVIII.

Ejusdem Eunomii Refutationis B. Basilii magni libri III. *Item Epistolæ XL.*

Lectum ejusdem impii hominis tres libros continens volumen, quod velut confutatio est illarum ineptiarum, quas in ipsius reperiri blasphemiis sanctus Basilius demonstrarat. Hoc in opere partu-

περὶ αὐτοῦ, ἀτόνῳ δὲ καὶ ἐκλύτῳ χαρακτῆρι χρῆται [5]. Τοῦ μέντοι σαφοῦς οὐ διαπίπτει, πολλὰ δὲ τῶν ἀναγκαίων παραλιμπάνει.

Ὁ αὐτὸς δὲ καὶ ἑτέρους λόγους ἔγραψε διαφόρους, καὶ *παραλλήλους* συνέθηκε *βίους*, ὥσπερ Διονυσίου καὶ Δομιτιανοῦ [6] ἐν δυσὶ λόγοις, Φιλίππου τε Μακεδόνων καὶ Αὐγούστου ἐν ἑτέροις δυσίν. Ἔτι δὲ καὶ *Περὶ Ὀλυμπιάδος* τῆς Ἀλεξάνδρου μητρὸς λόγον ἔγραψεν

ΡΛΒ'-ΡΛΕ'.

Παλλαδίου σοφιστοῦ, Ἀφθονίου, Εὐσεβίου, καὶ Μαξίμου Μελέται.

Ἀνεγνώσθησαν Παλλαδίου σοφιστοῦ *Μελέται διάφοροι*, καὶ Ἀφθονίου καὶ Εὐσεβίου σοφιστοῦ καὶ Μαξίμου σοφιστοῦ Ἀλεξανδρέως. Ἀλλὰ τῶν ἄλλων ὁ Παλλάδιος κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν τὴν ἐν λόγοις ἐπὶ πλεῖστον διενήνοχεν.

ΡΛϚ'.

Κυριλλου οἱ Θησαυροί.

Ἀνεγνώσθησαν Κυρίλλου οἱ *θησαυροί*. Ἐπιχειρηματικόν ἐστι [7] τὸ βιβλίον, καὶ [313 R.] κατὰ τῆς Ἀρείου καὶ Εὐνομίου λύσσης γενναίως καὶ πολυτρόπως ἀγωνιζόμενον· καὶ γὰρ καὶ λογικαῖς ἐφόδοις ἐπιστημόνως αὐτῶν ἀπελέγχει τὴν ἄνοιαν, καὶ γραφικὰς αὐταῖς συμπλέκων καὶ συνυφαίνων χρήσεις πανταχόθεν τὸ σαθρὸν αὐτῶν στηλιτεύει τοῦ δόγματος. Τίθησι δὲ καὶ μαρτυρίας ἁπλῶς τῆς Γραφῆς ὁ θεσπέσιος Κύριλλος, εἰς ἀμηχανίαν αὐτῶν διὰ πάντων συγκλείων τὸ φρύαγμα. Ἔστι δὲ τῶν ἑαυτοῦ λόγων ἐνταῦθα, καὶ μάλιστα τοῖς ἔννοιαν λαβοῦσι τῶν λογικῶν ἐφόδων, σαφέστατος.

ΡΛΖ'.

Εὐνομίου τοῦ δυσσεβοῦς βιβλιδάριον.

[167 H.] Ἀνεγνώσθη βιβλιδάριον Εὐνομίου, τῆς οἰκείας δυσσεβείας ἔκθεσις, οὗ ἡ ἐπιγραφὴ [8]..... Τοῦτο τὸ βιβλιδάριον ἐπεὶ τοῖς συναιρεσιώταις Εὐνομίου διὰ θαύματος μὲν ἦγετο, κρύφιον δὲ καὶ ἀνέκφορον τοῖς ἄλλοις εἶναι διεσπούδαστο, μόλις ποτὲ ὁ μέγας Βασίλειος ἐπὶ χεῖρας λαβεῖν δυνηθείς, γενναίως τε καὶ λαμπρῶς, καὶ εἴ τις ἀρετὴ λόγων καὶ ἰσχὺς, διὰ πασῶν ἐλθών, ἀνέτρεψέ τε καὶ ἀνεσκεύασεν, ὥσπερ [9] τι νήπιον Βαβυλώνιον τῇ στερρᾷ τῆς ἀληθείας [10] προσαράξας πέτρᾳ, καὶ θνησιμαῖον καὶ γέλωτα δείξας τό ποτε θαυμαζόμενον.

ΡΛΗ'.

Τοῦ αὐτοῦ κατὰ τῆς πραγματείας τοῦ ἁγίου Βασιλείου, ἐν ᾗ δυσσεβὲς αὐτοῦ ἀνέτρεπε δόγμα· καὶ Ἐπιστολαὶ μ'.

Ἀνεγνώσθη τοῦ αὐτοῦ δυσσεβοῦς Εὐνομίου βιβλίον, ἐν λόγοις τρισὶν, ὡς δῆθεν τῶν ἀποδεδειγμένων κατὰ τῆς βλασφημίας αὐτοῦ τῷ θείῳ Βασιλείῳ ἀτόπων ἔλεγχος. Ταύτην τὴν βίβλον ὠδίνοντα πολλὰς φασιν

VARIÆ LECTIONES.

[5] χρῆται AC : κέχρηται ς. [6] Δομετιανοῦ ς. [7] ἐστι A : δέ ἐστι ς. [8] post ἐπιγραφὴ lacuna in A versuum 2 1/2, in C litterarum 13 vel 14. [9] ὥσπερ] Ps. CXXXVII, 9. [10] ἀληθείας A : πίστεως ς

NOTÆ.

(26) Suidas inspiciendus.

(27) Cujus exstant *Progymnas.* et *Fabulæ Græcolat.* in Germana edit. ubi plura.

(28) An hic ille Arab. quem ἀντιτοχεσεῦσαι ultimo legimus apud Suidam ?

(29) Vide Suid.

Digitized by Google

αὐτὸν ἐτῶν Ὀλυμπιάδας κατατρῦψαι, ἐν οἰκίσκῳ ἑαυτὸν καθειργνύντα, καὶ λαθραίαις μίξεσι τὸ πονηρὸν ἐκεῖνο τέρας κύοντα μόλις εἰς φῶς δι' ἐτῶν ἀμβλωθρίδιον ἐκτρῶσαι, θάλπειν τε ἐκεῖθεν, καὶ μόλις καὶ αὐτοῖς τοῖς συμμύσταις ἐπιδεικνύναι τὸ κύημα, δεδιότα μάλιστα μή πως καὶ αὐτὸ ταῖς Βασιλείου χερσὶ περιπεσὸν [11] πρὶν ἢ πῆξιν λαβεῖν διασπασθῇ καὶ πρὸ τοῦ ἀνθῆσαι ξηρανθῇ ἄωρον ἀποφθαρέν. Διὸπερ ἐπιμελῶς καὶ ὥσπερ ὁ τοῦ Κρόνου μῦθος τὸ γέννημα καταπιὼν ἔκρυπτέ τε καὶ συνεκάλυπτε, μέχρις ἂν ἡ Βασιλείου ζωὴ τῷ ἐπικήρῳ παρατεινομένη βίῳ τὸν φόβον ἐπέσεισεν. Ἐπεὶ δὲ ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ τὴν παροικίαν λιπὼν εἰς τὸν οἰκεῖον καὶ οὐράνιον κλῆρον ἀνέδραμε, τοῦ πολλοῦ λυθέντος δέους ὀψὲ [12] τοῦ καιροῦ, δημοσιεύειν [13] οὐδὲ τότε πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς φίλοις ἐθάρρησεν. Ὧ περιτυχόντες Θεόδωρος καὶ Γρηγόριος Νύσσης καὶ Σωφρόνιος, ὧν ἐμνήσθημεν ἄνωθεν, πολλαῖς αἰκίαις λόγων λωβησάμενοι οὐδὲν ἧττον τοῦ προτέρου νεκρὸν καὶ πάσης ἀπόζον ἀκαθαρσίας τῷ γεγεννηκότι ἀπέρριψαν. Τὰ μὲν οὖν τῆς ἀσεβείας οὕτως ἔδωκε δίκην, ὁ δὲ τοῦ λόγου χαρακτὴρ χάριτος μὲν καὶ ἡδονῆς οὐδ' εἴ τις ἔστιν οὐδ' [14] ἐγγὺς γέγονε τοῦ εἰδέναι, κόμπον δέ τινα τεραστώδη καὶ δύσηχον ἦχον φιλοτιμεῖται ψοφεῖν τῶν τε συμφώνων τῇ ἐπαλληλίᾳ [316 R.] καὶ τῶν λέξεων ταῖς δυσεκφράστοις καὶ πολυσυμφώνοις καὶ τοῦ ποιητικοῦ τύπου, ἢ μᾶλλον ἀκριβέστερον εἰπεῖν, τοῦ διθυραμβικοῦ εἴδους τυγχανούσαις. Συνθήκη τε αὐτῷ ἐκδιδιασμένη καὶ συμπεπιεσμένη καὶ ἔκκροτος, ὡς ἀνάγκην εἶναι τῷ ἀναγινώσκοντι τὰ ἐκείνου τύπτειν σφοδρῶς τὸν ἀέρα τοῖς χείλεσιν, εἰ μέλλοι τρανῶς ἀπαγγέλλειν ἃ περιτραχύνων [15] καὶ συστρέφων συνθλίβων τε καὶ παρεμβάλλων καὶ ἀκρωτηριάζων ἐκεῖνος μόλις συνέτατται. Μακραί τε ἐνίοτε εἰς ἀμετρίαν περίοδοι ἐκτεινόμεναι, καὶ τὸ σκοτεινόν τε καὶ ἄδηλον δι' ὅλου κεχυμένον τοῦ συγγράμματος, ἵνα δοκῇ τε τοῖς πολλοῖς δυνάμει δεινότητος ἐκφεύγειν αὐτῶν τὴν κατάληψιν, καὶ ὅσον ἀσθενὲς τῶν νοηθέντων (καὶ γάρ ἐστι πολὺ) τῷ ἀσαφεῖ καὶ δυσκαταλήπτῳ ἐπισκιάζειν ἔχῃ [168 H.] καὶ κρύπτειν τῆς διανοίας τὰ ἀῤῥωστήματα. Δοκεῖ δὲ καὶ ταῖς λογικαῖς ἐπερείδεσθαι μεθόδοις, ἄλλους τε διασύρων ἐπὶ τούτῳ, καὶ αὐτὸς προθυμούμενος μὲν ἀποκεχρῆσθαι τούτοις ὅτι μάλιστα, ὀψιμαθὴς δὲ κάν τούτοις καὶ οὐδ' εἰς τὸ βάθος αὐτῶν ἐλθὼν ἐν πολλοῖς πολλάκις ἐλεγχόμενος.

A riendo, multas eum annorum Olympiadas ædiculæ inclusum suæ absumpsisse ferunt; ac vix tandem post multorum annorum intervallum, abortiendo improbum illum ac prodigiosum, quem furtivis congressibus conceperat, fetum in lucem ejecisse. Quin tunc etiam miserum illic fovendo partum, ipsis quoque sectæ asseclis non temere exhibuisse, veritum nimirum maxime, nequando et hoc opus in Basilii manus prius veniens, quam coalesceret, dissiparetur, et antequam floreret, præmature corruptum marcesceret. Igitur studiose, velut alter in fabulis Saturnus, natum devorando texit atque abscondit, quandiu quidem Basilius in fluxa ista vita degens metum inculeret. Postquam vero vir ille divinus, peregrina habitatione relicta, in suam, B hoc est, in cœlestem commigravit hæreditatem, et ingenti illo metu discusso, vix tandem sero edendi advenit occasio, ne tunc quidem omnibus, sed amicis duntaxat [evulgare] ausus est. In quem incidentes Theodorus (30) et Gregorius Nyssenus, atque Sophronius (quorum supra (31) est a me habita mentio), multis verborum plagis, non secus quam priorem [illum ejusdem libellum] Basilius, confidentes, jugulatum jam et præ impuritate olidum, in auctorem suum conjecerunt. Has itaque tum impietas pœnas dedit. Ad stylum quod attinet, tantum is ab omni et gratia et jucunditate remotus est, ut ne cognovisse quidem, an tale quid exstaret, videatur. Jactantiam tantummodo quamdam prodigiose ostentat, sonumque dissonum stridendo C edere affectat, tum consonantium alterna vicissitudine, tum vocibus pronuntiatu difficilibus, et quæ multis abundent consonantibus; idque poetico more, vel, ut verius dicam, dithyrambico potius ritu. Compositio ipsius coacta est, et vi compressa, 98a atque extusa, ut necesse habeat illius scripta legens, aerem vehementer labiis verberare, si modo aperte pronuntiare velit, quæ forte nanciscens atque contorquens, aut collidens etiam, ac temere interjiciens, imo et truncans, vix tandem ille conjunxit. Longas quoque interdum et immodice productas periodos facit: obscuritatem insuper atque incertitudinem per omne opus offundens, cum ut vulgo videatur ipsa suæ eloquentiæ vi eorum longe ca- D ptum excedere; tum ut, quod in ejus sensis atque cogitatis imbecillum est (ut est sane plurimum) hac ipsa obscuritate, et intelligendi difficultate obtegere, sententiæque celare vitium possit. Videtur vero et logicis inniti argumentis, dum partim alios hoc nomine insectatur, partim ipse libentissime iis utitur, tametsi frequenter (cum sero hoc studium arripuerit, neque ad ejus intima penetrarit) in multis sæpe merito erroris notatur.

Ἀνεγνώσθησαν δὲ καὶ *Ἐπιστολαὶ* αὐτοῦ *πρὸς διαφόρους*, μέχρι τεσσαράκοντα. Ἀλλὰ καὶ ἐν ταύταις τὸ αὐτὸ τῶν λόγων εἶδος λεπτουργῶν, παντελῶς τοῦ τῶν ἐπιστολῶν χαρακτῆρος οὐδὲ τοὺς νόμους ἀκού-

Ejusdem quoque *Epistolæ ad varios* lectæ numero quadraginta. At dum in his item eamdem dicendi formam subtiliter affectat, qui omnino epistolicæ dictionis nec leges audiverat unquam, nec in iisdem

VARIÆ LECTIONES.

[11] ἐμπεσόν ς. [12] ὀψέ A : ὅτε ς. [13] δημοσιεύειν A : τὸ δημοσιεύειν ὑπῆρχεν ς. [14] alterum οὐδ' add. A. [15] περιτυγχάνων ς.

NOTÆ.

(30) Antiochenus idemque Mopsuestiæ episc. (31) Cod. 4, 5, 6.

Digitized by Google

se exercuerat, publicam per ea infamiæ notam incurrit.

CXXXIX.

Beati Athanasii in Ecclesiasten et Cantica canticorum Commentarius.

Legi magni Athanasii *in Ecclesiasten et Cantica canticorum Commentarium*. Dilucide dicit, ut in omnibus suis scriptis. Ad earum tamen (32) epistolarum gratiam et venustatem, quibus secessum excusat suum, quæque ad exsilium pertinent exponit, neque hic liber, neque alius ejus (qui quidem in meas inciderit manus) attingit.

CXL.

Ejusdem contra Arium libri v.

Lecti sunt ejusdem sancti viri *contra Arium ejusque dogmata* libri quinque.

Hujus dictio perspicua, ut et in cæteris ejus omnibus, sobria item et candida, vehemensque ac profunda, et argumenta valide torquens : ejus vero ubertas in his ac fecunditas admodum sane fuit mirabilis. Dialecticis adhæc usus est argumentis, non illis nude propositis, et ipsismet ex ea arte petitis vocibus (quod pueri recentioresque discipuli, juveniliter sese ac gloriose ostentantes, solent), verum philosophorum more, magnificeque prolatis, ac per nudas duntaxat notiones, et has quidem bene ornatas. Sacræ quoque Scripturæ testimoniis ac 98*b* demonstrationibus valide communitur : et ut uno verbo absolvam, solus hic liber ad Arianismum universum refellendum sufficere queat. Imo qui Gregorium Theologum, sanctumque Basilium dixerit ex hoc tanquam fonte haustos egregios illos et limpidos librorum suorum rivos contra eumdem errorem profudisse, sane a scopo minime aberrarit.

CXLI.

Basilius Magnus in Hexaemeron.

Legimus B. Basilium *in opus sex dierum* (33), [seu de mundi fabrica]. Præstantissimus est in libris omnibus. Pura enim dictione, significante, propria, et omnino civili ac panegyrica, si quis alius, uti novit : sensuumque ordine ac puritate primus, et nemini secundus apparet. Jam persuadendi quoque vim, ac jucunditatem cum perspicuitate amat, atque ita ejus fluit oratio, quasi ultro, tanquam e fonte rivulus, scaturiret. Verisimilitudine autem usque eo est usus, ut si quis ejus sermones pro civilis orationis exemplo sibi proposuerit, in iisque sese exercuerit (modo ne eorum, quæ huc conferunt,

σας [16], μή τί γε τριβεὶς ἐν αὐτοῖς, εἰς τὸ στηλιτευθῆναι διέπεσεν.

ΡΛΘ'.

Ἀθανασίου τοῦ μεγάλου ὑπόμνημα εἰς τὸν Ἐκκλησιαστὴν καὶ εἰς τὰ Ἄσματα τῶν ἀσμάτων.

Ἀνεγνώσθη τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου *Ὑπόμνημα εἰς τὸν Ἐκκλησιαστὴν καὶ εἰς τὰ Ἄσματα τῶν ἀσμάτων*. Σαφὴς[17] μέν ἐστιν, ὥσπερ πανταχοῦ τῶν λόγων αὐτοῦ, εἰς μέντοι τὴν χάριν καὶ τὸ κάλλος τῶν ἐπιστολῶν, αἳ τὴν ἀπολογίαν αὐτῷ τῆς φυγῆς καὶ τὰ περὶ αὐτὴν ἐξεργάζονται [18], οὔτε τόδε τὸ βιβλίον, ἀλλ' οὐδ' ἄλλο τι, ὅσα ἐμὲ τῶν αὐτοῦ εἰδέναι, οὐδὲν ἀναφέρεται [19].

ΡΜ'.

Τοῦ αὐτοῦ κατὰ τῶν τοῦ Ἀρείου δογμάτων ἡ πεντάβιβλος.

Ἀνεγνώσθη τοῦ αὐτοῦ ἁγίου ἡ *Κατὰ Ἀρείου καὶ τῶν αὐτοῦ δογμάτων* πεντάβιβλος. Τὴν μὲν [20] φράσιν σαφής τέ ἐστιν, ὡς καὶ ἐν πᾶσι, καὶ ἀπέριττος καὶ ἀφελής, δριμὺς δὲ [21] καὶ βαθὺς καὶ λίαν τοῖς ἐπιχειρήμασιν εὔτονος. Καὶ τὸ γόνιμον δὲ αὐτοῖς ἡλίκον ὅσον καὶ θαυμάσιον. Λογικαῖς τε μεθόδοις οὔτι [22] γυμνῶς καὶ ἀπὸ τῶν [23] ἐκεῖθεν λέξεων, ὥσπερ οἱ παῖδες καὶ ἀρτιμαθεῖς μειρακιώδη φιλοτιμίαν ἐπιδεικνύμενοι πράττουσιν, ἀλλ' ἐμφιλοσόφως τε καὶ μεγαλοπρεπῶς καὶ ταῖς ἐννοίαις μόναις, καὶ ταύταις διεσχηματισμέναις, ἀποκέχρηται, Γραφικαῖς τε μαρτυρίαις καὶ ἀποδείξεσιν εἰς τὸ καρτερὸν κατωχύρωναι. Καὶ ἁπλῶς ἀρκεῖ τὸ βιβλίον τοῦτο κατὰ πάσης Ἀρειανῆς παρατάξεως. Καὶ εἴ τις τὸν Θεολόγον Γρηγόριον καὶ τὸν θεῖον Βασίλειον ἐκ ταύτης ὥσπερ ἀπὸ [24] πηγῆς ἀρυσαμένους φαίη τῆς βίβλου τοὺς καλοὺς ἐκείνους [317 R.] καὶ διειδεῖς τῶν οἰκείων λόγων κατὰ τῆς πλάνης ῥεῦσαι ποταμούς, οὐκ ἂν, οἶμαι, σφαλείη τοῦ παραδείγματος.

ΡΜΑ'.

Βασιλείου τοῦ μεγάλου εἰς τὴν Ἑξαήμερον.

Ἀνεγνώσθη Βασιλείου τοῦ θεσπεσίου τὰ *εἰς τὴν Ἑξαήμερον*. Ἄριστος μὲν [25] ἐν πᾶσι τοῖς αὐτοῦ λόγοις ὁ μέγας Βασίλειος· λέξει τε γὰρ καθαρᾷ καὶ εὐσήμῳ καὶ κυρίᾳ καὶ ὅλως πολιτικῇ καὶ πανηγυρικῇ δεινὸς, εἴ τις ἄλλος, χρήσασθαι, νοημάτων τε τάξει καὶ καθαρότητι πρῶτος, ἀλλ' οὐδενὸς δεύτερος ᾄδεται [26]· πιθανότητος δὲ καὶ γλυκύτητος καί γε λαμπρότητος ἐραστὴς, καὶ ῥέων τῷ λόγῳ, καὶ ὥσπερ ἐξ αὐτοσχεδίου πηγάζων τὸ ῥεῖθρον. Καὶ τῷ πιθανῷ δὲ [27] ἐπὶ τοσοῦτον ἦκεν ἀπηκριβωμένος, ὡς εἴ τις πολιτικοῦ λόγου τοὺς αὐτοῦ λόγους παράδειγμα ἑαυτῷ θείη, ἔπειτα τούτοις ἐκμελετῴη, μηδὲ τῶν

VARIÆ LECTIONES.

[16] ἀκοῦσαι A. [17] σαφὴς A : καὶ σαφὴς ς. [18] αἳ — ἐξεργάζονται A : αἷς — ἐξεργάζεται ς. [19] ἄρα φέρεται ς. [20] μέν A : μὲν οὖν ς. [21] δὲ add. A. [22] οὔτε ς. [23] τῶν add. A. [24] ἀπὸ add. A. [25] μέν A : δέ ς. [26] ᾄδεται an εἴδεται habeat A non liquet : εἴδεται C : om. ς. [27] δὲ om. A.

NOTÆ.

(32) Lectæ sunt sup. codic. 32.

(33) Plutarchi libellum, *De animantium natura*, magnam partem æmulum. Sicut vicissim B. Ambrosius, *De opere sex dierum*, tractatum ab hoc Basilio est mutuatus.

Digitized by Google

εἰς τοῦτο συντελούντων δηλονότι νόμων ἄπειρος ὑπάρχων, οὐδενὸς [28] αὐτὸν ἑτέρου δεήσεσθαι οἶμαι, οὔτε Πλάτωνος οὔτε Δημοσθένους, οἷς οἱ παλαιοὶ ἐνδιατρίβειν προτρέπονται, εἰς τὸ πολιτικόν τε καὶ πανηγυρικὸν ῥήτορα γενέσθαι.

præceptionum rudis sit), nullum alium præterea, quantum quidem existimo, desideraturus esse videatur; non ipsum quoque Platonem, sive Demosthenem, quos tamen versandos antiqui præcipiunt iis, qui in oratores civiles ac panegyricos evadere cupiant.

PMΒ'.

Τοῦ αὐτοῦ Ἠθικοὶ λόγοι.

[169 H.] Ἀνεγνώσθησαν αὐτοῦ καὶ οἱ λεγόμενοι *Ἠθικοὶ λόγοι*, ἐν οἷς ἅπασιν ἡ προειρημένη ἀρετὴ τῶν λόγων μάλιστα διαφαίνεται.

CXLII.

Ejusdem Orationes ethicæ.

Legimus ejusdem et *morales orationes*: in quibus omnibus supradicta dicendi virtus maxime elucescit.

PMΓ'.

Τοῦ αὐτοῦ Ἐπιστολαί.

Ἀνεγνώσθησαν δὲ αὐτοῦ καὶ *Ἐπιστολαί*, αἵ τε κανονικαὶ καὶ τὸ ἄλλο πλῆθος, ἃς διαφόροις ἐπέστειλεν· ἐξ ὧν τό τε ἦθός ἐστι τοῦ ἀνδρὸς, ὁποῖον ἦν ἀξιάγαστον, χαρακτηρίσαι, καὶ κανόνα λαβεῖν ἂν ἄλλως [29] τις μὴ ἔχῃ, ἐπιστολιμαίου χαρακτῆρος [30].

CXLIII.

Ejusdem Epistolæ.

Ἡ ιη', Λοκροὶ μαχόμενοι, ἐπεὶ συγγενὴς αὐτοῖς Αἴας ἦν, ἐν τῇ παρατάξει χώραν κενὴν ἐῶσιν, ὡς ὅθεν Αἴας ἐν ᾗ παρατάττοιτο. Παρατεταγμένων εὖν ἐν τῇ πρὸς Κροτωνιάτας μάχῃ, Αὐτολέων Κροτωνιάτης ἠβουλήθη διὰ τοῦ διαλείποντος διεκπεσεῖν [68] μέρους καὶ κυκλώσασθαι τοὺς πολεμίους. Τρωθεὶς δ' ὑπὸ φάσματος τὸν μηρὸν ἀπετράπη [69], καὶ ἐσφακέλιζεν, ἕως ἂν κατὰ χρησμὸν εἰς τὴν ἐν Πόντῳ Ἀχίλλειον νῆσον (ἔστι δ' αὕτη παραπλεύσαντι τὸν Ἴστρον ὑπὲρ τῆς Ταυρικῆς) ἐκεῖσε παραγεγονὼς, καὶ τούς τε ἄλλους ἥρωας ἐκμειλιξάμενος, μάλιστα δὲ τὴν Αἴαντος τοῦ Λοκροῦ ψυχὴν, ἰάθη. Κἀκεῖθεν ἐξιόντα [70] ἀπαγγέλλειν αὐτὸν Στησιχόρῳ Ἑλένη κελεύει τὴν εἰς αὐτὴν ᾠδὴν, εἰ φιλεῖ τὰς ὄψεις, παλινῳδίαν. Στησίχορος δ' αὐτίκα ὕμνους Ἑλένης συντάττει καὶ τὴν ὄψιν ἀνακομίζεται.

Ἡ ιθ' ὡς Ψαμάθη ἡ Κροτώπου [71] ἐξ Ἀπόλλωνος κύει, καὶ τεκοῦσα, ἐπεὶ τὸν πατέρα ἐδεδοίκει, ἐκτίθεται, Λίνον ὀνομάσασα. Καὶ ὁ δεξάμενος ποιμὴν ὡς ἴδιον ἀνέτρεφε, καί ποτε οἱ τῆς ποίμνης κύνες διέσπασαν αὐτόν. Ἡ δὲ ὑπερπαθήσασα κατάφωρος γίνεται τῷ [72] πατρὶ, καὶ δικάζει αὐτῇ θάνατον, πεπορνεῦσθαι καὶ καταψεύδεσθαι αὐτὴν Ἀπόλλωνος οἰηθείς. Ἀπόλλων δὲ τῷ τῆς ἐρωμένης φόνῳ χολωθεὶς [433 R.] λοιμῷ κολάζει τοὺς Ἀργείους. Καὶ χρωμένοις ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς Ψαμάθην ἀνεῖλε καὶ Λίνον ἱλάσκεσθαι. Οἱ δὲ τά τε ἄλλα ἐτίμησαν αὐτοὺς, καὶ γύνια ἅμα κόραις ἔπεμπον θρηνεῖν Λίνον· αἱ δὲ θρήνους ἀντιβολίαις μιγνῦσαι τάς τε ἐκείνων καὶ τὰς σφετέρας ἀνέκλαιον τύχας. Καὶ οὕτως ἦν ἐκπρεπὴς ὁ ἐπὶ Λίνῳ θρῆνος, ὡς ἀπ' ἐκείνων καὶ τοῖς ἔπειτα ποιηταῖς παντὸς πάθους παρενθήκη Λίνος

bant. In his Dicæus (90) quidem erat, quod nomen quoque præfert, justus : Syleum **133***b* vero injuriam (91) aliis inferentem Hercules interfecit. A Dicæo deinde hospitio exceptus, et amore filiæ Sylei (92), quam apud illum educari viderat, captus, uxorem eam duxit. Illa interim peregre agentis Herculis desiderio amoreque saucia, interiit. Ibi Hercules cum recens mortuæ funeri forte rediens intervenisset, in ignem una cremandum se conjecisset, nisi qui aderant exsequiis, ægre tandem dissuadendo, prohibuissent. Vicini porro, Hercule jam profecto, puellæ sepulcrum ædificio cinxerunt, ac pro monumento fanum Herculis effecerunt.

Octava decima : Locri pugnantes, quod gentis ejusdem Ajax fuerit, in acie instructa vacuum illi locum relinquere solent, perinde ac si in eo ordine constitisset. Ita ergo cum ordinati starent in eo prœlio quod ipsis cum Crotoniatis fuit, voluit Autoleon Crotoniates per vacuam illam partem erumpere, hostesque cingere. Verum a spectro vulneratus in femore, fugit atque contabescere cœpit, donec ex oracuło in insulam Ponti Achilleum (quæ Istrum præternaviganti supra Tauricam sita est), delatus, cum alios ibi heroas, tum vero maxime Ajacis Locrensis manes placando, sanatus est. Decedenti autem inde Helena negotium dedit, Stesichoro (93) ut nuntiaret, si oculos aspectumque amaret, palinodiam eorum caneret, quæ in se conspexisset. Stesichorus igitur confestim hymnos in Helenæ laudem composuit, oculorumque lumen recuperavit.

Nona decima : Psamathe (94) Crotopi filia ex Apolline gravida peperit, patremque verita infantem exposuit, Lini nomine indito. Pastor repertum pro suo educavit, sed gregis canes infantem forte lacerarunt. Illa vero cum dolore ex eo valde commoveretur, deprehenditur a patre, qui corruptam eam, et falso in Apollinem vitium referre arbitratus, capitis damnat. Quare Apollo, ob amatæ cædem ira commotus, peste Argivos vexavit, consultusque de averruncando malo, Psamathen et Linum placandos respondit. Illi vero præter cæteros honores illis exhibitos, feminas etiam cum virginibus ad Linum deplorandum miserunt : quæ cum deplorationes obtestationibus miscerent, non illorum solum, sed sua etiam infortunia deplorabant. Adeo autem decenter Linum illæ luxerunt, ut ex eo a poetis (95),

VARIÆ LECTIONES.

[66] Ἡρακλέως A : Ἡρακλέος ς. [67] Ἡρακλέος ς. [68] ἐκπεσεῖν ς. [69] ἀπεσάπη Pierson. Moer. add. et corrig. ad p. 342. [70] ἐξιὼν A. [71] Ψαμήθη ἡ Κροτόπου A. [72] τῷ] καὶ τῷ A.

NOTÆ.

(90) Dicæam Thraciæ urbem ab hoc nomen traxisse Steph. tradit in ea voce.

(91) Peregrinos per Aulidem iter facientes, terram fodere compulisse refert Apollod. lib. II *Biblioth.*

(92) Xenodicen tamen Sylei filiam una cum patre occisam scribit Apollod. supr.

(93) Vide Isocratis *Encomion Helenæ ;* Suid. et Gyrald. *Hist. poet.* Dion. Chrysost. orat. 11, et alios. Falso autem hanc narrationem referre vult Ptolem. Hephæst. inf. cod. 190.

(94) Narrationem hanc cum Pausan. in *Attic.* comparare pretium operæ fuerit.

(95) Quod præter Homerum etiam Hesiodus docet apud Eustath. ad vers. 570, *Iliad.* Σ. Ubi plura de Lino, deque appellato ab eo carmine, quod et Αἰλινον est nominatum. Hesychius quoque Λίνον ᾠδῆς ὄνομα κατὰ μέν τινας ἀπὸ τοῦ κλωστοῦ λίνου, notavit. Vide et Thesaur. ling. Græcæ H. St.

Digitized by Google

qui deinceps secuti sunt, in omni pæne lamentationum genere Linus decantatus inseratur. Quin et mensem **134***a* Arneum (96) appellarunt, quod inter agnos Linus educatus fuisset. Imo sacrificium eidem, festumque diem, Arnida utrumque nominatum, instituerunt, mactantes eo die, quotquot uspiam reperire canes potuissent. At ne sic quidem cessavit malum, donec Crotopus (97) ipse Argos ex oraculo

A ᾄδεται. Μῆνά τε ὠνόμασαν ἀρνεῖον, ὅτι ἀρνάσι Λίνος συνανετράφη· καὶ θυσίαν ἄγουσι καὶ ἑορτὴν ἀρνίδα, κτείνοντες ἐν[78] ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καὶ κυνῶν ὅσους ἂν εὕρωσι. Καὶ οὐδ' οὕτως ἐλώφα τὸ κακὸν, ἕως Κρότωπος κατὰ χρησμὸν ἔλιπε τὸ Ἄργος, καὶ κτίσας πόλιν ἐν τῇ Μεγαρίδι καὶ Τριποδίσκιον ἐπικαλέσας κατῴκησεν.

reliquit, conditamque urbem in Megaride Tripodiscium nomine inhabitavit.

Vicesima : Theoclus Chalcidensis captus a Bisaltis (Thraciæ hi populi sunt, ex adversum Pallenes habentes) Chalcidenses (98) occulte accersens, Bisaltas prodidit. Turbarunt itaque primum illi subita sua irruptione Bisaltas, post etiam intra mœnia compulsos, et Bucoli ac Doli apud eos captivorum opera

B urbem capientes, Bisaltas ejiciunt. Bucolum tamen proditorem rupta fide jam data cum occidissent, divina propterea in eos ira irruit, donec ex oracuło pulchrum Bucolo illi monumentum ponentes, et tanquam heroi sacrificantes, malum tandem averterunt.

Ἡ κ', ὡς Θέοκλος ὁ Χαλκιδεὺς αἰχμάλωτος ὑπὸ Βισαλτῶν γεγονὼς (οἱ δὲ Βισάλται Θρᾳκικὸν ἔθνος, ἀντίπερα Παλλήνης οἰκοῦντες), οὗτος Χαλκιδεῖς λάθρα[74] μεταπεμψάμενος προδίδωσι Βισάλτας· καὶ αὐτοὶ πρῶτον μὲν τῷ αἰφνιδίῳ ἐτάραξαν Βισάλτας, εἶτα τειχήρεις ποιήσαντες βουκόλου δόλῳ αἰχμαλώτου[75] παρ' αὐτῶν γεγενημένου αἱροῦσι τὴν πόλιν, ἐκδιώξαντες τοὺς Βισάλτας. Τὸν δὲ προδότην βουκόλον, παραβάντες τὰς συνθήκας, κτείνουσι. Καὶ μῆνις αὐτοῖς διὰ τοῦτο θεόθεν [223 H.] ἐνέσκηψε[76]. Καὶ κατὰ χρησμὸν τάφον περικαλλῆ χώσαντες τῷ βουκόλῳ καὶ ὡς ἥρωϊ θύοντες τοῦ κακοῦ ἀπηλλάγησαν.

Vicesima prima : Dardanus et Jason Jovis erant filii ex Electra Atlantis filia, habitabantque Samothraciam insulam. Verum Jason (99) apparens Cereris spectrum fœdare stupro conatus, fulmine ictus interiit. Dardanus autem fratris exemplo conterritus in oppositam terram, ubi agri multi, monsque Ida fuit, ratibus (nondum enim navigiorum usus erat) profectus est. Ea vero tempestate regionem

C illam tenebat Teucer, Scamandri fluminis et nymphæ [Idææ (1)] filius : a quo Teucri incolæ dicti, et Teucria regio. Cum illo Dardanus sermone habito dimidiam regionis partem accipit : urbemque, ubi ratibus appulsus exscenderat, Dardaniam nomine, ædificavit. Teucro deinde vita functo, omnis ea ora in Dardani ditionem concessit.

Ἡ κα', Δάρδανος καὶ Ἰάσων[77] παῖδες ἦστην Διὸς ἐξ Ἠλέκτρας τῆς Ἀτλαντίδος, καὶ ᾤκουν Σαμοθρᾴκην τὴν νῆσον. Ἀλλ' ὁ μὲν Ἰάσων φάσμα Δήμητρος αἰσχῦναι βουληθεὶς, ἐκεραυνώθη, Δάρδανος δὲ ἐπὶ τἀδελφῷ συγχυθεὶς εἰς τὴν ἀντίπερα γῆν, ἐν ᾗ καὶ πεδιὰς πολλὴ καὶ τὸ ὄρος ἡ Ἴδη, σχεδίαις (πλοίων γὰρ χρῆσις οὐδέπω ἦν) διαβαίνει. Εἶχε δὲ τὸ κράτος τότε τῆς χώρας ὁ Σκαμάνδρου τοῦ ποταμοῦ καὶ νύμφης Τεῦκρος, ἐξ οὗ Τεῦκροί τε οἱ οἰκήτορες καὶ Τευκρία ἡ γῆ· ᾧ κατὰ λόγους συνελθὼν Δάρδανος λαμβάνει τὴν ἡμίσειαν, καὶ πόλιν, ἐν ᾧ τῆς σχεδίας ἀπέβη, κτίζει Δαρδανίαν. Ὕστερον δὲ τελευτήσαντος Τεύκρου ἡ πᾶσα τῆς χώρας εἰς αὐτὸν ἀρχὴ περιῆλθεν.

Vicesima secunda (2) : Cretensi puero tanquam pro amasio datus est draconis fetus. Hunc eo usque educavit ille, studioseque curavit, dum grandior factus metum etiam incolis injiceret. Coegerunt itaque puerum in solitudinem draconem deferre. Et paruit ille, multum plorans. Tandem vero cum ad venationem aliquando adolescens egressus in latrones incidisset, opemque inclamasset : agnita voce draco, et corporibus sese implicans, prædones occidit, atque adolescentem, veteris signa necessitudinis ostendens, periculo eripuit.

Ἡ κβ' μειρακίῳ Κρητὶ γέννημα δράκοντος ἐραστὴς δωρεῖται. Ὁ δὲ ἔτρεφέ τε καὶ ἐπεμελεῖτο, ἕως ηὐξήθη καὶ φόβον ἐνεποίει[78] ὁ δράκων τοῖς ἐπιχωρίοις· οὗτοι γὰρ τότε ἠνάγκασαν τὸ μειράκιον ἐκθεῖναι τὸ θηρίον ἐπὶ τῆς ἐρημίας, καὶ πολλὰ κλαίων[79] ἐξέθετο. Ὕστερον δ' ἐπὶ θήραν ἐξελθόντος τοῦ μειρακίου καὶ λῃσταῖς περιπεσόντος[80], ἀνακαλουμένου τοὺς βοηθήσοντας[81], ἀναγνωρίσας ὁ δράκων τὴν φωνὴν τοὺς μὲν λῃστὰς διέφθειρεν, ἑκάστῳ περιελιχθεὶς, σημεῖα δὲ τῷ παιδὶ παλαιᾶς αἰσθήσεως ἐνδειξάμενος ἀπαλλάσσει τῆς ἐπιβουλῆς.

D

VARIÆ LECTIONES.

[73] ἐν add. A. [74] Χαλκίδης μεταπεμψάμενος λάθρα ς. [75] libri βουκόλῳ καὶ δόλῳ αἰχμαλώτῳ — γεγενημένῳ. correxerunt Kannius et Heynius. [76] ἐπέσκηψε ς. [77] Ἰασίων Heynius : cf. Car. Otfr. Müller. Orchomen. p. 265. [78] ἐποίει A. [79] κλαῖον ς. [80] περιπεσ. καὶ ἀνακαλ. ς. [81] βοηθήσοντας Heynius : libri βοηθήσαντας.

NOTÆ.

(96) Eustath. quoque teste.
(97) Pausan. Coræbo hæc tribuit.
(98) Lege Χαλκιδεῖς.
(99) Lege Steph. voce *Dardan.* et Strab. lib. VII extremo *De Samothrace;* Apollod. quoque lib. III ex quo hæc pæne ad verbum descripta narratio; ubi et Jasion legi observandum puto.
(1) Id nymphæ nomen, quod hinc forte fugerat, ex Apollodoro et Diod. Siculo lib. IV revocare visum.
(2) Refert hanc etiam Ælianus *Variar. Histor.* lib. XIII, cap. 46.

Digitized by Google

Ἡ κγ' ὡς Ἀλεξάνδρου τοῦ Πάριδος [83] καὶ Οἰνώνης, ἣν ἐγήματο πρὶν ἢ τὴν Ἑλένην ἁρπάσαι, παῖς Κόρυθος γίνεται, κάλλει νικῶν τὸν πατέρα. Τοῦτον ἡ μήτηρ Ἑλένῃ προσέπεμπε, ζηλοτυπίαν τε κινοῦσα Ἀλεξάνδρῳ καὶ κακόν τι διαμηχανωμένη Ἑλένῃ. Ὡς δὲ συνήθης [83] ὁ Κόρυθος πρὸς Ἑλένην ἐγένετο, Ἀλέξανδρός ποτε παρελθὼν εἰς τὸν θάλαμον [156 R.] καὶ θεασάμενος τὸν Κόρυθον τῇ Ἑλένῃ παρεζόμενον καὶ ἀναφλεχθεὶς ἐξ ὑποψίας εὐθὺς ἀναιρεῖ. Καὶ Οἰνώνη τῆς τε εἰς αὐτὴν ὕβρεως καὶ τῆς τοῦ παιδὸς ἀναιρέσεως πολλὰ Ἀλέξανδρον ἀρασαμένη, καὶ ἐπειποῦσα (καὶ γὰρ ἦν ἐπίπνους μαντείας καὶ τομῆς φαρμάκων ἐπιστήμων) ὡς τρωθεὶς ποτε ὑπ' Ἀχαιῶν καὶ μὴ τυγχάνων θεραπείας δήσεται αὐτῆς, οἴκαδε ᾔει. Ὕστερον δ' Ἀλέξανδρος ἐν τῇ πρὸς Ἀχαιοὺς ὑπὲρ Τροίας μάχῃ τρωθεὶς ὑπὸ Φιλοκτήτου καὶ δεινῶς ἔχων δι' ἀπήνης ἐκομίζετο πρὸς τὴν Ἴδην, καὶ προεκπέμψας κήρυκα ἐδεῖτο Οἰνώνης· ἡ δὲ ὑβριστικῶς μάλα τὸν κήρυκα διωσαμένη πρὸς Ἑλένην ἰέναι Ἀλέξανδρον ἐξωνείδιζε [84]. Καὶ Ἀλέξανδρος μὲν κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπὸ τοῦ τραύματος τελευτᾷ, τὴν δὲ μήπω πεπυσμένην τὴν τελευτὴν μετάμελος ὅμως δεινὸς [85] εἶχε, καὶ δρεψαμένη τῆς πόας ἔθει φθάσαι ἐπειγομένη. Ὡς δ' ἔμαθε παρὰ τοῦ κήρυκος ὅτι τεθνήκοι καὶ ὅτι αὐτὴ αὐτὸν ἀνήρηκεν, ἐκεῖνον μὲν [224 H.] τῆς [86] ὕβρεως, λίθῳ τὴν κεφαλὴν πατάξασα, ἀναιρεῖ, τῷ δ' Ἀλεξάνδρου νεκρῷ περιχυθεῖσα, καὶ πολλὰ τὸν κοινὸν ἀμφοῖν κατεμέμψαμένη δαίμονα, ἑαυτὴν ἀνήρτησε τῇ ζώνῃ.

Ἡ κδ', ἐν Θεσπείᾳ τῆς Βοιωτίας (ἔστι δ' ἡ πόλις οὐχ ἑκὰς τοὺς Ἑλικῶνος) παῖς ἦν Νάρκισσος πάνυ καλὸς καὶ ὑπερόπτης Ἔρωτός τε καὶ ἐραστῶν. Καὶ οἱ μὲν ἄλλοι τῶν ἐραστῶν ἐρῶντες ἀπηγόρευσαν, Ἀμεινίας [87] δὲ πολὺς ἦν ἐπιμένων καὶ δεόμενος· ὡς δ' οὐ προσίετο ἀλλὰ καὶ ξίφος προσέπεμψεν, ἑαυτὸν πρὸ τῶν θυρῶν Ναρκίσσου διαχειρίζεται, πολλὰ καθικετεύσας τιμωρόν οἱ γενέσθαι τὸν θεόν. Ὁ δὲ Νάρκισσος ἰδὼν αὐτοῦ τὴν ὄψιν καὶ τὴν μορφὴν ἐπὶ κρήνης ἐνδαλλομένην τῷ ὕδατι, καὶ μόνος καὶ πρῶτος ἑαυτοῦ γίνεται ἄτοπος ἐραστής. Τέλος ἀμηχανῶν, καὶ δίκαια πάσχειν οἰηθεὶς ἀνθ' ὧν Ἀμεινίου ἐξύβρισε τοὺς ἔρωτας, ἑαυτὸν διαχρᾶται. Καὶ ἐξ ἐκείνου Θεσπιεῖς [88] μᾶλλον τιμᾶν καὶ γεραίρειν τὸν Ἔρωτα καὶ πρὸς [89] ταῖς κοιναῖς θεραπείαις καὶ ἰδίᾳ θύειν ἔγνωσαν. Δοκοῦσι δ' οἱ ἐπιχώριοι τὸν νάρκισσον τὸ ἄνθος ἐξ ἐκείνης πρῶτον τῆς γῆς ἀνασχεῖν, εἰς ἣν ἐξεχύθη τὸ τοῦ Ναρκίσσου αἷμα.

134[b] Vicesima tertia : Alexandri seu Paridis et Œnones (3) (quam uxorem priusquam Helenam raperet, domum duxerat) filius fuit Corythus, pulchritudine patrem superans. Hunc mater ad Helenam misit, cum ut Alexandrum ad zelotypiam provocaret, tum ut Helenæ malum machinaretur. Ut ergo Corythus Helenæ familiarior esse cœpit, superveniens aliquando in thalamum Alexander, et cum Helena filium sedentem conspicatus, ira incensus, suspectum gnatum occidit. Œnone, et ob hanc injuriam, et ob filii interitum, multa Alexandro imprecata, hoc insuper adjecit (ut erat vaticinandi perita (4), legendarumque herbarum (5) gnara) vulneratum eum aliquando ab Achivis, neque medelam reperientem, se etiam obsecraturum ; atque ita demum discessit. Post igitur Paris (6) in pugna pro Troja adversus Achivos a Philoctete vulneratus, graviterque saucius, ad Idam curru vehebatur, præmissoque nuntio, Œnonem deprecatus est. Hæc contumeliose valde nuntio rejecto, ad Helenam ire Paridem per convicium jussit. Ille interim per viam ex vulnere diem clausit extremum. Antequam tamen de illius interitu quidquam Œnone inaudisset, pœnitentia gravi ducta est, herbisque lectis, curriculo festinabat prævertere. At ubi mortuum esse jam, et quidem ab ea necatum, nuntius retulit, hunc primum, lapide in caput impacto, ob illatam [exprobrando] injuriam occidit, cadaver vero Paridis amplexa, et communem utriusque fortunam diu questa, zona seipsam strangulavit.

Vicesima quarta : In Bœotiæ civitate Thespeia quæ non longe ab Helicone sita est, puer natus Narcissus, pulcher admodum, sed amoris amatorumque contemptor. Quare alii quidem despondere (7) animum amantes cœperunt : Aminiasque tantum assiduus erat et pertinax precator. At cum neque hunc audiret ille, sed gladium insuper mitteret, se ipse pro Narcissi foribus occidit, deum vehementer precatus, ultor sibi ut fieret. Narcissus (8) igitur vultum aliquando suum contemplatus, formæque simulacrum in aqua fontis apparens, et solus et primus incipit cæco sui amore flagrare. Ergo consilii tandem inops, et justas sese dare pœnas arbitratus, quod Aminiam amatorem injuria læsisset, mortem sibi conscivit. Ex eo, responso dato, ut amor magis honoraretur colereturque, præter communem **135**[a] cultum, privatim quoque sacrificare decreverunt. Ea autem incolarum opinio est (9), primum ex illa terra exstitisse narcissum florem, in quam effusus Narcissi sanguis fuisset.

VARIÆ LECTIONES.

[83] Πάριδος] καὶ Πάριδος Scaliger. [83] συνήθης] μυηθείς A. [84] ἐξωνείδιζε A : διωνείδιζε ς. [85] δεινός corr. A : δεινῶς ς. [86] τῆς A : ἀντὶ τῆς ς. [87] ἀπηγορεύθησαν ς. Ἀμινίας A, et infra Ἀμινίου. [88] θεσπιεῖς A : θεσπίσας ς. [89] καὶ ante πρὸς add. A.

NOTÆ.

(3) Lege Parthen. Ἐρωτικῶν cap. 4 et 34, et Lycophron Cassan. ejusque interpr.

(4) A Rhea edocta, ut vult Apollod. lib. III, ubi et plura de his.

(5) Dono Apollinis, ut ipsa sua docet epistola ad Paridem apud Ovid. in fin.

(6) Hæc Q. Calaber posteriore parte libri sui x, paulo aliter describit. Vult enim fato decretum fuisse ut non nisi ab Œnone Paris curari posset, et ipsam se in rogum mariti conjecisse, etc.

(7) Sequor τὸ ἀπηγόρευσαν.

(8) Pausan. *Bœotic.* legendus, et Ovid. *Metam.* III.

(9) Sed vana, ut docet Pausan. *Bœotic.*

Digitized by Google

Vicesima quinta. Minos Jovis et Europæ filius Cretam rex tenuit, Dædalumque (10) quæsiturus classe instructa navigavit in Sicaniam (quæ hodie *Sicilia* dicitur), ubi a Cocali oræ illius regis filiabus est interfectus. Natio hinc Cretensium, regis sui cædem ultura, bellum adversus Siculos suscepit. Sed victi Cretes cum domum redeunt, ad Iapygas (11) sunt tempestate delati : ibique tum sedes fixerunt, Iapyges pro Cretensibus facti. Post horum pars quædam per seditionem inde expulsa, oraculi responsum illud consulentes acceperunt, ubi quis ipsis terram et aquam præberet, ibi ut habitarent. Atque ita Bottiæorum terram incoluerunt. Ibi enim pueri, panis cæteroruinque condimentorum varia genera per ludum et jocum ex luto fingentes, petentibus ipsis panis loco distribuerunt luteos panes : et illi impletum esse oraculum interpretati, sedem a Macedonum rege postulantes, Bottiæorum oram habitandam acceperunt, et Cretensium nomen jam tertio cum Bottiæorum commutantes, portio nunc sunt Macedonum.

Vicesima sexta narrat Apollinis spectrum, cui Carno (12) nomen, Dorienses sequi solitum, ab Hippota (13) quodam e stirpe Herculis tum esse interfectum, cum in Peloponnesum Heraclidæ redirent. Cum ergo propterea peste graviter laborarent, oraculo accepto e castris Hippoten expulerunt. Erat autem spectrum hoc Doriensibus vatis loco. Et Heraclidæ quidem tum in Peloponnesum trajecerunt : Hippotes vero ille oberrans, filium genuit cui ex re Aletæ (14) nomen dedit. Hic ubi ad ætatem virilem pervenit, Dorici populi parte collecta, pulsisque Sisyphidis, qui tum Corinthi reges erant, cum ipsorum sociis Ionibus, urbem illam denuo incolis replet, pergebatque adversus Atticam, cum oraculi responsum eidem datum, victorem fore, si ab Atheniensium rege abstineret (15). Hoc oraculo ab Atheniensibus cognito, Codro septuagenario persuadent, libens se pro patria ut devoveat. Ille veste mutata, quasi lignatorum unus esset, a Doriensi quodam interficitur. Dorienses re postea cognita, de victoria desperantes, cum Atheniensibus pacis fœdera inierunt.

Vicesima septima refert de rebus Deucalionis, qui in Phthiotide regnavit, deque Græciæ inundatione ejus temporibus : ac de Hellene filio ejus **135**[b] (quidam Jovis esse dicunt) qui et Deucalione mortuo, in regno successit, habuitque filios tres. Ex his Æolum natu maximum, merito voluit ejus regionis sceptrum tenere, cui ipsemet antea impe-

Ἡ κε' ὡς Μίνως υἱὸς Διὸς καὶ Εὐρώπης, ὁ βασιλεύων Κρήτης, κατὰ ζήτησιν Δαιδάλου στόλῳ πλεύσας εἰς Σικανίαν (αὕτη δ' ἐστὶν ἡ νῦν Σικελία) ὑπὸ τῶν Κωκάλου θυγατέρων (ἐβασίλευε δ' οὗτος Σικελῶν [90]) ἀναιρεῖται. Καὶ τὸ Κρητικὸν πολεμεῖ Σικελοῖς ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, καὶ ἡττᾶται. Καὶ ἐπανιόντες ὑπὸ χειμῶνος ἐξέπεσον εἰς Ἰάπυγας, καὶ αὐτόθι τότε ἱδρύσαντο, ἀντὶ Κρητῶν γεγονότες Ἰάπυγες. Χρόνῳ δὲ ὕστερον μοῖρά τις κατὰ στάσιν ἐκπεσόντες τῆς χώρας χρησμὸν ἔλαβον, ἔνθα ἄν τις αὐτοῖς γῆν καὶ ὕδωρ ὀρέξῃ [91], ἐνταῦθα οἰκίζεσθαι. Καὶ ᾖκησαν [92] τὴν Βοττιαίων· ἐκεῖ γὰρ παῖδες ἄρτων εἶδη καὶ ἄλλων ὄψων παίζοντες ἀπὸ πηλοῦ καὶ πλάττοντες, αἰτουμένοις ἐπέδωκαν αὐτοῖς ἀντὶ ἄρτων τοὺς πηλίνους ἄρτους· καὶ οἱ γε τὸν χρησμὸν τετελέσθαι νομίσαντες ἠτήσαντο τὸν βασιλέα Μακεδόνων, καὶ ἔλαβον οἰκεῖν τὴν Βοττιαίων, [437 R.] καὶ Βοττιαῖοι μὲν τρίτον γένος ἀπὸ Κρητῶν ἀμείψαντες μοῖρα νῦν εἰσὶ Μακεδόνων.

Ἡ κς' διέξεισιν ὡς φάσμα Ἀπόλλωνος, ὄνομα Κάρνος, Δωριεῦσιν ἑπόμενον, Ἱππότης τις τῶν ἀφ' Ἡρακλέους ἀναιρεῖ, ὅτε κατῆσαν εἰς Πελοπόννησον Ἡρακλεῖδαι. Καὶ λοιμοῦ τούτοις προσπεσόντος, χρησμὸν [93] λαβόντες ἤλασαν τὸν Ἱππότην τοῦ στρατοπέδου, Μάντις δ' ἦν τὸ φάσμα [94] τοῖς Δωριεῦσιν. Ἡρακλείδαις μὲν κάθοδος εἰς Πελοπόννησον ἐγένετο· ὁ δ' Ἱππότης ἀλώμενος [95] τίκτει παῖδα, ἐκ τοῦ πράγματος Ἀλήτην καλέσας, ὃς ἀνδρωθεὶς καὶ μοῖραν τοῦ Δωρικοῦ συλλέξας, καὶ Σισυφίδας ἐκβαλὼν Κορίνθου βασιλέας ὄντας καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς Ἴωνας, ἀνοικίζει τὴν πόλιν καὶ ἐπῆλθε κατὰ τῆς Ἀττικῆς, [225 H.] ὅτε καὶ χρησμὸν λαμβάνει νικήσειν, εἰ ἀπόσχοιντο τοῦ βασιλέως Ἀθηναίων. Καὶ τοῦ χρησμοῦ γνωσθέντος Ἀθηναίοις, πείθουσι Κόδρον ἑβδομηκοντούτην ὄντα ἑκόντα δοῦναι ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Καὶ ἀμειψάμενος τὴν στολήν, ὡς εἷς τῶν ξυλοφόρων ὑφ' ἑνὸς τῶν Δωριέων ἀναιρεῖται. Καὶ γνόντες ὕστερον Δωριεῖς, καὶ ἀπογνόντες τὴν νίκην, ἐσπείσαντο Ἀθηναίοις.

Ἡ κζ' τὰ περὶ Δευκαλίωνος ἀπαγγέλλει, ὃς ἐβασίλευε [96] τῆς Φθιώτιδος, καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν τῆς Ἑλλάδος κατακλυσμοῦ· καὶ περὶ Ἕλληνος τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, ὃν ἔνιοι τοῦ Διὸς παῖδα εἶναί φασιν, ὃς καὶ διεδέξατο τὴν βασιλείαν τελευτήσαντος Δευκαλίωνος, καὶ τίκτει παῖδας [97] τρεῖς. Ὧν Αἴολον μὲν τὸν πρῶτον βασιλεύειν ἐδικαίωσεν ἧς ἦρχε γῆς,

VARIÆ LECTIONES.

[90] Σικελῶν mg. : libri Σικεῶν. [91] ὀρέξει ς. [92] ᾤκισαν ς. [93] χρησμόν] καὶ χρησμὸν A. [94] φάντασμα ς. [95] ἀλώμενος] cf. Ruhnken. ad Vellej. p. 12. [96] ἐβασίλευσε ς. [97] παῖδας om. A.

NOTÆ.

(10) Lege Pausan. *Achaic.* init.
(11) Vide Strab. lib. VI.
(12) Hæc de Carno aliter aliquanto refert Pausan. in *Laconic.*
(13) Quem Phylantii filium facit Pausan. cum Apollod. lib. II *Biblioth.*, qui hanc ad Naupactum patratam cædem tradit.
(14) Quasi *Erronem* a parentis erroribus dixeris.
(15) Pausan. init. *Corinthiac.*

Digitized by Google

Ἀσωπῷ καὶ Ἐνιπεῖ δυσὶ ποταμοῖς τὴν ἀρχὴν διορι- A
σάμενος, ἐξ οὗ τὸ Αἰολικὸν κατάγεται γένος· Δῶρος
δ' ὁ δεύτερος μοῖραν τοῦ λαοῦ λαβὼν παρὰ τοῦ πα-
τρὸς ἀποικίζεται, καὶ ὑπὸ τὸν Παρνασσὸν τὸ δρος
κτίζει πόλεις, Βοιὸν, Κυτίνιον [98], Ἐρινέον, ἐξ οὗ
Δωριεῖς· ὁ δὲ νεώτατος Ἀθήναζε [99] ἀφικόμενος
κτίζει τετράπολιν καλουμένην τῆς Ἀττικῆς, καὶ
γαμεῖ Κρέουσαν τὴν Ἐρεχθέως, καὶ τίκτει ἐξ αὐτῆς
Ἀχαιὸν καὶ Ἴωνα. Καὶ ὁ μὲν Ἀχαιὸς ἀκούσιον φό-
νον ἐργασάμενος ἠλάθη, καὶ εἰς Πελοπόννησον ἐλθὼν
Ἀχαΐαν κτίζει τετράπολιν, ἐξ οὗ Ἀχαιοί· Ἴων δὲ,
θανόντος τοῦ μητροπάτορος, διά τε τὴν ἀρετὴν καὶ
τὴν ἄλλην ἀξίωσιν αἱρεθεὶς βασιλεύει Ἀθηναίων, ἐξ
οὗ Ἴωνες οἵ τε Ἀθηναῖοι ἤρξαντο καλεῖσθαι καὶ τὸ
ἄλλο πᾶν Ἰωνικόν.

B

Ἡ κη' ὡς Τέννης καὶ Ἡμιθέα παῖδες ἦστην Κύκνῳ
βασιλεῖ Τρῳάδος, καὶ Κύκνος [1] ἀποθανούσης αὐτῷ
τῆς γυναικὸς ἑτέραν ἐπεισάγεται· ἡ δ' ἐπιμανεῖσα
Τέννῃ καὶ μὴ τυγχάνουσα καταψεύδεται τοῦ παιδὸς
τὰ ἑαυτῆς· καὶ ὁ πατὴρ ἀκρίτως εἰς λάρναχα [2] Τέν-
νην κατακλείει, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἡμιθέαν περιαλγοῦ-
σαν τἀδελφοῦ [3], καὶ ἀφίησι τῇ θαλάσσῃ. Ἡ δ' εἰς
νῆσον ἐκφέρεται, καὶ οἱ ἐπιχώριοι τὴν λάρναχα ἀνα-
κομίζονται, καὶ τὸ κράτος τῆς γῆς ἐκείνης ἴσχουσι [4]
Τέννης καὶ Ἡμιθέα, καὶ ἡ νῆσος Τένεδος ἀντὶ Λευ-
κόφρυος ὠνομάσθη. Ὁ δὲ Κύκνος μεταγνοὺς καὶ
ὁρμισάμενος πρὸς τὴν νῆσον, ἐδέῖτο τοῦ παιδὸς ἀπὸ
τῆς νεὼς ἀμνηστίαν ἔχειν. Ὁ δὲ, ὡς μὴ ἐπιβαίη τῆς C
νήσου, πέλεκυν ἁράμενος τὰ πείσματα τῆς νεὼς
διακόπτει· [440 R.] καὶ ἀπ' αὐτοῦ οἱ ἄνθρωποι ἐπὶ
παντὸς ἀποτόμου πράγματος τὸν Τέννου πέλεκυν
ἐπιλέγουσιν.

Ἡ κθ' ὡς Μάγνητες οἱ Μαγνησίαν τὴν ἐν Ἀσίᾳ
νῦν οἰκοῦντες τὸ πρότερον περὶ Πηνειὸν ποταμὸν καὶ
τὸ Πήλιον δρος ᾤκησαν, καὶ συνεστράτευσαν [5]
Ἀχαιοῖς κατὰ Τροίας ἡγουμένου αὐτῶν Προθόου,
καὶ ἐκαλοῦντο Μάγνητες. Εἶτα δεκάτη [6] Μαγνήτων
ἀνακομιζομένων αὐτῶν ἀπὸ Τροίας οἰκίζει κατ' εὐ-
χὰς εἰς Δελφούς. Μετὰ χρόνον δὲ ἀναστάντες τοῦ
ἱεροῦ καὶ κατιόντες ἐπὶ θάλασσαν ἐπεραιώθησαν εἰς
Κρήτην [7]. Ὕστερον [226 H.] δὲ βιασθέντες ἀνέστη-
σαν ἐκ Κρήτης, καὶ πλεύσαντες εἰς τὴν Ἀσίαν ἐρ- D
ρύοντο κακῶν νεόκτιστον οὖσαν τὴν Ἰωνίαν καὶ τὴν
Αἰολίδα, συμμαχοῦντες αὐτοῖς κατὰ τῶν ἐπιτιθεμέ-

raverat, quamque Asopo et Enipeo fluviis disterminaverat. Atque hinc Æolicum genus derivatur. Alter deinde Dorus, accepta a parente populi parte, coloniam alio traduxit, condiditque has ad Parnassi montis radicem urbes, Bœum, Cytinium et Erineum. Ab hoc Dores dicti. Natu denique minimus cum Athenas pervenit (16), Atticæ quam vocant tetrapolim (17) ædificavit, duxitque uxorem Creusam Erechthei filiam, e qua Achæum et Ionа (18) sustulit. Achæus hic, cum cædem imprudens patrasset, pulsus, in Peloponnesum venit, condiditque Achaiam tetrapolim. A quo etiam Achæi originem ducunt. Ion vero, mortuo avo materno Erechtheo, cum virtutis, tum reliquæ dignitatis ergo creatus rex, Atheniensibus imperavit. Unde et Ionеs appellari cœperunt Athenienses, omnisque adeo regio Ionia dicta.

Vicesima octava : Tennes et Hemithea liberi erant Cycni regis Troadis (19). Cycnus autem mortua conjuge duxit alteram (20), quæ insano Tennæ privigni amore capta, cum potiri non posset, suum crimen falso illi imponens accusavit. Parens igitur indicta causa Tennem filium arculæ inclusit, quin et una Hemitheam, fratris infortunio immodice dolentem, atque ita mari commisit. Hæc arcula in insulam quamdam delata, atque ab incolis sublata est, et totius regionis imperio potiuntur Tennes atque Hemithea : ipsa vero insula Tenedos pro Leucophry dici cœpta. Cycnus postea facti pœnitens, et ad insulam profectus, filium precabatur e navi, præteritarum rerum ut oblivisceretur. Ille autem, ne ad insulam appelleret parens, securim arripiens navis retinacula dissecuit. Unde dici cœptum in omni abrupto atque præciso negotio, Tennæ (21) bipennem fuisse adhibitam.

Vicesima nona : Magnetes, qui Magnesiam Asiæ nunc incolunt, antea ad Peneum flumen montemque Pelium habitarunt, et adversus Trojam ductu atque auspiciis Prothoi militantes, Magnetes item dicti sunt. Ille postea hos, decimam Troja reportantes, Delphis ex voto collocavit. Post tamen relicto fano, navibusque conscensis, in Cretam transmiserunt. Inde quoque vi repulsi Cretam deserunt, et in **136** *a* Asiam adnavigantes, malis afflictam nuper conditam Ioniam atque Æolidem liberant, pugnantes una cum his adversus eos, qui mala illa inferebant. Hinc denique eodem quo nunc sunt

VARIÆ LECTIONES.

[98] Κτίνιον ς. [99] Ἀθήναζεν ς. [1] καὶ Κύκνος A : Κύκνος δέ ς. [2] εἰς λάρναχα A : λάρναχι ς. [3] ἀδελφοῦ ς. [4] ἀνίσχουσι A. [5] καὶ συνεστρ. A : συνεστρ. δέ ς. [6] δεκάτην ς. [7] εἰς Κρήτην] cf. Rubnken. ad Vellei. p. 13.

NOTÆ.

(16) Strabo lib. VIII, initio Achaiæ *Xuthum* nominat, ubi hanc leges historiam.

(17) Œnoen, Probalinthum, Tricorithum, et Marathona, ut refert Steph. et Strabo supr.

(18) Steph. in *Ionia* facit eum ex Atheniens. opinione Apollinis et Creissæ filium.

(19) Strabo lib. XIII Colonarum hunc regem facit, in Troade tamen. Vide Lycophr. interp. et Servium, ac Pausan. *in Phocicis*. Diodor. quoque Sicul. extremo lib. V.

(20) Philonomen vocat Steph. in *Tenedos* : quem fusius hæc tractantem lege, et Adag. opus.

(21) Suidas etiam Τενέδιος ἄνθρωπος et Τενέδιος ξυνήγορος παροιμιωδῶς dici refert.

Digitized by Google

loco perveniunt, urbemque condunt, quam veteri de nomine patriæ Magnesiam item nuncuparunt.

Tricesima de Pithenio (22) Apolloniate, qui, oves Soli sacras pascens, cum sua incuria sexaginta de grege oves lupi discerpsissent, oculis a civibus est orbatus, quare tellus, irato Deo, fructus Apolloniatis non protulit, donec astu et suburbanis prædiis duobus Pithenium placantes et una insuper domo, quam ipsemet elegisset, sterilitatem effugerunt. Erat autem Pithenius illustris genere, sicut et quotquot alii ejus successores sacrarum curam ovium gesserunt. Ipsa vero Apollonia (23) Græca civitas est in Illyrica regione mari adjacens, quam Lous fluvius (24), qui in Ionium mare exit, mediam dividit.

Tricesima prima : Tereus (25), Thracum rex, eorum qui ad Dauliam cæteramque Phocida pertinent, uxorem duxit Procnen, Pandionis Athenarum regis filiam. Hic postquam insano captus amore, per vim constupravit invitam Philomelam, Procnes sororem, linguam quoque ejus exsecuit, veritus nimirum ne factum proderet. At illa peplum texens, dolorem ei suum filis inscripsit. Procne, re cognita, et facinus ulcisci cupiens, filium [Itym] marito suum epulandum in cœna apposuit. Tum Tereus, ubi vel ex ipsa Procne exsecrandum convivium didicit, et hanc et sororem veluti facti consciam gladio percussurus insequitur. Illis vero per fabulam inde sublatis, Procne quidem in lusciniam (26), Philomela vero in hirundinem vertitur, canuntque perpetuo suas illas calamitates. Sed et Tereus in upupam avem, ut fabulæ referunt, mutatus : aiuntque hos, ne aves quidem factos, iram deposuisse, quando upupæ perpetuo hirundines atque lusciniæ insectantur.

Tricesima secunda : De Europa (27) Phœnicis (28) filia e conspectu sublata, utque filios pater ad sororem investigandam dimiserit. In his etiam Cadmus fuit, quicum una et Proteus, Busiridis tyranni dem veritus, ex Ægypto trajicit. Addit quomodo post varios errores nihil invenientes, in Pallenam venerint, utque Proteus, hospitalibus muneribus Clito oblatis, amicitiaque inita **136***b* (erat Clitus hic rex prudens et justus Sithonum Thraciæ populorum) filiam ejus Chrysonoen uxorem duxerit. Bisaltis deinde patria sua eo bello pulsis, quod ipsis a Clito et Proteo illatum est, regionijilli Proteus imperavit, genuitque patris longe dissimiles liberos,

νων. Ἐκεῖθεν ἀφικνοῦνται ἐν ᾧ νῦν εἰσὶ, καὶ κτίζουσι πόλιν, ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ ἀρχαῖον πατρίδος Μαγνησίαν αὐτὴν ἐπικαλέσαντες.

Ἡ λ' τὰ περὶ Πειθηνίου τοῦ Ἀπολλωνιάτου, ὃς τὰ ἱερὰ Ἡλίου [8] νέμων πρόβατα, ἐπεὶ αὐτῶν ἑξήκοντα λύκοι διεσπάραξαν, ἀμελήσαντος, τὰς ὄψεις ὑπὸ τῶν πολιτῶν ἐκκόπτεται. Καὶ ἡ γῆ καρπὸν Ἀπολλωνιάταις μηνίσαντος αὐτοῖς τοῦ θεοῦ οὐκ ἐδίδου, ἕως τέχνῃ καὶ προαστείοις δυσὶν ἱλασάμενοι Πειθήνιον καὶ οἰκίᾳ μιᾷ, ὧν [9] αὐτὸς [10] ᾑρετίσατο, τὴν ἀκαρπίαν διέφυγον. Τῶν ἐπιφανῶν δ' ἦν ὁ Πειθήνιος, καὶ ὅσοι ἄλλοι ἐκ διαδοχῆς τῶν ἱερῶν εἶχον προβάτων τὴν ἐπιμέλειαν. Καὶ ἡ Ἀπολλωνία πόλις Ἑλλάς ἐστιν ἐν τῇ Ἰλλυριῶν γῇ, κεῖται δ' ἐπὶ τῆς θαλάσσης, καὶ ποταμὸς Λῶος [11] διὰ μέσης αὐτῆς ῥέων εἰς τὸ Ἰόνιον ἐκβάλλει πέλαγος [12].

Ἡ λα' ὡς Τηρεὺς, βασιλεὺς Θρᾳκῶν τῶν περὶ Δαυλίαν καὶ τὴν ἄλλην Φωκίδα, ἄγεται Πρόκνην γυναῖκα τὴν Πανδίονος βασιλεύοντος Ἀθηνῶν, καὶ ὡς ἐπεμάνη καὶ ἐμίγη ἀκούσῃ Φιλομήλᾳ τῇ ἀδελφῇ Πρόκνης, καὶ τέμνει [13] τὴν αὐτῆς γλῶσσαν, δεδιὼς τὸν ἐκ λόγων θρίαμβον. Ἡ δὲ πέπλον ὑφαίνουσα γράφει τὰ πάθη τοῖς νήμασι. Καὶ ἡ Πρόκνη μαθοῦσα καὶ ἀμυνομένη παρατίθησιν αὐτῷ δεῖπνον τὰ αὐτοῦ γεννήματα. Ὁ δὲ Τηρεὺς, μαθὼν τοῦ δείπνου τὸ μύσος ὑπ' αὐτῆς Πρόκνης, ἐδίωκεν αὐτήν τε καὶ τὴν ἀδελφὴν ὡς συνεργὸν ξίφει ἀνελεῖν. Τὰς δὲ μῦθος [14] λαβὼν ἐντεῦθεν Πρόκνην μὲν ἀηδόνα ποιεῖ, Φιλομήλαν δὲ χελιδόνα· καὶ ᾄδουσι διὰ παντὸς τὰς τότε συμφοράς. Ἀλλὰ καὶ ὁ Τηρεὺς εἰς ἔποπα [15] ἔπτη τῷ μύθῳ. Καὶ οὐδ' ἐν ὄρνισιν αὐτοὺς [16] φασι πεπαῦσθαι τῆς ὀργῆς, ἀλλ' ἔποπες ἀεὶ ἀηδόνας καὶ χελιδόνας [17] διώκουσιν.

Ἡ λβ' τὰ περὶ Εὐρώπης τῆς Φοίνικος θυγατρὸς ἀφανοῦς γεγενημένης, καὶ ὡς πέμψειε τοὺς υἱεῖς ὁ πατὴρ κατὰ ζήτησιν τῆς ἀδελφῆς, ὧν ἦν καὶ Κάδμος, μεθ' οὗ συναπαίρει καὶ Πρωτεὺς ἐξ Αἰγύπτου, τὴν Βουσίριδος δεδιὼς βασιλείαν. Καὶ ὡς μετὰ πολλὴν πλάνην μηδὲν εὑρόντες κατέσχον εἰς Παλλήνην, καὶ ὡς Πρωτεὺς ξένια δοὺς Κλίτῳ καὶ λαβὼν φιλίαν (βασιλεὺς δ' ἦν ὁ Κλίτος σώφρων καὶ δίκαιος Σιθώνων Θρᾳκίου ἔθνους) ἄγεται Πρωτεὺς γυναῖκα τὴν θυγατέρα Χρυσονόην. [441 R.] Καὶ Βισαλτῶν [227 H.] ἀπελαθέντων τῆς οἰκείας γῆς τῷ πρὸς αὐτοὺς πολέμῳ, ὃν ἐπολέμησε Κλίτος καὶ Πρωτεὺς, βασιλεύει τῆς χώρας Πρωτεὺς, καὶ τίκτει παῖδας οὐχ ὁμοίους

VARIÆ LECTIONES.

ἡλίου A : τοῦ ἡλίου ς. αὐτῶν (vel αὐτοῦ) ἑξήκ. λ. διεσπ. ἀμελ. A : ἀμελ. τούτου αὐτῶν ἑξήκ. λ. διεσπ. ς. [9] ὧν] ἦν corr. A. [10] αὐτὸς] ultimæ litteræ correctæ in A. ἐπιφ. δ' A : δ' ἐπιφ. ς. [11] Ἀῶος Kannius. [12] εἰς τὸ Ἰόνιον ἐκβ. πέλ. A : καὶ οὗτος ἐκβ. εἰς τὸ Ἰώνιον πέλ. ς. [13] τέμνει ς. [14] δὲ ὡς μῦθος ς. [15] εἰς ἔποπα] vid. Wyttenbach. Eunap. 2, p. 186. [16] αὐτὰς ς. [17] χελιδόνας καὶ ἀηδόνας ς.

NOTÆ.

(22) Evenium nominat Herodot. *Calliope*, sub fin. ubi integra hæc narratio legitur.

(23) De quo Strabo, lib. VII *in Illyride*.

(24) Abus. Strab. et Liv.

(25) Pausan. in *Atticis*, et mythologi omnes. Vide quoque Ælian. *Variar. hist.* lib. XII, cap. 20.

(26) Cum hoc sentit Aristoph. in *Avibus* ; Apollod. lib. XXXI *Biblioth.* et alii plures.

(27) Vide *Nat. Comit.* et cæteros mythologos.

(28) Apollodorus lib. III *Biblioth.* init. Agenoris fuisse mavult : ubi et alia quædam aliter quam hic narrata legas.

Digitized by Google

αὐτῳ, ἀλλ' ὠμοὺς καὶ παρανόμους, οὓς Ἡρακλῆς μισοπόνηρος ὢν ἀναιρεῖ. Καὶ αὐτοῖς μὲν [18] ὁ πατὴρ χῶμα ἔχωσεν, Ἡρακλέα δὲ (ἦν γὰρ ἐναγὴς) καθῆρε τοῦ φόνου.

Ἡ λγ' ὡς Δήμοκλος ὁ Δελφὸς γεννᾷ παῖδα ἐκπρεπῆ Σμῖκρον [19] ὄνομα· καὶ ὡς πλεῖ κατὰ χρησμὸν ἐπὶ Μιλήτου, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ καὶ τὸν παῖδα ἐν ἡλικίᾳ· καὶ ὡς καταλιμπάνει τοῦτον σπουδῇ τοῦ ἐκπλεῦσαι καὶ ἀγνοίᾳ, τρισκαιδέκατον ἔχοντα ἔτος· καὶ ὡς παῖς Ἐριθάρσου αἰπόλος καταλαμβάνει τὸν Σμῖκρον ἀθυμοῦντα, καὶ ἄγει πρὸς τὸν πατέρα· καὶ ὁ Ἐριθάρσης οὐκ ἔλαττον τοῦ ἰδίου παιδὸς, μαθὼν τὰς τύχας καὶ τὸ [20] γένος τοῦ Σμίκρου, τοῦτον περιεῖπε. Καὶ περὶ τοῦ Κύκνου τοῦ συλληφθέντος ἅμφω τοῖς παισὶ, καὶ τῆς ἔριδος, καὶ τοῦ τῆς Λευκοθέας φάσματος, ὡς [21] εἶποι τε τοῖς παισὶ πρὸς Μιλησίους φάναι τιμᾶν αὐτὴν καὶ παίδων ἀγῶνα γυμνικὸν τελεῖν αὐτῇ· ἡσθῆναι γὰρ αὐτὴν τῇ ἔριδι τῶν παίδων. Καὶ ὡς ὁ Σμῖκρός τινος τῶν ἐν Μιλησίοις ἐνδόξων θυγατέρα γαμεῖ, καὶ αὕτη τίκτουσα ὁρᾷ ὄψιν τὸν ἥλιον αὐτῇ [22] διὰ τοῦ στόματος εἰσδύντα διὰ τῆς γαστρὸς [23] καὶ τῶν αἰδοίων διεξελθεῖν· καὶ ἦν τὸ ὅραμα τοῖς μάντεσιν ἀγαθόν. Καὶ ἔτεκε κόρον, Βράγχον ἀπὸ τοῦ ὀνείρου καλέσασα, ὅτι ὁ ἥλιος αὐτῆς διὰ τοῦ βράγχου διεξῆλθε [24]. Καὶ ἦν ὁ παῖς κάλλιστος ἀνθρώπων, καὶ αὐτὸν ἐφίλησεν ἐρασθεὶς Ἀπόλλων, εὑρὼν ποιμαίνοντα, ἔνθα βωμὸς Ἀπόλλωνος φιλίου ἵδρυται. Ὁ δὲ Βράγχος ἐξ Ἀπόλλωνος ἐπίπνους μαντικῆς γεγονὼς ἐν Διδύμοις τῷ χωρίῳ ἔχρα. Καὶ μέχρι [25] νῦν χρηστηρίων Ἑλληνικῶν ὧν ἴσμεν, μετὰ Δελφοὺς κράτιστον ὁμολογεῖται τὸ τῶν Βραγχιδῶν.

Ἡ λδ' ὡς μετὰ τελευτὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ Πάριδος οἱ Πριάμου παῖδες Ἕλενος καὶ Δηΐφοβος ἤριζον ὑπὲρ τῶν Ἑλένης γάμων, καὶ κρατεῖ βίᾳ καὶ θεραπείᾳ τῶν δυνατῶν Δηΐφοβος, νεώτερος ὢν Ἑλένου. Ἕλενος δὲ, τὴν ὕβριν οὐ φέρων, εἰς τὴν Ἴδην ἀποχωρήσας ἡσύχαζε. Καὶ κατὰ συμβουλὰς [26] Κάλχαντος οἱ πολιορκοῦντες Τροίαν Ἕλληνες λόχῳ τὸν Ἕλενον συλλαμβάνουσι· καὶ τὰ μὲν ἀπειλαῖς τὰ δὲ δώροις, πλέον δὲ τῇ πρὸς Τρῶας ὀργῇ, ἀποκαλύπτει αὐτοῖς Ἕλενος ὡς ξυλίνῳ ἵππῳ πεπρωμένον ἐστὶν Ἴλιον ἁλῶναι, καὶ τὸ τελευταῖον, ἐπειδὰν Ἀχαιοὶ λάθωσι τὸ δωπετὲς Ἀθηνᾶς Παλλάδιον, πολλῶν ὄντων τὸ σμικρότατον. Στέλλονται οὖν ἐπὶ τῇ κλοπῇ τοῦ Παλλαδίου Διομήδης καὶ Ὀδυσσεὺς, καὶ ἀναβαίνει ἐπὶ τὸ τεῖχος [27] Διομήδης, ἐπιβὰς τῶν ὤμων Ὀδυσσέως· ὁ δὲ οὐκ ἀνελκύσας Ὀδυσσέα, καίτοι τὰς χεῖρας ὀρέγοντα, ᾔει τὴν ἐπὶ τὸ Παλλάδιον, καὶ ἀφελόμενος αὐτὸ πρὸς Ὀδυσσέα ἔχων ὑπέστρεφε. Καὶ διὰ τοῦ πεδίου κατιόντων πυνθανομένῳ [228 H.] ἕκαστα τῷ Ὀδυσσεῖ Διομήδης, τὸ δόλιον τάνδρὸς [28] εἰδὼς, οὐχ

A crudeles admodum atque injustos, qui post ab Hercule, quod improbos valde odisset, occisi sunt. Et parens ipse tumulum suis effodit, Herculemque cæde pollutum expiavit.

Tricesima tertia : Democlus Delphus filium genuit insigni forma, cui *Smicro* (29) nomen, navigavitque Miletum ad consulendum oraculum, ducto secum filio annorum tredecim : quem, nimis festinato navigandi studio, atque imprudens, ibi reliquit. Inventum itaque tristem Smicrum, caprarius quidam, Eritharsi filius, ad patrem adducit : qui non secus atque suum filium, cognita pueri et conditione et stirpe, honeste eum apud se habuit. Narrat et de Cycno cum duobus filiis capto, deque contentione, ac de Leucotheæ spectro. Quomodo hæc pueris dixerit,
B Milesios ut admonerent, ipsam honorandam, et puerorum certamen gymnicum ipsi exhibendum : lætari enim se puerorum contentione. Addit etiam, ut Smicrus, clari cujusdam apud Milesios viri filiam uxorem duxerit, quæ pariens secundum quietem videre visa sit, solem per os ipsam subire, et per ventrem atque verenda egredi. Quod visum bonum esse omen vates interpretati, peperit illa filium, Branchumque a somnio nominavit, eo quod per fauces ex ipsa sol egressus esset (30). Hic mortalium formosissimus puer, ab Apolline est adamatus, cum oves pascentem reperisset. Ubi et ara Apollinis amantis consecrata. Branchus vero, Apollinis dono vaticinandi arte donatus, Didymis oracula reddidit, hodieque, inter omnia
C quæ novimus, Græca oracula, Branchidarum oraculum (31) post Delphicum maximum prædicatur.

Tricesima quarta. Paride mortuo, Helenus et Deiphobus Priami filii super Helenæ nuptiis contenderunt, vicitque per vim et potentium opem Deiphobus, ætate licet minor. Helenus ergo, injuriæ impatiens, in Idam **137***a* secedens otium egit : ubi Calchantis suasu, qui Trojam obsidebant Græci ex insidiis eum capiunt : ille partim minis, partim donis, vel potius odio Trojæ, Græcis indicavit, ligneo equo Trojam capiendam, fato esse designatum. Imo et hoc denique, cum Achivi cepissent cœlo delapsum (32) illud Minervæ Palladium (33), quod inter multa erat minimum. Igitur missi ad Palladium furto auferendum, Diomedes et Ulysses : evaditque in murum per Ulys-
D sis humeros conscendens Diomedes, neque tamen manus tendentem socium attraxit, sed ad Palladium abiit, eoque ablato, ad Ulyssem revertit. Ita cum per plana redirent, interroganti singulatim omnia Ulyssi, hominis astutiam non ignorans, respondit, non quod Helenus Palladium indicasset se accepisse, sed pro eo aliud quoddam. Verum moto forte fortuna

VARIÆ LECTIONES.

[18] μὲν alii. A. [19] Σμικρός ς. [20] τὸ om. A. [21] ὡς;] καὶ ὡς ς. εἶποι A : εἴ τοι ς. [22] αὐτῇ τὸν ἥλιον ς. [23] γαστρὸς δὲ καί ς. [24] ἐξῆλθε ς. [25] μέχρι τοῦ νῦν ς. [26] συμβουλὴν ς. [27] ἐπὶ τὸ τεῖχος] τοῦ τείχους A. [28] τοῦ ἀνδρός ς.

NOTÆ.

(29) Simerum vocat Lactantius ad vers. 198, lib. VIII *Thebaid.* Stat. Papin. Ubi plura ex Varrone.

(30) Εἰσῆλθε potius legendum videtur.

(31) De quo Strabo et Pausan. non semel.

(32) Διοπετές. De qua voce lege Suidam.

(33) Vide Suid. et interpr. Virg. Apollod. item lib. III *Biblioth.*, ac Dictyn Cretens. lib. V init.

Digitized by Google

Palladio, agnovit Ulysses illud ipsum esse. Quare a tergo se statuens Diomedis, interfecturus illum, gladium strinxit, quo ipsemet Achivis Palladium afferret. At dum plagam inflicturus esset, vidit Diomedes, splendente tum forte luna, ensis vibrati lucem. Ita Ulysses a cæde abstinuit, stringente vicissim gladium Diomede, qui et timiditatem illi exprobrans, et gladii lamina, quod antecedere nollet, humeros verberans, eumdem ante se egit. Unde proverbium (33*) natum : *Diomedeia necessitas*, adhiberi solitum in eo, qui aliquid faciat invitus.

A ὅπερ ἔφησεν Ἕλενος Παλλάδιον λαβεῖν αὐτὸν, ἀλλ' ἀντ' ἐκείνου ἕτερον, ἀποκρίνεται. Κινηθέντος δὲ τοῦ Παλλαδίου κατά τινα δαίμονα, γνοὺς Ὀδυσσεὺς αὐτὸ ἐκεῖνο εἶναι καὶ κατόπιν γεγονὼς σπᾶται τὸ ξίφος, ἐκεῖνον μὲν ἀνελεῖν βουληθείς, [444 R.] αὐτὸς δ' Ἀχαιοῖς τὸ Παλλάδιον κομίζειν. Καὶ αὐτοῦ μέλλοντος πληγὴν ἐμβαλεῖν (ἦν γὰρ σελήνη), ὁρᾷ Διομήδης τὴν αὐγὴν τοῦ ξίφους. Ὀδυσσεὺς δ' ἀναιρεῖν μὲν ἀπέσχετο ἀντισπασαμένου κἀκείνου ξίφος, δειλίαν δ' ὀνειδίσας πλατεῖ τῷ ξίφει οὐκ ἐθέλοντα προϊέναι τύπτων τὰ νῶτα ἤλαυνεν. Ἐξ οὗ ἡ παροιμία « ἡ Διομήδειος [39] ἀνάγκη, » ἐπὶ παντὸς ἀκουσίου λεγομένη.

Tricesima quinta duos inducit pastores ad Lyssum Ephesini agri montem pascentes : qui apum examen in profundo quodam atque ad descendendum perdifficili antro cum vidissent, alter sportulam ad descendendum ingressus est, alter eam e fune suspensam demittebat. Cum autem qui descenderat, mellis atque auri ingentem copiam reperisset, impositum sportulæ onus tertio attrahere sursum jussit. Auro dein deficiente, seipsum deinceps sportam ingredi acclamavit. At postquam insidiarum ipsi suspicio cum verbo illo in mentem venit, lapidem pro se sportæ imposuit, jussitque attrahere. Alter itaque, ut jam pæne ad oram usque speluncæ onus attraxit, ratus se socium occidere, confestim per præcipitium quoddam sportam præcipitavit, auroque humi defosso, verisimiles de pastore qui desiderabatur, causas interrogantibus commentus est. Hinc cum alter ille in spelunca **137***b* pastor nullam salutis viam reperiret, Apollo in somnis jussit, ut acuto lapide sibi corpore lacerato, quietus jaceret. Paruit ille monenti, et vultures tanquam ad cadaver advolantes, unguesque alii comæ, alii vestibus infigentes, in sublime hominem sustulerunt, avexeruntque illæsum in subjectam vallem. Inde profectus in curiam, cuncta magistratui exposuit. Quare Ephesii insidiatorem illum convictum, aurumque defossum vel invitum ostendere coactum [pro meritis] multarunt : injuria vero affecto auri dimidium attribuentes, alterum dimidium Apollini ac Dianæ obtulerunt. Servatus ergo pastor ille, auroque donatus, ad summas pervenit divitias, et aram in summo montis vertice Apollini, Vulturii nomine, in rei gestæ memoriam sempiternam, dedicavit.

B Ἡ λε' δύο ποιμένας ὑπὸ Λυσσὸν τὸ ὄρος τῆς Ἐφεσίας γῆς εἰσάγει νέμοντας, οἳ μελισσῶν ἐσμὸν ἔν τινι βαθεῖ καὶ δυσκαθόδῳ θεασάμενοι σπηλαίῳ, ὁ μὲν [30] εἰς φορμίδα κατιέναι ἐνέδη, ὁ δὲ καθίει κάλῳ ἀρτησάμενος, Ὁ κατελθὼν δὲ καὶ τὸ [31] μέλι καὶ χρυσὸν πολὺν εὑρὼν καὶ τῇ φορμίδι ἕως τρὶς ἐμβαλὼν [32] ἀνιμᾶν ἐκέλευσεν, ἐπιλείψαντος δὲ [33] τοῦ χρυσοῦ ἑαυτὸν ἐμβαίνειν λοιπὸν προσδοήσας, ἐπεὶ ἐπιβουλῆς ἔννοια αὐτῷ ἅμα τῷ ῥήματι συνεισῆλθε, λίθον ἀνθ' αὑτοῦ τῇ φορμίδι βαλὼν ἐκέλευσεν [34] ἀνιμᾶν. Ὡς δ' ἐγγὺς τῆς στεφάνης ὁ ἀνιμῶν ἀπῃωρήσατο, αὐτίκα ὡς διαφθερῶν [35] τὸν ἕτερον [36] ἀφῆσι κατά τινος φάραγγος, καὶ τὸ χρυσίον κατορύξας πιθανὰς ὑπὲρ τοῦ ἀφανοῦς ποιμένος ἐπλάττετο τοῖς πυνθανομένοις τὰς προφάσεις. Ὡς δ' ἦν ἄπορα πανταχόθεν τῷ ἐν τῷ σπηλαίῳ ποιμένι τὰ τῆς σωτηρίας, Ἀπόλλων ὄναρ κελεύει ὀξεῖ λίθῳ τὸ σῶμα ἀμύξαντα κεῖσθαι ἠρέμα. Τοῦ δὲ πράξαντος τὸ προσταχθὲν γῦπες ὡς ἐπὶ νεκρὸν ἐφιπτάμενοι, καὶ τοὺς ὄνυχας οἱ μὲν εἰς τὴν χαίτην, οἱ δ' εἰς τὴν ἐσθῆτα πηξάμενοι, ἐκούφιζον καὶ κατέφερον αὐτὸν κακῶν ἀπαθῆ ἐπὶ τὸν ὑποκείμενον αὐλῶνα. Ἐλθὼν δ' ἐπὶ τὸ ἀρχεῖον ἅπαντα φράζει. Καὶ τὸν μὲν ἐπιβουλεύσαντα οἱ Ἐφέσιοι, ἐλεγχθέντα καὶ τὸν χρυσὸν κατορωρυγμένον καὶ ἄκοντα ἐπιδείξαντα, τιμωροῦνται, τῷ δ' ἠδικημένῳ τὴν ἡμίσειαν τοῦ χρυσοῦ νείμαντες, τὴν ἑτέραν ἡμίσειαν ἱερὰν ἀπέφηναν Ἀρτέμιδι καὶ Ἀπόλλωνι. Ὁ δὲ διασωθεὶς καὶ τῷ χρυσίῳ τιμηθεὶς ποιμὴν τῶν τε πάνυ πλουσίων ἐγένετο καὶ βωμὸν ἐπ' ἄκρας τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους Ἀπόλλωνος εἵσατο [37], Γυπαιέως εἰς μνημεῖον τῶν συνενεχθέντων ὀνομάσας.

C

D

Tricesima sexta. Philonomus Lacedæmonius (34), Sparta Doriensibus prodita, Amyclas mercedis loco accepit, in eamque ex Imbro atque Lemno incolas coegit. Qui cum tertia dein ætate seditionem adversus Dorienses excitassent, Amyclis pulsi sunt. Assumptis itaque secum e Spartiatis quibusdam, ducibusque usi Polide et Delpho, in Cretam adna-

Ἡ λς' ὡς Φιλόνομος ὁ Σπαρτιάτης [38] προδοὺς Λακεδαίμονα Δωριεῦσι δῶρον ἔχει Ἀμύκλας, καὶ συνοικίζει ταύτην ἐξ Ἴμβρου καὶ Λήμνου. Τρίτῃ δὲ γενεᾷ στασιάσαντες πρὸς Δωριέας μετανίστανται [229 H.] Ἀμυκλῶν, συμπαραλαβόντες δὲ καί τινας Σπαρτιατῶν, ἡγουμένων αὐτοῖς Πόλιδος καὶ Δελφοῦ, ἔπλεον ἐπὶ τῆς Κρήτης. Ἐν τῷ παράπλῳ δὲ τοῦδε [39]

VARIÆ LECTIONES.

[30] ἡ Διομ.] cf. Schol. Platon. p. m. 408. [30] ὁ μὲν] ὅμως ὁ μέν A. [31] καὶ τὸ add. A. [32] ἐμβάλλων A. [33] δέ A : καὶ ς. [34] ἐκέλευεν A. [35] διαφθείρων ς. [36] ἑταῖρον corr. A. τινος] τῆς Kannius. [37] εἵσατο] ἐδωμήσατο corr. A. [38] cf. Müller. Orchom. p. 316. [39] τοῦδε add. A.

NOTÆ.

(33*) Quod ipsum alia etiam ratione affert Suidas.

(34) Meminit Strabo lib. VIII., initio *Laconicæ*.

Digitized by Google

τοῦ στόλου Μῆλον Ἀπόδασμος οἰκίζει, καὶ τὸ τῶν Μηλιέων [40] γένος ἐνθένδε οἰκειοῦται Σπαρτιάτας [41]. Οἱ δὲ λοιποὶ ἅπαντες Γόρτυναν μηδενὸς εἴργοντος λαβόντες, ταύτην ἅμα τῶν περιοίκων [42] Κρητῶν συνοικίζουσιν.

Ἥλῳ δὲ ὡς ἀπὸ Θάσου τοῦ Κάδμου ἀδελφοῦ Θάσος ἡ νῆσος ὠνομάσθη· ἐκεῖ γὰρ αὐτὸν ὁ ἀδελφὸς, δοὺς τοῦ στρατοῦ μοῖραν, ἀπολείπει. Καὶ ὡς Κάδμος ὑπὸ τοῦ Φοινίκων βασιλέως, μέγα καὶ αὐτὸς δυνάμενος παρὰ Φοίνιξιν, ἐπὶ τὴν Εὐρώπην σταλείη. Οἱ δὲ Φοίνικες τότε [445 R.] μέγα τε (ὡς λόγος) ἴσχυον, καὶ πολλὴν τῆς Ἀσίας καταστρεψάμενοι τὸ βασίλειον ἐν Θήβαις ταῖς Αἰγυπτίαις εἶχον. Σταλῆναι δὲ Κάδμον οὐχ ὡς Ἕλληνές φασι, κατὰ ζήτησιν Εὐρώπης, ἣν παῖδα Φοίνικος οὖσαν ἥρπασε Ζεὺς ἐν σχήματι ταύρου, ἀλλ' ἀρχὴν μὲν ἰδίαν ἐν Εὐρώπῃ μηχανώμενον [43] κλάττεσθαι ἀδελφῆς ἡρπασμένης ποιεῖσθαι ζήτησιν, ἐξ οὗ καὶ ὁ τῆς Εὐρώπης μῦθος ἦκεν εἰς Ἕλληνας. Περιπλέων δὲ τὴν Εὐρώπην τὸν μὲν ἀδελφὸν Θάσον, ὡς εἴρηται, τῇ νήσῳ λείπει, αὐτὸς δ' εἰς Βοιωτίαν πλεύσας ἄνεισι πρὸς [44] τὰς νῦν καλουμένας Θήβας, καὶ σὺν τῇ δυνάμει περιτειχίσας τὸ χωρίον Θήβας ἀπὸ τῆς οἰκείας ἐπωνόμασε πατρίδος. Τῶν δὲ Βοιωτῶν εἰς μάχην αὐτοῖς συμπλακέντων ἡττῶνται Φοίνικες, εἶτα κρατοῦσιν ἐνέδραις καὶ προλοχισμοῖς καὶ τῇ ἀήθει τῶν ὅπλων ὄψει· κράνος γὰρ [45] καὶ ἀσπὶς οὔπω τοῖς Ἕλλησιν ἔγνωστο. Καὶ κρατεῖ Κάδμος τῆς Βοιωτῶν γῆς, καὶ φυγόντων τῶν διασωθέντων ἐπὶ τὰς οἰκείας πόλεις οἰκίζει Φοίνικας ἐν Θήβαις, καὶ τὴν Ἄρεως [46] καὶ Ἀφροδίτης Ἁρμονίαν γαμεῖ. Βοιωτοῖς δὲ πρὸς τὴν ἔκπληξιν τῶν ὅπλων καὶ τῶν προλοχισμῶν καὶ τῆς ἐνέδρας δόξα παρέστη αὐτοῖς ὁπλίοις ἀνεῖναι τῆς γῆς [47] τοὺς ἄνδρας, καὶ Σπαρτοὺς ὡς ἐκ τοῦ χωρίου φύντας αὐτοὺς ἐκάλεσαν. Περὶ μὲν [48] Κάδμου καὶ Θηβῶν οἰκίσεως [49] οὗτος ὁ ἀληθὴς λόγος, τὸ δ' ἄλλο μῦθος καὶ γοητεία ἀκοῆς.

Ἥλῃ δὲ ὡς Μιλήσιός τις ἀνὴρ, τῆς πατρίδος αὐτῷ ὑπὸ Ἁρπάγου τοῦ Κύρου ἐν κινδύνῳ οὔσης, εἰς τὸ ἐν Σικελίᾳ Ταυρομένιον ἀπαίρει [50], κἀκεῖ φίλῳ τινὶ τραπεζίτῃ παραθέμενος τὸ χρυσίον οἴκαδ' ἔπλει. Εἶτα δεδούλωτο μὲν Μίλητος Κύρῳ, δεινὸν δ' οὐδὲν ἄλλο ὧν ὑφεωρᾶτο [51] ἐπεπόνθει· καὶ ὁ Μιλήσιος ἦκεν εἰς Ταυρομένιον ἀνακομισόμενος [52] τὴν παραχαταθήκην. Ὁ δὲ λαβὼν ὁμολογεῖ μὲν λαβεῖν, διετείνετο δ' ἀποδεδωκέναι. Ὡς δὲ μετὰ πολλὴν ἔριν καὶ λογομαχίαν ὁ Μιλήσιος εἰς ὅρκον τὸν ἀδικοῦντα [230 H.] προὐκαλεῖτο, ὁ τραπεζίτης μηχανᾶται τοιόνδε· Νάρθηκα κοιλάνας καθάπερ αὐλὸν καὶ συντήξας τὴν παραθήκην [53] τῷ νάρθηκι ἐγχεῖ καὶ ἀσφαλίζεται·

vigarunt. Sed dum classis præternavigat, Apodasmus Melum (35), habitatoribus instruit, indeque Pelieorum genus Spartanos sibi conciliat. Cæteri omnes, Gortynam, repugnante nemine, occupantes, una cum Cretensium accolis eam incoluerunt.

Tricesima septima. A Thaso (36) Cadmi fratre Thasum insulam appellatam refert. Ibi enim illum frater, data exercitus parte, reliquit. Cadmus (37) hic a Phœnicum rege, magnæ alioquin et ipse apud Phœnicas auctoritatis, in Europam missus est. Quippe Phœnices eo tempore viribus plurimum ac potentia, ut ferunt, valebant, magnaque Asiæ parte in potestatem redacta, regiam sedem Thebis Ægyptiis constituerunt. Missus ergo Cadmus, non (ut Græci fabulantur) Europam quæsiturus, quam Phœnicis filiam, tauri mentitus formam Jupiter rapuisset, sed proprium sibi in Europa imperium constituere molitus, raptæ sororis investigationem prætexuit. Atque hinc illa de Europa fabula ad Græcos prodiit. Europam igitur circumnavigans ille, Thasum fratrem, ut diximus, in ea insula reliquit, ipse in Bœotiam tendens, **138**a Thebas illas, quæ nunc appellantur, ædificavit, muroque comitum opera cinctum locum a patriis ita Thebis appellavit. Bœotis autem pugna concurrentibus, victi primum Phœnices, per insidias mox, ac stratagemata, et inusitatum armorum aspectum, superiores evaserunt: neque enim galea et scutum fuerunt unquam Græcis ad eam diem cognita. Ita Cadmus, Bœotorum potitus regione, fugientibus qui cladi supererant in suas quisque urbes, Thebis Phœnicas, qui incolerent, collocat, ipse Harmoniam Martis ac Veneris filiam uxorem ducit. Bœotorum interim animis, ob armorum illum atque insidiarum metum, hæc opinio insedit, cum armis ipsis viros illos e terra exstitisse, ut inde etiam Spartas (38), velut ex eo ipso loco satos, nominarint. Igitur de Cadmo Thebarumque inhabitatione vera hæc narratio est: altera illa, fabula auriumque præstigia.

Tricesima octava: Milesius quidam, periclitante sub Harpago Cyri filio patria, Tauromenium, Siciliæ urbem adnavigavit, ibidemque apud notum quemdam trapezitam auro deposito, domum rediit. Cyrus post hæc Miletum in potestatem redegit, nihilque in eam gravius, ut metuerant constituit. Rediit itaque Milesius Tauromenium, ut depositum illud suum reciperet. Ibi mensarius quidem depositum accepisse non abnegabat, sed reddidisse contendebat. Ut vero Milesius, post multas tandem rixas atque contentiones, ad jusjurandum hominem adegit, trapezita tale quid machinatus est: Ferulam tibiæ instar excavans, in eaque depositum lique-

VARIÆ LECTIONES.

[40] Πηλιέων ς. ἐνθένδε Heynius: libri ἐνθάδε. [41] Σπαρτιᾶται ς. [42] τοῖς περιοίκοις Κρησί ς. [43] μηχανούμενον ς. [44] πρός A: καί ς. [45] γὰρ A: δέ ς. τοῖς Ἕλλησιν A: αὐτοῖς ς. cf. Müller. Orchom. p. 217. [46] Ἄρεος ς. [47] τὴν γῆν Heynius, recte, nisi legendum ἀνιέναι, i. e. prodire. [48] μὲν οὖν K. ς. [49] οἰκήσεως A. [50] ἀπῆει ς. [51] ὑφωρᾶτο ς. [52] ἀνακομισάμενος ς. [53] παρακαταθήκην ς. τῷ] τῇ A.

NOTÆ.

(35) Cycladum una Steph. cum ejusdem nominis urbe.

(36) Apollod. Thasum Neptuni filium facit, lib. III init. Stephan. *Thassus* geminato sibilo profert.

(37) De Cadmo Pausan. legendus in *Bœotic.*

(38) Pausan. init. *Bœotic.* et alibi.

Digitized by Google

factum infundens, probe obturat. Accedens igitur ad jurandum, ferensque pro scipione ferulam, quasi pedibus æger ea fulciebatur. Antequam tamen juraret, Milesio sibi astanti, veluti mox repetiturus arundinem tradidit. Ita dum manibus sublatis dejerat, se depositum eidem, a quo accepisset, reddidisse, Milesius indignans arundinem projecit, simul etiam hominum fidem defecisse clamans. Tum fracta arundine oculis etiam patuit compositum illud auri causa perjurium. Milesius itaque aurum sibi suum vindicavit : trapezita vero præ verecundia, et quod improbus coram omnibus deprehenderetur, laqueo vitam sibi abrupit.

Tricesima nona. Melanthus ex genere fuit Elidarum, **138***b* qui Pylo et Messanæ jam inde a Neptuno imperarunt. Hunc cum Heraclidæ expulissent, armis regione potiti sunt. Ille Athenas versus ex oraculo discessit, civitateque donatus, claruit ibi in paucis. Accidit autem ut Athenienses cum Bœotis super Œnoe (39) bellum gererent, placuitque singulari regum certamine litem dirimi. Ibi Thymœtes (40), qui tum Athenis regnabat, duellum formidans, regno etiam cessit ei, quicunque cum Xantho Bœotorum rege dimicare vellet. Melanthus itaque regni præmio invitatus, pugnandi conditionem accipit, et pacta conficiuntur. Ubi ad manus ventum est, vidit Melanthus visum quoddam imberbis viri specie Xanthum sequi. Ut vero injuste fieri ille exclamavit, quod contra pacta auxiliatorem adduxisset, Xanthus falso sermone turbatus, vertit se : atque ita illico Melanthus lancea trajectum transfodit. Sic uno certamine Œnoen Athenienses, sibi regnum acquisivit. Certe Erechthidarum genus ad Melanthidas, quo in numero et Codrus erat, ab hoc traductum est. Athenienses vero postea Baccho Melanthidæ (41) ex oracului fanum dedicarunt, et quotannis rem divinam fecerunt : Jovi insuper deceptori sacras litantes victimas, quod in pugna dolo fuissent usi.

Quadragesima historia (42) de Andromeda secus narrat, quam Græci fabulantur. Duos fratres fuisse refert, Cephea et Phinea : ac Cephei quidem regnum, Phœnices postea nomen induisse, cum ad eum diem Joppe (43) a maritima civitate appellatum fuisset, habuisseque imperii terminos a mari nostro ad eam usque Arabiam, quæ ad Erythræum mare pertinet. Fuisse item Cepheo insigni pulchri-

curate linguam componat. Sicubi vero in his obscuritas aliqua cernitur, ideo nimirum ab ea, quæ per verba fit [clara] explicatione recedit, quod hæc ejusmodi sint, ut per actionem ipsam potissimum percipi debeant, non quod difficulter eadem exprimi oratione possint. Quod non in hisce solum libris usu venit, sed et in aliis deinceps sequentibus. Quin neque in hoc duntaxat scriptore, verum etiam in omnibus ferme iis, qui de asceticis institutis, et de perturbationibus atque affectionibus, quæ per ipsa producuntur opera, docere aliquid studuerunt, ejusmodi obscuritatis vitium alicubi invenitur; quæ enim ex ipsis est operibus percepta cognitio, non usque adeo verbis explicari contenta est. Sed hæc hactenus. Quartus porro liber interrogantis atque respondentis forma compositus, docet salutiferum baptisma, cum liberationem expiationemque criminum mystice nobis contulisse, tum sancti Spiritus gratiam infudisse: **163**a et id genus alia. Quintus deinde mentis velut consultationem, cum sua ipsius anima ita inducit, ut nos ipsos auctores esse peccatorum, non vero in alios culpam conferendam, demonstret. Sextus autem dialogi forma conscriptus, quo causidicus quidam cum Marco ipso disserens inducitur tractantque hæc fere capita: Qui injuriam acceperit, ulcisci non debere, nec adeo illos damnare, qui injuriam fecerint, cum pœnarum sit potius de peccatis nostris reputanda exactio, quæ ab aliis nobis inferantur injuriæ. Difficile quoque esse hominibus placere. Precationem dehinc cuicunque corporali operi longo esse intervallo præponendam: et quæ sit denique carnis voluntas. Septimus liber [non per dialogum scriptus] de jejunio agit. Octavus tandem Nicolao cuidam monacho inscriptus, quibus potissimum ira ac furor animi sopiatur, vel etiam penitus tollatur, et quibus etiam carnis exstinguatur concupiscentia, edocet. Qui quidem octo libri, etsi plus minusve sint inter se diversi, omnes tamen ad operantem sapientiam quasi manu ducunt. Accessit et nonus liber, quo dum adversus Melchisedecitas (87) depugnat, nihilo interim minus in ipsum parentem suum, hæresis hujus labe contaminatum, vehementer invehitur: qui tamen utilitatem undique investigare desideret, ille ne in hoc quidem legendo operam ludet. Ordo vero istorum librorum non idem in omnibus est codicibus: alia enim quidam præponunt, alia subjiciunt, ut primis etiam aliqui extremum tribuant locum.

ΣΑ'.

Διαδόχου Φωτικῆς ἐν τῇ παλαιᾷ Ἠπείρῳ ἐπισκόπου ὅροι ι'· καὶ ἀσκητικὰ κεφάλαια ρ'. — Νείλου μοναχοῦ Λόγος ἐν κεφαλαίοις ρκγ'. — Καὶ Ἰωάννου τοῦ Καρπαθίου Παρακλητικός.

[524 R.] Ἀνεγνώσθη βιβλίον τοῖς ἑπομένοις μὲν

CCI.

Diadochi Photicæ veteris Epiri episc. Definitiones x. *et Capita* c. — *Nili monachi De oratione capita* CLIII. — *Joannis Carpathii Consolatorius.*

Legi libellum (88) in quo, post decem admodum

VARIÆ LECTIONES.

[69] γλῶσσαν ς. [70] ἀλλὰ καὶ μ. ς. [71] τῆς δ' ἐκ ς. [72] ἐχαρίσατο ἡμῖν ς. [73] ἐπιφερομένας ἡμῖν. [74] ἀμείβοντα ς. [75] κοιμίζεται μάλιστα ς. [76] τὰ ὀκτὼ τῶν λογίων post ὅμως ponit A. [77] μὲν et 2do. δὲ om. A. [78] post χώραν in A versus 5 vacui.

NOTÆ.

(87) De quibus ex veterum scriptis plura cardin. Baronius, tom. II, ad ann. Christi 196.

(88) Extat a nostro Franc. Turriano Latine versus, et typis Plantinianis olim excusus.

Digitized by Google

procœmii capita, centum sequuntur alia, quibus totus absolvitur. Illorum primum fidei est definitio: Conceptus [nimirum] mentis de Deo affectionis expers. Alterum dein definitio spei : Egressio mentis ad ea quæ sperantur. Tertium, patientiæ definitio : Mentis oculis [Deum] invisibilem, perinde ac si visibilis esset intuendo, ita indesinenter durare. Quartum, definitio affectionis minime avaræ. Tam esse animatum ad non habendum quam alius quispiam ad habendum. Quintum, definitio cognitionis: Seipsum nescire, extra se positum in Deo. Sextum, humilitatis definitio : Continua oblivio suorum recte factorum. Septimum, definitio vacuitatis iræ : vehemens desiderium non irascendi. Octavum, castimoniæ : Sensus semper Deo affixus. Nonum, **163**[b] charitatis : Amoris incrementum erga eos qui injuriam inferunt. Decimum, perfectæ immutationis: Mortis horrorem pro gaudio reputare in Dei oblectatione. Decem ergo hisce definitionibus centum illa capita subjecta sunt. Hic autem liber iis vel maxime commodus, qui se [ad perfectionem] exercent, imo et qui in ipsis actionibus perficientibus jam exercitati sunt; nihil interim paulo obscurius afferens; scientia enim per experientiam percepta, facile se verbis doceri patitur. Auctorem ejus inscriptio ipsa facit Diadochum, Photices illius quæ est in vetere Epiro, episcopum.

κεφαλαίοις ρ' ἀπαρτιζόμενον, τοῖς ὡς [79] ἐν προοιμίῳ δὲ τὸν δέκα οὐχ ὑπερβαίνουσιν, ὧν πρῶτόν ἐστιν ὡς πρῶτος ὅρος τῆς πίστεως ἔννοια περὶ Θεοῦ ἀπαθὴς, β' ὡς δεύτερος ὅρος τῆς ἐλπίδος ἐκδημία τοῦ νοῦ πρὸς τὰ ἐλπιζόμενα, γ' ὅρος τῆς ὑπομονῆς, τὸν ἀόρατον ὡς ὁρατὸν ὁρῶντα τοῖς τῆς διανοίας ὀφθαλμοῖς ἀδιαλείπτως καρτερεῖν, δ' ὅρος τῆς ἀφιλαργυρίας, οὕτως ἔχειν τὸ μὴ ἔχειν ὡς θέλει τις τὸ ἔχειν, ε' ὅρος τῆς ἐπιγνώσεως, ἀγνοεῖν ἑαυτὸν ἐν τῷ ἐκστῆναι [270 H.] Θεῷ, ς' ὅρος τῆς ταπεινοφροσύνης, λήθη τῶν κατωρθωμένων προσεχὴς, ζ' ὅρος τῆς ἀοργησίας, ἐπιθυμία πολλὴ τοῦ μὴ ὀργίζεσθαι, η' ὅρος τῆς ἁγνείας, αἴσθησις ἀεὶ κεκολλημένη τῷ Θεῷ, θ' ὅρος τῆς ἀγάπης, αὔξησις φιλίας πρὸς τοὺς ὑβρίζοντας, ι' ὅρος τῆς τελείας ἀλλοιώσεως, ἐν τρυφῇ Θεοῦ χαρὰν ἡγεῖσθαι τὸ στυγνὸν τοῦ θανάτου. Τούτοις οὖν τοῖς δέκα τὰ ἑκατὸν ὑποτέτακται. Καὶ ἔστιν οὗτος ὁ λόγος εἰς τὸ ἄριστον τοῖς ἀσκουμένοις συγκείμενος, καὶ τοῖς ἐν αὐταῖς ἐγγεγυμνασμένοις ταῖς τελειοποιοῖς πράξεσιν οὐδ' ἀσαφές τι ἐμπαρεχόμενος· ἡ γὰρ διὰ πείρας γνῶσις εὐχερῶς τῆς [80] διὰ λόγων ἐπιβατεύει διδασκαλίας. Πατέρα δὲ τοῦ λόγου Διάδοχον ἡ ἐπιγραφὴ λέγει, Φωτικῆς τῆς ἐν τῇ Ἀλαιᾷ Ἠπείρῳ ἐπίσκοπον.

In eodem volumine lectus item est Nili monachi liber in centum (89) et quinquaginta tria capita divisus: quibus precandi formam vir ille divinus exposuit. Feruntur ejusdem et alia plurima lectu digna diversi argumenti opuscula (90), partim epistolæ, partim historiæ forma conscripta, quæ non operum tantum perfectionem insignem, sed in dicendo quoque facultatem ejus testantur. Verum etsi diffusus æque Diadochus non est, quæ tamen ab ipso conscripta sunt centum capita, nullam partem inferiore gradu collocantur, quam quæ modo retuli. Nam et dictio ita composita est, ut reprehendi nequeat, et sensus ex actionibus natam sapientiam præfert. Cæterum Marci librum cum utraque [quam dixi] forma præcedat, alicubi insuper sententiis antecellit. Dederit vero et ille ad finem cujusque capitis ansam iis qui incorrupte pronuntiant, quod sive accessione alicujus adulteratus, sive alias hallucinatione aliqua abreptus ista dixerit. Vellem enim, ne vere confirmare possem, opinionem saltem ejus damnatam fuisse.

Ἐν ταυτῷ δὲ τεύχει καὶ Νείλου μοναχοῦ λόγον [81] ἀνέγνων, τριὶ καὶ ν' καὶ ρ' κεφαλαίοις διαιρούμενον [82]. Τὸν τῆς προσευχῆς δὲ ἐν τούτοις ὁ θεῖος ἀνὴρ ἀναπτύσσει τύπον. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα αὐτοῦ ἀξιόλογα, ποικίλας ὑποθέσεις ὑποβαλλόμενα, εἴς τε τὸν ἐπιστολιμαῖον τρόπον καὶ εἰς τὸν [83] συγγραφικὸν ἀνηγμένα συντάγματα φέρεται, τήν τε κατὰ τὰ ἔργα τελειότητα καὶ τὴν ἐν λόγοις μαρτυρόμενα δύναμιν. Πλὴν εἰ καὶ μὴ πολύχους ὁμοίως ὁ Διάδοχος, ἀλλὰ τά γε ἀναγεγραμμένα αὐτῷ ἑκατὸν κεφάλαια οὐκ εἰς ἐλάττονα βαθμὸν ἐν οὐδετέρῳ μέρει τῶν εἰρημένων τίθησιν· ὅ τε γὰρ λόγος αὐτῷ εἰς τὸ ἀμώμητον σύγκειται, καὶ ὁ νοῦς τὴν ἀπὸ τῶν πράξεων σοφίαν προβάλλεται. Τοῦ μέντοι Μάρκου δι' ἑκατέρας προέχων ἰδέας, καὶ ἐνιαχοῦ ταῖς γνώμαις ἀντιφέρεται. Δοίη δ' ἄν καὶ αὐτὸς λαβὴν τοῖς ἀδεκάστως ἀκριβολογουμένοις κατὰ τὸ τέλος τοῦ ἑκατοστοῦ [84] κεφαλαίου, εἴτε παρενθήκη τινὸς νοθευόμενος, εἴτε ἄλλως τινὶ συναρπασθεὶς παροράματι [85]· τὸ γὰρ κατὰ δόξαν ἀλῶναι εὐξαίμην ἂν μὴ ἐπαληθεύειν.

Valde autem in iis, quæ paulo ante recensui,

Κρατεῖ δ' οὖν ἐν τοῖς πρὸ ὀλίγου εἰρημένοις πολλῷ

VARIÆ LECTIONES.

[79] ὡς add. A. [80] τῇ ἐμβατεύει διδασκαλίᾳ ς. [81] λόγος ἀνεγνώσθη ς. [82] δισιρούμενος ς. [83] τὸ ς. [84] ἑκατοστοῦ] ρ' A : ἑκάστου ς. [85] παροράματι ταῦτ' εἴρηκε. τὸ ς.

NOTÆ.

(89) 148 duntaxat exhibent libri evulgati a P. Franc. Turriano.

(90) Ut, De nihil possidendo; Περὶ προστασίας. De philosophia Christiana, de virtutibus et vitiis; De comparatione vitæ monachorum qui in solitudine, et qui in civitate degunt; De cæde SS. martyrum monachorum in monte Sina. Liber item Epistolarum, quæ in Italiæ bibliothecis exstant. Hæc noster Turrianus recenset ad suum Nilum. Niceph. lib. XIV, cap. 54. addit ad Græcæ superstitionis sectatores, scripsisse, et ad Eulogium quemdam. At cum plures enumerentur Nili, forsitan non ejusdem sunt omnia.

Digitized by Google

καὶ Ἰωάννου τοῦ Καρπαθίου, ὃς ἐπιγραφὴν αὐτοῦ τῷ πονήματι δίδωσι· *Πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἰνδίας προτρέψαντας μοναχους παρακλητικός*. Ρ' δὲ καὶ οὗτος κεφαλαίοις περαιοῖ αὐτό [86].

A etiam antecellit Joannem (91) illum Carpathium, qui hunc operi suo titulum indidit : *Ad Indiæ monachos, quem postularant, Consolatorius*. Porro centum et hic capitibus librum suum absolvit.

ΣΒ'.

Ἱππολύτου ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος εἰς τὸν Δανιὴλ ἑρμηνεία· καὶ Λόγος περὶ Χριστοῦ καὶ Ἀντιχρίστου.

[525 R.] Ἀνεγνώσθη Ἱππολύτου ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος ἑρμηνεία εἰς τὸν Δανιήλ. Κατὰ λέξιν μὲν οὐ ποιεῖται τὴν ἀνάπτυξιν, πλὴν τὸν νοῦν γε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐ παρατρέχει· πολλὰ μέντοι ἀρχαιοτρόπως καὶ οὐκ εἰς τὸ ὕστερον διηκριβωμένον καταλέγει. Ἀλλ' ἐκείνων οὐκ ἂν εἴη δίκαιος λόγον ὑπέχειν· τοὺς γὰρ ἀρχὴν θεωρίας καταβαλλομένους οὐ [87] δίκας ἀπαιτεῖν τῶν παρειμένων, ἀλλ' ἀγαπᾷν μάλιστα αὐτῆς τε τῆς ἐπιβολῆς καὶ ἐφ' ὅσον ἂν καταλήψεως τῶν διασκοπουμένων προχωροίη. Τὸ δὲ τὴν τοῦ Ἀντιχρίστου παρουσίαν, καθ' ἣν καὶ ἡ τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου τοῦδε συντέλεια ἵσταται, μηδὲ τοῖς μαθηταῖς δεομένοις τοῦ Σωτῆρος ἀποκαλύψαντος, εἶτα αὐτῶν ταύτην πεντακοσίοις [271 H.] ἔτεσιν ἀπὸ Χριστοῦ ὑπαχθέντα περιγράψασθαι, ὡσανεὶ τῶν ἀπὸ πρώτης τοῦ κόσμου καταβολῆς ἑξακισχιλίων ἐτῶν συντελουμένων, καὶ τὴν διάλυσιν αὐτοῦ ἐφεστάναι, τοῦτο καὶ θερμοτέρας ἂν εἴη τοῦ προσήκοντος γνώμης, καὶ ἡ ἀπόφασις ἀνθρωπίνης ἀγνοίας, ἀλλ' οὐκ ἐπιπνοίας τῆς ἄνωθεν διελέγχει. Ἡ δὲ φράσις αὐτῷ τὸ σαφὲς ὅτι μάλιστα οἰκειουμένη πρέποι ἂν ἑρμηνείᾳ [88], εἰ καὶ τοὺς Ἀττικοὺς οὔ τι μάλα θεσμοὺς [89] δυσωπεῖται.

Συνανεγνώσθη αὐτοῦ καὶ ἕτερος λόγος περὶ Χριστοῦ καὶ Ἀντιχρίστου, ἐν ᾧ ἥ τε αὐτὴ τῶν λόγων ἰδέα διαπρέπει, καὶ τὸ τῶν νοημάτων ἁπλούστερόν τε καὶ ἀρχαιότροπον [90].

B Legi Hippolyti (92) episcopi ac martyris *Interpretationem Danielis* ; quem etsi ad verbum non explicat, nullum tamen sensum, ut verum dicam, prætermittit. Pleraque porro veteri more, non ut postea fuere accuratius excussa, recenset, quanquam eorum ipsum reddere rationem æquum non est. Decet enim ab iis, qui princip ium scientiæ alicujus statuerunt, non reposcere rationem eorum quæ præterierunt : **164***a* sed contentum esse potius conatu ipso, et iis quæ quatenus licuit, e considerandis assecuti sunt. Cæterum, quod Antichristi adventum (quando etiam mundi hujus aspectabilis interitus sequetur) quem ne discipulis quidem rogantibus manifestavit Christus, Hippolytus hic quingentesimo post Christum anno ascribere ausus sit, quasi a prima mundi constitutione sex millibus annorum tum decursis ejus interitus instaret, hoc sane calidioris quam par sit animi est. Verum hæc ejus assertio humanam ignorantiam potius, quam cœlestem aliquam inspirationem arguit. Genus ejus dicendi clarum in primis ac perspicuum, interpretem satis decet, etsi Atticas revera leges valde repudiat.

C

Legimus una ejusdem *Homiliam* (93) *de Christo et Antichristo :* in qua eadem dicendi forma servata, et sensuum simplicitas major est ac vetustas.

ΣΓ'.

Τοῦ μακαρίου Θεοδωρήτου ἐπισκόπου Κύρου ἑρμηνεία εἰς τὸν Δανιήλ.

Ἀνεγνώσθη τοῦ μακαρίου Θεοδωρήτου, ἐπισκόπου Κύρου, *Ἑρμηνεία εἰς τὸν Δανιήλ*. Μακρῷ μὲν οὗτος ὁ σοφὸς ἀνὴρ οὐχ Ἱππολύτου μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλῶν ἄλλων τῇ τῶν προφητικῶν ῥημάτων ἀναπτύξει τε καὶ διακαθάρσει κρατεῖ· ἔστι δὲ τὴν φράσιν, εἴ τις ἄλλος, ἑρμηνείαις πρέπων, τῷ τε καθαρῷ καὶ εὐσήμῳ τῶν ῥημάτων ἀνακαλύπτων τὰ συνεσκιασμένα, καὶ τῷ ἡδύνοντι, ἅτε δὴ διαγλυκαίνων [91], προθυμοτέρους πρὸς τὴν ἀνάγνωσιν παρασκευάζων, καὶ δὴ [92] καὶ τῷ πρὸς μηδεμίαν ἐκτροπὴν καὶ παρέκβασιν ἀποφέρεσθαι τοῦ προκειμένου κόρον τε ἀφαιρούμενος πάντα, καὶ τὴν μάθησιν τῶν ζητουμένων ἀσύγχυτόν τε καὶ ἀδιασκέδαστον καὶ εὐχερῆ τοῖς ἀναλεγομένοις αὐτοῦ [93] τὸν πόνον ἐμποιῶν. Καὶ ἡ λέξις δὲ αὐτῷ καὶ ἡ συνθήκη τῆς Ἀττικῆς εὐγενείας οὐ φεύγει τὰς γονάς, πλὴν εἴ τι περιεργότερον

D

CCII.

Beati Hippolyti episc. et mart. Interpretatio Danielis, et Homilia de Christo et Antichristo.

CCIII.

Theodoreti Cyrensis episc. Interpretatio Danielis.

Legimus Theodoreti episcopi Cyri *Interpretationem Danielis*. Vir sane doctus, non Hippolyto modo, verum etiam aliis multis propheticorum sermonum interpretatione atque explanatione longe antecellit. Dictio ejus commentationi (si cujusquam alius) aptissima. Nam et puris siguantibusque verbis abdita quæque et obscura revelat, et jucunditate quadam quasi delinimento, suavique lepore ad sui lectionem invitat. Quin et ex eo quod ad ambages nullas digressionesque a proposito argumento recedat, satietatem non modo nullam affert, sed ea insuper, quæ in dubium vocantur, sine ulla vel confusione vel dissipatione facile, et commoda ratione lectores suos docet. Vocum item ejus delectus, atque ipsa compositio ab Atticæ elegantiæ origine non refugit, nisi quid forte curiosius illic occur-

VARIÆ LECTIONES.

[86] post αὐτό in versus vacui 7 1/2, in C 2 1/2. [87] οὐ] deest δεῖ. [88] ἑρμηνείᾳ—οὗτι A : ἑρμηνείας — ὄντι ς. [89] θερμοὺς ς. [90] ἀρχαιότροπον om. pr. C. [91] διαγλυκαίνοντι ς. [92] δὴ A : μὴν ς. [93] αὐτῆς A : αὐτοῦ ς.

NOTÆ.

(91) Hujus Περὶ ἀσκήσεως exstare feruntur in Italia, et bibliotheca Regia et Augustana.

(92) Vide B. Hieronym. in *Catal.* cap. 61.

(93) Ea Græce et Latine typis vulgata exstat.

Digitized by Google

rat, quod quis multorum auribus insolitum dicat. Hoc constat, nihil eum, quod ad interpretandum faciat, declinare, adeoque in summum evasisse optimorum interpretum culmen, ut non facile sis aliquem reperturus, qui illo melius obscura explicet. Sunt quidem et alii pure loquentes, qui propositarum sibi rerum sensum haud segniter investigent : at simul et perspicue dicere, et nihil interim cognitu necessarium (vel brevitatis causa) prætermittere ; non item ad diverticula, vel ad doctrinæ ostentationem digredi (nisi hæc forsitan, non sine utilitate, sic adhibeantur, ut percipi nequeat, quod a re proposita discedatur), **164***b* hoc certe præ cæteris rebus omnibus a bono Theodoreto studiose curatum est, non in hoc solum opere, sed fere dixerim in omnibus ejus scriptis, quæ multa sane reliquit, quibus sacram Scripturam industria sua mirifice illustravit. Igitur in aliquibus quidem illi in hac divini Danielis expositione cum Hippolyto martyre convenit, sed plura In quibus dissentit : quorum hæc illustriora sunt[**] (94).

A αὐτῆς ἐστι καὶ τῆς ὡς φάναι πολλῶν ἀκοῆς ἀνακεχωρηκός· τοῦτο δὲ, ὅτι μηδὲ προσῆκον ἑρμηνείᾳ, ἀποκλίνει. Καὶ ὅλως [94] εἰς τὸ ἄριστόν ἐστι τῶν ἐξηγητῶν καὶ οὐκ ἔχον [95] ῥᾳδίως τὸν ἄμεινον διασαφοῦντα ἀνηγμένος. Ἔστι μὲν γὰρ καὶ ἄλλοις τὸ καθαρῶς εἰπεῖν καὶ ἀνιχνεῦσαι τὸν νοῦν τῶν θεωρουμένων· τὸ δ' ἅμα τε σαφῶς εἰπεῖν καὶ μηδὲν τῶν ἀναγκαίων ἐν τῷ συντόμῳ παραλιπεῖν, μηδὲ πρὸς ἐκδρομὰς ἢ ἐπιδεικτικὰς σοφίας [96], ἢ ἄλλως μὲν οὐκ ἀχρήστους, παρασυρούσας [97] δὲ τοῦ προκειμένου, μὴ ἀπιδεῖν, εἴ τινι ἄλλῳ [98], καὶ τῷ χρηστῷ Θεοδωρήτῳ ἔνεστι διεσπουδασμένον, οὐκ ἐν ταύτῃ μόνον τῇ πραγματείᾳ, ἀλλά γε [99] μικροῦ δέω φάναι καὶ ἐν πάσαις — πολλαὶ δὲ αὗται — ἐν αἷς τῶν ἱερῶν Γραμμάτων αὐτῷ ἡ διασάφησις φιλοπονεῖται· B Ἔστι μὲν οὖν ἐν τῇ περὶ τὸν θεσπέσιον Δανιὴλ ἀναπτύξει κατ' ἔνια τῷ μάρτυρι συμφερόμενος Ἱππολύτῳ· πλείω δὲ πρὸς ἃ φέρεται τὴν ἑτέραν, ὧν τὰ ἐπιφανέστερα ταῦτα [1].

CCIV.

Ejusdem Octateuchi expositio, et In libros Regum ac Paralipomena.

Legi ejusdem divini viri explanationem Octateuchi, quæ inscriptionem certe operi egregie congruentem nacta est, *In impedita sacræ Scripturæ loca* (95); in quibus et ad libros Regum ac Paralipomena. Utilissimum in primis hoc opus, quodque cum ipsis quasi naturalibus parentis mox genium lectorum oculis subjiciat. Præterquam autem quod C hic consueta ipsi dicendi forma egregie eluceat : habet quoque (si ad majorem perspicuitatem et comprehendendi facilitatem respicias) cum aliud quoddam commodum, tum quod in summa veluti capita per quæstiones solutionesque liber distinctus sit.

[826 R.] ΣΔ'.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν Ὀκτάτευχον, καὶ τὰς Βασιλείας, καὶ τὰ Παραλειπόμενα.

Ἀνεγνώσθη [2] τοῦ αὐτοῦ μακαρίου [3] ἀνδρὸς ἐξήγησις [4] εἰς τὴν Ὀκτάτευχον. Ἐπιγραφὴν δ' ἔλαχε [5] συμβαίνουσαν τῷ ἔργῳ· *Εἰς τὰ ἄπορα* γὰρ χρηματίζει *τῆς Γραφῆς* (95)· ἐν οἷς ἐστι καὶ εἰς τὰ τῶν Βασιλειῶν καὶ εἰς τὰ Παραλειπόμενα. Χρήσιμον δ' ἐς τὰ μάλιστα τὸ βιβλίον, καὶ αὐταῖς γοναῖς τοῖς ἐντυγχάνουσι τὸ γνήσιον ἐπιδεικνύμενον αὐτίκα τοῦ γεγεννηκότος. Τῆς δὲ συνήθους αὐτῷ ἰδέας διαπρεπούσης, ἔχει τι πρὸς τὸ σαφέστερον ὁρᾶν καὶ εὐκατάληπτον καὶ ἕτερον πλεονέκτημα, καὶ τὸ ὡς ἐν κεφαλαίῳ κατὰ τὸ ἀπορούμενον καὶ ἐπιλυόμενον τὸ βιβλίον διατετυπῶσθαι.

CCV.

Idem in XII *Prophetas.*

Legimus ejusdem *in duodecim prophetas* eadem dictionis ac sententiæ venustate adornatum librum.

ΣΕ'.

Τοῦ αὐτοῦ Εἰς τοὺς δώδεκα προφήτας.

[272 H.] Ἀνεγνώσθη τοῦ αὐτοῦ *Εἰς τοὺς ιβ' προφήτας* ἐν τῇ αὐτῇ τῶν λόγων καλλονῇ καὶ τῆς διανοίας διεσκευασμένον [6].

CCVI.

Procopii sophistæ Scholæ commentariorum in Octateuchum, et in libros Regum ac Paralipomena.

Lectæ sunt Procopii sophistæ *Scholæ commentariorum in Octateuchum Veteris Testamenti, et in Regna ac Paralipomena.* Diffusus autem est interpres hic atque prolixus : non quidem propterea, quod in supervacaneas, quæque ad rem nihil perti-

ΣΣ'.

Προκοπίου σοφιστοῦ εἰς τὴν Ὀκτάτευχον, καὶ τὰ τῶν Βασιλειῶν καὶ τὰ Παραλειπόμενα ἐξηγητικαὶ σχολαί.

Ἀνεγνώσθησαν Προκοπίου σοφιστοῦ *Ἐξηγητικαὶ σχολαὶ εἰς τε τὴν Ὀκτάτευχον τῶν Παλαιῶν Γραμμάτων καὶ εἰς τὰς Βασιλείας καὶ δὴ καὶ τὰ Παραλειπόμενα.* Πολύχους μὲν οὗτος καὶ πολύστιχος ὁ ἐξηγητής, πλὴν οὐκ εἰς περιττάς τινας καὶ ἐξ-

VARIÆ LECTIONES.

[94] ὅλος ς. [95] libri ἔχων. [96] σοφίας χωρεῖν ἢ — ἀχρήστους ποιεῖν παρ. ς. [97] παρασύροντας A, παρασύροντα ς. [98] τι ἄλλο. ἐσπουδασμένον ς. [99] γε add. A. [1] post ταῦτα versus vacui in A et sinistræ columnæ 34 1/2 : et dextræ omnes (i. e. 38) in C 4. [2] ἀνέγνω A. [3] μακαρίου A : θεσπεσίου ς. [4] ἐξηγήσεις A. [5] ἔλαχεν οὐ συμβ. Fabricius. [6] διεσκευασμένον βιβλίον ς.

NOTÆ.

(94) Desiderari hic ea, argumento est vacuum in quibusdam codicibus relictum spatium.

(95) Εἰς τὰ ἄπορα τῆς Γραφῆς. Addunt editi libri κατ' ἐκλογήν. Unde interpretes fecerunt : *De selectis Scripturæ sacræ quæstionibus ambiguis.* Quæ autem hoc loco, e cod. Bavar. descripta, exhibentur in Notis exemplaris Græci, eadem et plura vidit atque convertit olim Gent. Hervetus.

Digitized by Google

ἀγωνίους ἀποδιατρίβων παρεκδρομὰς, ἀλλὰ τῷ διαφορὰς δοξῶν περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ἀναγράφειν [7] πολλάκις. Τοῦτο δὲ καὶ προοιμιάζεται εἰς ὄγκον αὐτῷ διαπλαττόμενον, καὶ μάλιστα πρὸς τὴν Θεοδωρήτου σύνοψίν τε καὶ φιλοκαλίαν τὸ σύνταγμα αἴρεται. Καὶ εἴη ἂν οἰκειότατόν τε καὶ χρειωδέστατον, εἰ μετὰ τὴν ἐν ἐκείνοις τριβὴν ἡ περὶ ταῦτα τοῦ ἀνδρὸς τὰ σπουδάσματα σχολὴ διαδέχοιτο. Καὶ ἡ φράσις δὲ αὐτῷ ἐς τὸ ἄριστον ἥσκηται, εἰ καὶ τῆς [8] ἐξηγητικῆς διατυπώσεως ἔχει τι καὶ κομψότερον.

A neant egressiones divertat, sed quod opinionum eadem de re diversitates sæpenumero commemoret. Et vero etiam præfatur hoc a se opus magnam in molem esse aggestum : quod item maxime ad Theodoreti brevitatem venustatemque assurgit : ut aptissimum illud plane sit, atque utilissimum, si post illum lectum, ad hujus etiam viri labores legendos otium contingat. Dictio ab eo est optime quidem exculta, sed comptior aliquanto, quam commentarii rudiorem formam deceat.

ΣΖ'.

Τοῦ αὐτοῦ Εἰς τὸν Ἡσαΐαν.

Ἀνεγνώσθη τοῦ αὐτοῦ φιλοπόνου ἀνδρὸς *Εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν*, τήν τε ὁμοίαν τοῖς προειρημένοις διάθεσιν φυλαττόμενον, καὶ τὴν αὐτὴν τῶν λόγων ἐπιδεικνύμενον δύναμιν, καὶ δῆλον ὅτι καὶ τὸ λυσιτελοῦν παραπλήσιον [9].

CCVII.

Idem in Isaiam prophetam.

Legimus ejusdem perstudiosi hominis (96) *In Isaiam prophetam* opus : quod similem suprascriptis servat commentandi rationem, eamdemque dicendi vim præfert, pari cum lectoris (ut constat) utilitate.

B

ΣΗ'.

Εὐλογίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας κατὰ Ναυατιανῶν λόγοι ε'.

Ἀνεγνώσθη τοῦ ἐν ἁγίοις Εὐλογίου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας *Κατὰ Ναυατιανῶν*, ἐν λόγοις ε'. Τούτῳ τῷ ἀνδρὶ ὄνομα μὲν [529 R.] λιπεῖν ἐπὶ δεξιότητι λόγων οὐδ' ὁτιοῦν προσεμέλησε, τὰ δὲ Ναυάτου σοφισματώδη προβλήματά τε καὶ δελεάσματα διελέγξαι καὶ αἰσχῦναι οὐδὲν τὸ ἀπαράσκευον τῆς κατὰ τοὺς λόγους μελέτης ἐμποδὼν ἔστη· τοῖς γὰρ Γραφικοῖς πλουτῶν νοήμασί τε καὶ θεωρίαις, ὅσα ἐκεῖνος ἀποσπαράσσων τῆς ἰδίας αἱρέσεως πρόβλημα καὶ συνηγορίαν ἐποιεῖτο, ταῦτα αὐτὸς ἀναπτύσσων, καὶ τὸ περὶ αὐτὰ κακοῦργον τῆς αἱρέσεως ἐπιδεικνὺς, ἀφαιρεῖται αὐτοῦ· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἑτέροις τῶν Γραφῶν ῥήμασι τὸ ἀπονενοημένον αὐτοῦ καὶ ἀσύγγνωστον καὶ ἀλλόφυλον τῆς αἱρέσεως στηλιτεύει. Ἐν δὲ τῷ τελευταίῳ τῶν λόγων καὶ τὸ νόθον καὶ κακόπλαστον, ὃ εἰς Ναυάτον ἀναφέρουσιν οἱ αὐτοῦ σπουδασταὶ, μαρτύριον διελέγχει. Ἔστι μὲν οὖν καὶ αὐτὸ τοῦτο ὁ κατὰ Ναυάτου ἔλεγχος τὸ χρήσιμον ἔχων, πλὴν καὶ Γραφικῶν οὐκ ὀλίγων ἐνθεωρεῖται τούτοις πολλαχοῦ τοῖς ἀξιολογωτάτοις τῶν ἐξηγητῶν συμφερομένη ἑρμηνεία. Ἀλλὰ καὶ τὸ πιθανόν τε καὶ ἡδῦνον ὡς ἐν τοιούτῳ λόγων χαρακτῆρι οὐκ ἄν τις ἀγασθεὶς μεταγνοίη.

C

165*a* CCVIII.

Eulogii Alexandrini archiepisc. Contra Navatianos libri v.

Legi B. Eulogii archiepiscopi Alexandrini *Adversus Navatianos* (97) libros quinque. Qui etsi scriptor dicendi elegantia nomen sibi quærere nullo modo curarit, nihil tamen, quo minus Navati sophismatum plenæ assertiones captionesque refellantur, atque ignominia notentur, sermonis neglecti incuria impedimento fuerit. Sacræ enim Scripturæ commentationibus ac contemplationibus abunde instructus, quæ hinc ad suam hæresim asserendam atque propugnandam ille discerpserat, eadem hic interpretando, et una hæresis in iis fraudes detegendo, Navato eripit ac tollit. Quanquam et aliis Scripturarum locis, ipsius venia indignam amentiam, ac peregrinam hæresim, velut cippo eam inscribendo, divulgat. Extremo (98) denique libro falsum illud et improbe confictum, quod Navato ejus studiosi attribuunt, martyrium exagitat. Est igitur hæc Navati confutatio legentibus utilis : præterquam quod hic non paucorum Scripturæ (99) locorum passim sese offerat explicatio, ipsis etiam interpretum principibus profutura(1). Sed et illius persuadendi vim ac jucunditatem, ut in hoc charactere, nemo qui eum veneretur, contemnendam ducat.

D

ΣΘ'

Δίωνος Λόγοι π'.

Ἀνεγνώσθη Δίωνος βιβλίον ἐν *Λόγοις π'*. Οὗτος ἔστι μὲν τὴν πατρίδα Προυσαεὺς, φυγὰς δ' ἐγεγόνει

CCIX.

Dionis Chrysostomi Orationes LXXX.

Lectus est Dionis (2) *orationum* octoginta liber (3). Patria hic fuit Prusensis, sed tyrannidis (4) dum

VARIÆ LECTIONES.

[7] ὑπογράφειν ς. [8] τῆς om. A. [9] post παραπλήσιον unus in A versus vacuus.

NOTÆ.

(96) Quod cum Latina sua insigni interpretatione, et sacri prophetæ textu edidit Parisiis doctiss. Joan. Curterius. an. 1580.

(97) De iisdem pluribus supr. cod. 182.

(98) Qui sextus numeratur cod. 182 iterumque, cod. 280.

(99) Quæ excerpta leges cod. 230.

(1) Eadem plane χρίσι etiam supra codice 182.

(2) De quo lege interpretis Latini præfationem et Suidam.

(3) Quæ hodie omnes exstant Parisiis nuperrime cum Notis Græce et Latine editæ.

(4) A cujus mentione orat., 15 quam de exsilio A thenis habuit, inchoatam videas.

Digitized by Google

fugit servitutem, exsul factus, varias oberrando peragravit regiones. Idem in dicendi arte acutus ac solers est habitus, præsertim si de componendis moribus dandum esset consilium. Viguit Trajano Romæ imperante, cum quo diu multumque vixit, et in ea existimatione atque honore, ut et cum Augusto communi interdum carpento veheretur. Patrem habuit Pasicratem, rhetor ipse instituto atque philosophus. Tantam autem morum severitatem affectasse ferunt, ut **165***b* leonina sæpe indutus pelle in publicum prodiret. Vocem mittebat placidam et firmam, incessus minime quidem incitatus, sed non ideo segnis aut fractus, a quo nec reliqui corporis motus discrepabant. Gracilis adhæc erat, et corpore haudquaquam vasto.

Orationes conscripsisse plurimas referunt, quarum octoginta in meas inciderunt manus : quæ quidem orationes Chrysostomi [hoc est *aurei oris*] cognomentum illi apud ejus ætatis homines pepererunt. Cæterum pleræque, ut dicebam, orationum ejus quas quidem noverim, suasoriæ. Sed quando æquum est deliberativo generi quiddam etiam judiciale permisceri, parem ipse virtutem in hoc quoque orationis genere ostendit : et inter omnes quidem maxime *Rhodiaca*. Nam et acrius enthymematis instat, et brevem atque contortam orationem (quod saltem ad characterem) adhibet, et vehementia cum ubertate abundat. Exemplis insuper maxime præstat, quæ ubique multa e variis petita rebus, aptissime ad propositum argumentum accommodat. Libentissime quoque fabulosas narrationes aliquas monitionibus intexit, ut eam etiam ob rem simplex dicendi genus consectatus videri possit. Rarius enim Platonis exemplo ejusmodi eum fabulas afferentem videas, quæ (ut in Borysthenica) elationem aliquam granditatemque orationi addant. Simplici igitur idea plurimum est usus (ut paulo ante diximus) in sensibus, vocabulis item familiaribus, et passim obviis, nihilque compositio habet aut sublimitatis ostentandæ, aut captandæ jucunditatis gratia innovatum. Et vero, in verbis saltem, nominumque conjunctione, perspicuum dicendi genus scriptorem hunc propositum habuisse existimes : sed dum longius sententiæ redditionem producit, digressionibusque ut plurimum orationem intertexit, non parum ab hoc instituto deflectit. Quanquam hæc quidem varietas quædam ideæ, characteris proprietas, non pro vitii indicio haberi forsitan possint. At quod exordia, aut quæ exordiorum instar sunt, longissime producat, id jam palam facit, et eum nequaquam familiarium congressibus accommodatam dicendi formam pro civili et historica usurpare, et majus quasi caput, quam reliquum sit orationis corpus, effingere.

Orationum igitur ejus quatuor priores, de regno

A ταύτης [10] τυραννίδος ἐκκλίνων δουλείαν, καὶ πολλὴν ἐπῆλθε πλανώμενος γῆν. Δεξιὸς δὲ περὶ τοὺς λόγους ἔδοξεν εἶναι, καὶ μάλιστα τοὺς ὅσοι ῥυθμίζειν συμβουλεύουσι τὰ ἤθη. Ἤκμασε δὲ κατὰ τοὺς χρόνους τοῦ βασιλέως Τραϊανοῦ, καὶ πλεῖστον διέτριψε χρόνον παρ' αὐτῷ, καὶ τῆς ὅτι μάλιστα τιμῆς καὶ δεξιώσεως ἔτυχεν, ὡς καὶ συγκαθέζεσθαι αὐτὸν τῷ [273 H.] βασιλείῳ ὀχήματι. Παῖς μὲν ἦν [11] οὗτος Πασικράτους, σοφιστὴς δὲ καὶ φιλόσοφος τὸ ἐπιτήδευμα. Ἐπὶ τοσοῦτον δ' αὐτὸν τῆς κατὰ τὸ σχῆμά φασι σεμνότητος ἀντιποιεῖσθαι, ὡς καὶ λεοντῆν πολλάκις ἐνημμένον ποιεῖσθαι τὴν πρόοδον. Φωνὴν δ' ἠρεμαίαν ἠφίει καὶ σταθεράν. Καὶ σχολαῖον μὲν ἀλλ' οὐκ ἀναβεβλημένον βάδισμα, καὶ τἆλλα [12] τῶν κινημάτων οὐκ ἀσύμφωνα· ἰσχνὸς δ' [13] ἦν καὶ οὐδὲ μέγας τὸ σῶμα.

B Τοῦτον πολλούς φασι καὶ ποικίλους γράψαι λόγους· οἱ δ' εἰς ἡμετέραν φθάσαντες γνῶσιν τὸν π' ἐπλήρουν ἀριθμόν. Χρυσόστομον δ' αὐτὸν οἱ λόγοι τῇ κατ' αὐτὸν γενεᾷ δεδώκασιν ἐπονομάζειν. Ἔστι μὲν οὖν, ὅπερ ἔφην, τὸ πλεῖστον αὐτοῦ τῶν λόγων, οὓς ἡμεῖς ἴσμεν, συμβουλευτικόν· οἷα δ' εἰκὸς, καὶ τῷ συμβουλευτικῷ παραπλεκόμενον τὸ οἷον δικανικὸν παραπλήσιον τὴν ἀρετὴν κάν τῷ μέρει τῷδε τοῦ λόγου δεικνύει, καὶ μάλιστα τῶν ἄλλων ὁ *Ῥοδιακός*. Ἀριμύς τε γάρ ἐστι τοῖς ἐνθυμήμασι, καὶ τὸ συνεστραμμένον πρός γε τὸν αὐτοῦ χαρακτῆρα τῶν λόγων ἔχων, καὶ τὸ ἔντονον μετὰ τοῦ γονίμου πλουτῶν. Ἄριστος δὲ τοῖς παραδείγμασι καὶ πολύς ἐστι πανταχοῦ, καὶ ποικίλης ὕλης λαμβάνων αὐτὰ καὶ

C προσφυῶς ἁρμοζόμενος. Χαίρει δὲ μάλιστα καὶ μυθολογήμασι τὰς παραινέσεις συνδιαπλέκειν, διὸ καὶ τὸ ἀφελὲς διώκειν δοκεῖ· σπάνιον γὰρ εἴ τις εὕροι κατὰ τὸν Πλατωνικὸν ζῆλον τοῖς δίαρμα καὶ ὄγκον ἐνεργαζομένοις τῷ λόγῳ, ὥσπερ ἐν τῷ Βορυσθενικῷ, μύθοις αὐτὸν ἀποχρώμενον. [532 R.] Ἀφελὴς μὲν οὖν ἐστι τὰ πολλὰ, ὡς ἔφθην [14] εἰπὼν, ταῖς ἐννοίαις, καὶ τῶν τε καθωμιλημένων αὐτῷ καὶ ἐπιπολαζουσῶν αἱ λέξεις, καὶ οὐδὲν οὐδ' ἡ σύνταξις οὐδ' ἐπὶ τὸ βαθύτερον οὐδὲ τὸ καθηδυνόμενον ἐκνεωτερίζει. Καὶ τό γε ἐπὶ τοῖς ῥήμασι καὶ τῇ συμπλοκῇ τῶν ὀνομάτων τοῦ σαφοῦς ἄν τις ἐλπίσειε τὸν συγγραφέα κατεστοχάσθαι· ἀλλὰ τό γε διὰ μακροῦ τὴν τῆς

D διανοίας ἀπόδοσιν προϊέναι, καὶ ταῖς ἐπιβολαῖς ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον τὸν λόγον διαπεπλέχθαι, οὐκ ἐπὶ μικρῷ τῆς τοιαύτης αὐτὸν ἐκκλείει ἰδέας. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν παραλλαγὴ [15] ἰδέας καὶ χαρακτῆρος ἰδίωμα, ἀλλ' οὐκ αἰτίας ἴσως ἔνδειξιν ἔχει [16]· τὸ δ' ἐπὶ μακρότατον ἀποτείνειν τὰ προοίμια ἢ τὰ οἷον προοίμια οὐκέτι ἀφίησιν αὐτὸν τὸ μὴ οὐχὶ ἀντὶ [17] πολιτικοῦ καὶ συγγραφικοῦ τύπου τὸν ἐπὶ ταῖς συνουσίαις ἀλλάξασθαι παραδεδυκότα, καὶ μείζω τὴν κεφαλὴν τὴν ὡς ἐν λόγῳ [18] τοῦ λοιποῦ σώματος διαπλάττειν.

Τῶν τοίνυν λόγων αὐτοῦ δ' περὶ βασιλείας μέν

VARIÆ LECTIONES.

[10] ταύτης A : τὴν τῆς ς. [11] ἦν] ἦν οὖν A. [12] τἆλλα A : τὰ λοιπὰ δὲ ς. [13] δ' A. : τε ς. [14] ἔφην A. [15] παραλλαγῆς A. [16] ἕξει ς. [17] ἀντὶ οὐχὶ ς. [18] ἐν τῷ λόγῳ ς.

Digitized by Google

εἰσιν εἰρημένοι· καὶ ὁ Ε' δὲ, *Λιβυκὸς* ἐπιγραφόμενος, μῦθον μὲν Λίβυν ἀπαγγέλλει, ἐκείνων δ' ἐστὶν ἐξημμένος. Ὁ δ' ἕκτος [19] περὶ τυραννίδος δίεισι, καὶ περὶ ἀρετῆς ὁ ἐπὶ τούτῳ. Ὁ δὲ Η' *Διογένης* μὲν ἢ *Ἰσθμικὸς* ἐπιγραφὴν ἔχει, πρᾶξιν δέ τινα καὶ λόγους Διογένους κατὰ τὰ Ἴσθμια διαγγέλλει. Καὶ ὁ Θ', *Διογένης* [20] ἢ *Περὶ οἰκετῶν* [21], παραινεῖ μὲν ἅπαντας δι' ἑνὸς προσώπου αὐτοῦ μὲν ἕκαστον [22] πολλὴν ἐπιστροφὴν καὶ ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι [23], ὀλίγην δὲ τῶν ἔξωθεν συμπιπτόντων· καὶ μὴ χρῆναι φεύγοντα διώκειν οἰκέτην· [274 H.] ἄτοπον γὰρ ἐκείνους μὲν κακοὺς ὄντας ἐλπίζειν ἄνευ τῶν δεσποτῶν ἄμεινον βιώσεσθαι, τοὺς δεσπότας δὲ μὴ ἀξιοῦντας [24] φαύλους εἶναι μὴ νομίζειν ἄμεινον διάξειν, εἰ μὴ παραπολαύοιεν τῆς τῶν δραπετῶν σκαιότητος. Ὁ δὲ Ι' *Τρωϊκὸς* μὲν ἔλκει τὴν ἐπιγραφὴν, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἁλῶναι δὲ τὸ Ἴλιον διεσπούδασται, Ὁμήρῳ τε κατὰ τὸ τραχύτερον προσφέρεται, καὶ ὅσα ἄλλα κατὰ τὴν Ἰλιάδα αὐτῷ πεποίηται, τἀναντία τούτοις πραγματεύεται. Ὁ δὲ *Ὀλυμπικὸς* ἢ *Περὶ τῆς πρώτης τοῦ Θεοῦ ἐννοίας*, αὐτὸ τοῦτο πειρώμενος ἐπιδεικνύειν, ἑνδέκατός ἐστιν. Ὁ δὲ ΙΒ', *Ἐν Ἀθήναις περὶ φυγῆς* ἐπιγραφὴν ἔχων, εἴρηται μὲν ἐν αὐταῖς, δίεισι δὲ ὡς οὐδὲν ἡ φυγὴ χαλεπὸν, καὶ ὡς [25] πλοῦτος μὲν καὶ δόξα καὶ δυναστεία θᾶττον ἀπὸ τῶν ἐχόντων ἐπὶ τοὺς μηδ' ἐλπίσαντας μεταῤῥεῖ, τὸ δὲ φιλοσοφεῖν καὶ τὴν ἀρετὴν ἀσκεῖν διὰ βίου τε κτῆμα διαμένει ἀγαθὸν καὶ ἀποιχομένοις συνέπεται. Ὁ δὲ ΙΓ' *Εὐβοϊκὸς* [26] ἢ *Κυνηγετικὸς* ἔλαχεν ἐπιγραφὴν, εἰσάγει δέ τινας ἐν Εὐβοίᾳ τοιοῦτον βίον βιοῦντας, δι' ὧν κατασκευάζει ὡς ὁ ἀπράγμων βίος, εἰ καὶ πενόμενος εἴη, πολλῷ τῶν ἐν ἄστει θορυβουμένων τε καὶ τρυφώντων ἡδίων τε καὶ λυσιτελέστερος. *Ῥοδιακὸς* δὲ ὁ ΙΔ' ἐπιγράφεται· ἐν τούτῳ ἔθος ἄλογον παρὰ Ῥοδίοις ἐπιτιμᾷ ἐπιπολάσαν [27]. Τὸ δ' ἦν, οὓς ἐβούλοντο τιμᾷν ἀνδριᾶσι, τούτοις μὲν ἀνδριάντα ἀνίστασαν οὐδένα, τοὺς δὲ τοῖς πάλαι ἀνεστηκότας, τούτων ἄρα [28] ἢ τὰς ἐπιγραφὰς μεταξέοντες εἰς τὰ τῶν μελλόντων τιμηθῆναι ὀνόματα, ἢ τῷ χρόνῳ μηδὲ φαινομένων ἐπιγράφοντες, τῶν τε οἰχομένων τό γε ἐπ αὐτοῖς τὴν [29] τιμὴν ἐλυμαίνοντο, καὶ οὓς τιμᾷν ὑπεπλάττοντο, ἀλλοτρίαις καὶ κατ' οὐδὲν οἰκυίαις εἰκόσιν ἐνύβριζον. [533 R.] Ἐν τῷδε τῷ λόγῳ μεγάλη τοῦ ἀνδρὸς τῆς ἀνασκευαστικῆς [30] ἰσχύος ἡ ἀρετὴ [31] διαφαίνεται. Ὁ δὲ ΙΕ' *Πρὸς Ἀλεξανδρεῖς* μὲν ἐπιγέγραπται, δήμου δὲ φύσιν ἀναπτύσσων ταύτης κατατρέχει· καὶ ὅτι μὴ χρὴ τὸν Ἀλεξανδρέων δῆμον, ἴδια πολλὰ τὰ πρὸς ἀρετὴν παρακαλοῦντα ἔχοντα, τῆς ἐν τῷ κοινῷ ἐπιπολαζούσης ταραχῆς καὶ ἀταξίας καὶ αὐτὸν εἶναι [32] ἀνδράποδον, μάλιστα δὲ παραφυλάττεσθαι τὸ ἁμάρτημα κατὰ τὰς δημοτελεῖς πανηγύρεις καὶ τὰ θέατρα. *Ταρσικοὶ* δὲ δύο ἐφεξῆς ἐπιγραφῆς ἔτυχον, ὧν ὁ μὲν α' ἔπαινόν τινα τῆς πόλεως ἐπιτρέχων οὐκ εὐδαίμονας ἐκείνας ἀπο-

A dictæ sunt. Quinta dein, quæ *Libyca* vocatur, et ab illis etiamnum dependet, fabulam Libyn refert. **166***a* Eam excipit sexta, quæ de tyrannide commemorat : ut de virtute septima. Octava, *Diogenis*, sive *Isthmicæ* titulum præferens, facta quædam dictaque Diogenis in Isthmicis narrat. Nona, *Diogenes* quoque dicitur, seu *De servis*. Hortatur singulatim universos, satagere quosque, ac sollicitos esse sui, neglectis quæ extrinsecus adveniant. Non expedire insuper fugitivum servum insequi. Absurdum enim esse, si vel illi, cum improbi sint, sperent absque dominis melius sibi fore, vel heri illorum nequitiæ velut ignari, non judicent melius secum agendum, si nec obiter ullum e fugitivorum servorum stoliditate damnum ferant. Decima oratio

B *Troica* inscribitur, de eo studiose elaborata, quod Ilium non fuerit captum. Homero igitur asperius adversatur, iisque omnibus contraria describit, quæ sunt ab illo in *Iliade* composita. *Olympica*, seu *De prima Dei cognitione* (quæ idem illud demonstrare conatur) undecima est. Duodecima *Athenis de exilio habita* titulum præfert. Et habita vere ibidem est, docetque exsilium nihil habere molestiarum : divitias item et gloriam atque imperium citius a possidentibus ad eos qui minime sperabant, transferri : sapientiæ vero studium, ac virtutis exercitationem, et perpetuas in hac vita constantesque divitias esse, et hinc etiam emigrantes comitari. XIII. *Euboica* seu *Venatoria* inscribitur. Inducit autem quosdam hanc in Eubœa vitam ducentes :

C per quos docet vitam privatam, etsi pauperior sit, longe jucundiorem esse, et utiliorem, quam eorum qui in urbibus turbas juxta ac delicias experiuntur. XIV. *Rhodiaca* nominatur. Absurdum hac oratione morem, qui tum Rhodi invalescebat, reprehendit. Quos enim statuis honorandos censuerant, his nullas statuebant, sed earum, quæ priscis fuerant collocatæ, vel inscriptiones in eorum, qui venturi essent nomina mutantes : vel si temporis injuria non apparerent tituli, novos insculpentes, simul vita functorum gloriam (quantum in ipsis erat) fœdabant, simul quos honorare decreverant, alienis, et quæ nihil similitudinis haberent, imaginibus dedecore potius afficiebant.

D Qua quidem in oratione ingens Dionis refutandi alios vis atque facultas insigniter elucescit. XV. *Ad Alexandrinos habita*, inscribitur. Vulgi in ea ingenium moresque exponit, ac perstringit. Nequaquam insuper decere, ut etiam populus Alexandrinus, **166***b* qui propria tot haberet virtutis incitamenta, exortorum in republica tumultuum ac seditionum velut mancipium fiat. Præsertim vero illum errorem cavendum esse monet, qui in publicis conventibus ac theatris committebatur. *Tarsi-*

VARIÆ LECTIONES.

[19] ἕκτος καὶ περὶ A. [20] Διογένους A. [21] οἰκ. καὶ παραινεῖ ς. [22] μὲν ἕκαστον A : ἕκαστον μέν ς. [23] ποιεῖσθαι αὐτοῦ ὁλ. ς. [24] ἀξιοῦντες ς. [25] ὡς A : ὅτι ς. [26] Εὐβοεικός ς. [27] ἐπιπολάζον ς. [28] ἄρα] δὲ παρά pr. A. [29] τὴν add. A. [30] ἀνασκευτικῆς ἀττικῆς ἰσχ. A. [31] ἡ ἀρετὴ add. A. [32] εἶναι om. A.

Digitized by Google

carum, quæ duæ sequuntur, appellationem nactæ sunt. Harum prior post urbem illam cursim laudatam, nunquam civitatum felicitatem metiendam docet a fontibus, fluminibus, venustis porticibus aut ædificiis, fructuumque abundantia, quæque his similia laudantur, sed eas urbes commendari, in quibus disciplina ac virtus civium claresceret. Hæc quoque oratio absurdum quemdam ac probrosum castigat morem in vocis emissione quadam [lasciva] ex Alexandrinorum consuetudine petita, monens ei assuetos ut abstineant, vel potius acerbius ipse in eos incurrens. Altera vero hortatur, ne calumniis magistratus persequantur; neve parvis offensionibus statim irritentur, atque illos temere accusent. XVIII. Cui nullus præfixus titulus, Celænis Phrygiæ urbe habita est. Disserit autem non esse virtutis indicium comam illam promissiorem, ut nec alia quæ ad corporis cultum pertinent, ac ne horum quidem contraria. Huic et ipsius urbis laudatio adjungitur. XIX. Ipso mox titulo indicat (5-3), habitam quidem primum Borysthene, sed recitatam postea in patria. In ea cum alia refert auctor, tum Platonis imitatione prædicat de universitatis opifice apud Borysthenitas se disseruisse, ac de mundi totius ornatu motuque, et elementis ejusdem. Est autem illustrior hæc graviorque præ cæteris orationibus. *Corinthica* autem numero vicesima, Corinthi habita, cives ibi objurgat, quod statua se prius honorassent, quam tamen post ipsius profectionem, falsa quadam calumnia adducti, iterum sustulissent. Proxima est hæc dicendi vi ac virtute Rhodiacæ orationi. Quanquam ejus quod exordii loco statuit longitudo, hic, perinde atque alibi fere ubique, virtute vacat. XXI. Inscribitur *De Nicomediensium concordia cum Nicæensibus*. Quam quidem potissimum contendit efficere hæc oratio, quæ non sine jucunditatis ex ea re commemoratione, opportune profertur. Sic enim melius persuadendi vis hominum sese animis insinuare solet. XXII. Nicææ **167***a* pronuntiatam titulus significat : *De concordia, seditione jam exstincta*. Hoc autem est hic viri institutum, rem ibi tum gestam laudibus celebrare. XXIII. In patria recitata est, *De concordia cum Apamensibus :* quod ipsum ibi pertractat; ut et proxime sequenti Apamenses hortatur ad concordiam cum Prusensibus ineundam. XXV. *Disputatio est in patriam*. Ignorare vero se fingit causam ipse qui disputat, cur libenter eum et cupide audiant, cum nihil utile ipsius orationes proponant. *Politica* dehinc inscripta est vicesima sexta oratio, recitata in patria : quemadmodum et quæ proxime sequitur, *Benevolentiæ testificatio in patriam*, quod se benevolo eam animo prosequentem honorifice excepisset. Succedit his *Apologia*, seu *Defensio*, de suo

φαίνει τῶν πόλεων, ὅσαι κρήνας καὶ ποταμοὺς καὶ κάλλη στοῶν καὶ οἰκοδομημάτων καὶ καρπῶν ἀφθονίαν καὶ τὰ παραπλήσια προβάλλονται, ἀλλ' ἐν ὅσαις τάξις καὶ ἀρετὴ τῶν πολιτευομένων διαδείκνυται. Οὗτος ὁ λόγος καὶ παράλογόν τε καὶ ἐφύβριστον ἔθος κατὰ φωνῆς ἀπήχησιν [33] τοῖς Ἀλεξανδρεῖσι πραττόμενον εὐθύναις ὑπάγει, παραινῶν ἀποσχέσθαι τοὺς χρωμένους, ἢ μᾶλλον αὐτῶν [34] πληκτικώτερον καθαπτόμενος. Ὁ δὲ δεύτερος παραινεῖ μὴ συκοφαντικῶς πρὸς τοὺς ἄρχοντας διακεῖσθαι, μηδ' ἐπὶ τοῖς βραχέσι τῶν παραλυπούντων εὐθὺς ἀνερεθίζεσθαι καὶ ἐπαιτιᾶσθαι τούτους. Ὁ δὲ ΙΗ', ὃς οὐκ ἐπιγέγραπται, ἐν Κελαιναῖς [35] ἐρρήθη τῆς Φρυγίας, διαλαμβάνει δὲ ὡς οὐκ ἀρετῆς εἴη σημεῖον τὸ κομᾶν, ὥσπερ οὐδ' ἄλλο τι τῶν σχημάτων τῶν περὶ τὸ σῶμα, ὥσπερ οὐδὲ τούτων τὰ ἐναντία · διαπλέκεται [275 H.] δ' αὐτῷ καὶ τῆς πόλεως ἔπαινος. Τὸν δὲ ΙΘ' μηνύει ἡ ἐπιγραφὴ ῥηθῆναι μὲν ἐν τῷ Βορυσθένει, ἀναγνωσθῆναι δὲ ἐν τῇ πατρίδι · ἐν ᾧ ἄθλα τε δίεισιν ὁ συγγραφεὺς, καὶ κατὰ τὸν Πλατωνικὸν συνομολογεῖ ζῆλον περί τε [36] τοῦ δημιουργοῦ τῶν ὅλων τοῖς Βορυσθενίταις διειλέχθαι τῆς τε τοῦ παντὸς διακοσμήσεως καὶ κινήσεως καὶ τῶν ἐν αὐτῷ στοιχείων. Ἔχεται δέ τινος λαμπρότητος καὶ σεμνότητος οὗτος ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ὁ λόγος. Καὶ ὁ *Κορινθιακὸς* δὲ Κ' ὤν, ἐν Κορίνθῳ μὲν ἐρρήθη, ἐπιτίμησιν δ' αὐτῶν διαπεραίνει ἀνθ' ὧν εἰκόνι τὰ πρῶτα τιμήσαντες αὐτὸν ὕστερον ἀποδημήσαντος ἐκ διαβολῆς οὐ δικαίας περιείλοντο τὸ γέρας. Ἐγγὺς δ' ἐστὶ τοῦ Ῥοδιακοῦ κατὰ τὴν ἐν λόγοις ῥώμην καὶ ἀρετὴν οὗτος [37] · ἡ δὲ τοῦ οἷον προοιμίου παράτασις κάνταῦθα, ὡς καὶ παρὰ μικρὸν πανταχοῦ, τῆς ἀρετῆς οὐ μετέχει. Τοῦ δὲ ΚΑ' ἡ ἐπιγραφὴ *Περὶ τῆς πρὸς Νικαεῖς ὁμονοίας τῶν Νικομηδέων* ἐστὶ · καὶ τοῦτον ὑπέρχεται τὸν ἀγῶνα [38] ὁ λόγος εὐκαίρως διὰ τῆς ἡδονῆς προενηνεγμένος · μᾶλλον γὰρ οὕτω ταῖς ψυχαῖς τὸ πιθανὸν ἐθέλει διαδύειν. Τὸν δὲ Β' καὶ Κ' ἐν Νικαίᾳ εἰρῆσθαι ἡ ἐπιγραφὴ δηλοῖ *Περὶ ὁμονοίας, πεπαυμένης τῆς στάσεως* · αὐτὸ δὲ τοῦτο διατίθησιν ὁ ἀνὴρ, ἔπαινον τοῦ γεγονότος. Ὁ δὲ ΚΓ' *Περὶ τῆς πρὸς Ἀπαμεῖς ὁμονοίας* εἴρηται ἐν τῇ πατρίδι, αὐτὸ δὲ διαπράττεται τοῦτο. Καὶ ὁ ἐφεξῆς δὲ περὶ ὁμονοίας τῆς [39] πρὸς τοὺς Προυσαεῖς παρακαλεῖ τοὺς Ἀπαμέας. Ὁ δὲ ΚΕ' *Διάλεξίς* ἐστιν *ἐν τῇ πατρίδι* · ἄγνοιαν δὲ ὑποπλάττεται τῆς αἰτίας ὁ διαλεγόμενος, δι' ἣν μηδὲν χρήσιμον αὐτοῦ τῶν λόγων προβεβλημένων ἡδέως καὶ ποθοῦντες ἀκούουσι. *Πολιτικὸς* δέ ἐστι τῷ ΚϚ' ἡ ἐπιγραφὴ, *Καὶ εἴρηται ἐν τῇ πατρίδι* ὥσπερ καὶ ὁ ἐφεξῆς, φιλοφρονητικὸς ὑπάρχων αὐτῇ ἀνθ' ὧν τιμαῖς τὸν φιλοφρονούμενον ἐδεξιοῦτο. *Ἀπολογισμὸς* [536 R.] δέ ἐστιν ὁ μετ' αὐτούς, ὅπως διέκειτο πρὸς τὴν πατρίδα. Ὁ δὲ Θ' καὶ Κ' *Πρὸ τοῦ φιλοσοφεῖν μὲν ἐν τῇ πατρίδι* ἐπιγράφεται, τοὺς δ' ἐπιχειρήσαντας καταλεύειν αὐτόν τε καὶ σὺν αὐτῷ

VARIÆ LECTIONES.

[33] ἀπέχεσθαι ϛ. [34] αὐτῶν A : αὐτός ϛ. [35] Κελεναῖς ϛ. [36] τε add. A. [37] οὗτος] καὶ οὗτος A. [38] τῶν ἀγώνων pr. A. [39] τῆς add. A.

NOTÆ.

(5-3) Boristhenica quam in patria recitavit.

Digitized by Google

ἕτερον, εἶτα δὲ καὶ πυρὶ [46] τὴν οἰκίαν δοῦναι, τούτους ἠρέμα πως ἐπιτιμῶν, τὸ πλανᾶσθαι ἐπὶ τῆς ξένης τῆς οἰκοι διατριβῆς διὰ τὰς ἐν πόλει ἀταξίας ἄμεινον κατασκευάζει. Ἡ δὲ τῶν πολιτῶν ὀργὴ κατ' αὐτοῦ, διότι, φησὶ, καταῤῥέουσαν ἐπὶ τὸ βέλτιον ἀνέλαβε τὴν οἰκίαν. Καὶ ὁ Λ' δὲ, *Δημηγορία ἐν τῇ πατρίδι*, τὴν ἐπιγραφὴν φέρων, εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἀποβλέπει. Καὶ ὁ Α' καὶ Λ' ἐν τῇ πατρίδι μὲν ἐλέχθη, *Πολιτικὸς* δ' ἐπιγέγραπται *ἐν ἐκκλησίᾳ*, καὶ [47] συμβουλεύει τῶν εἰς ἀλλήλους ὕβρεων ἀποσχομένους καὶ προπηλακισμῶν τὴν στάσιν εἰς ὁμόνοιαν διαλύειν. Ὑσαύτως ἐν τῇ πατρίδι μὲν ἐλέχθη καὶ ὁ ἐφεξῆς, ὃ δὲ ἐπιγράφεται, *Παραίτησις ἀρχῆς ἐν τῇ βουλῇ*, τοῦτο καὶ ἐνδείκνυται· ἐκ ψηφίσματος γὰρ ἄρχειν [48] ὁ συγγραφεὺς ᾑρημένος παραιτεῖται. Ὁ δὲ ΛΓ', *Περὶ τῶν ἔργων ἐν βουλῇ*, τὴν ἐπιγραφὴν παρέχων, ἔπαινον μέν τινα τῆς βουλῆς ἐπιτρέχει, ἀπολογεῖται δὲ καὶ [49] ὑπὲρ ὧν ὁ [276 H.] Δίων ὑπενοεῖτο, ὡς μὴ τὰ τοῦ παιδὸς ἔργα καὶ αἱ πράξεις αἱ κατὰ τὴν πόλιν τῆς πατρικῆς [50] εἰσι βουλῆς ἐξημμέναι. Ὁ ἐφεξῆς δὲ *Πρὸς Διόδωρον* ἐπιγραφόμενος, προτροπὴν μέν τινα ἐπ' ἀρετὴν εἰσάγει, ἐπαινεῖν δὲ τὴν πόλιν φησὶ δι' ὧν τὸν ἐγκωμιάσαντα Διόδωρον ἐπαίνοις περιβάλλει. Ὁ δὲ ΛΕ', *Περὶ Αἰσχύλου καὶ Σοφοκλέους καὶ Εὐριπίδου*, ἢ *Περὶ τῶν Φιλοκτήτου* [51] *τόξων* ἐπιγεγραμμένος, τὴν τοῦ Φιλοκτήτου πλάττει ἐξαπάτην, ἣν προβεβλημένος Ὀδυσσεὺς λαβὼν ᾤχετο τὰ τόξα. Τῷ δὲ Ϛ' καὶ Λ' λόγῳ ἡ μὲν ἐπιγραφὴ *Περὶ Ὁμήρου* λέγει, ἔπαινος δέ τις [52] τοῦ ποιητοῦ διαφαίνεται, ὥσπερ καὶ τῷ περὶ Σωκράτους ἐπιγραφομένῳ τοῦ φιλοσόφου. Ὁ δὲ *Περὶ Ὁμήρου καὶ Σωκράτους* ΛΗ' λόγος ὢν, ζηλωτὴν Ὁμήρου Σωκράτην καὶ μαθητὴν ἐπιδείκνυσι [53], καὶ τό τε οἰκεῖον τῆς τῶν παραδειγμάτων μεταχειρίσεως ἐκεῖθεν ἀναμαθεῖν τὸν φιλόσοφον ἐπιδεικνύει, καὶ τὴν ἄλλην τοῦ λόγου χάριν καὶ δύναμιν ἐναπομάξασθαι. Ὁ δὲ ΛΘ', *Ἀγαμέμνων* ἢ *Περὶ βασιλέως* ἐπιγραφόμενος, διέξεισιν ὡς δεῖ συμβούλων τοῖς ἀρίστοις τὸν βασιλέα κεχρημένον ἐκείνοις τε πείθεσθαι καὶ μὴ κατὰ τὸ δοκοῦν ἁπλουστεύειν. Καὶ ὧ δὲ *Νέστωρ* ἡ ἐπιγραφὴ, ὅπως κεχρῆσθαι προσῆκε τῇ πρὸς τοὺς βασιλεῖς παραινέσει περιλαμβάνεται. Ὁ δὲ ἐφεξῆς, *Ἀχιλλεὺς* οὐ πειθόμενος τῷ Χείρωνι, προνοίᾳ καὶ τέχνῃ, ἀλλὰ μὴ θράσει καὶ χειρῶν ἰσχύϊ συμβουλεύοντι μεταχειρίζεσθαι πόλεμον, ὕστερον οὐκ ἀπώνατο τῆς ἀπειθείας. Καὶ ὁ *Φιλοκτήτης* δὲ παράφρασίς ἐστι τοῦ κατ' αὐτὸν ἀτυχήματος. Ἐφ' οἷς ὁ *Νέσσος* καὶ ἡ *Δηϊάνειρα* [54] τῶν ἀπιθάνως περὶ αὐτοὺς πεπλασμένων διά τινος θεραπείας εἰς εἰρμόν τινα καὶ τάξιν δοκεῖ τὸ ἀπίθανον μεταῤῥυθμίζειν. Καὶ ὁ [55]

in patriam amore. XXIX. *Ante philosophiæ studium in patria habita* inscribitur. Eos autem qui lapidibus ipsum cum alio quodam obruere aggressi essent, ac post etiam ejus domum igni cremandam tradere, clementer objurgans, melius ob civiles turbas esse confirmat peregre vagari, quam domi degere. Civium vero suorum erga se indignationem hinc ortam ait, quod ruens jam ædificium quoddam instaurasset. Tricesima deinde *Concio in patria* inscribitur, idemque respicit argumentum. XXXI. In patria habita, *Politicæ in concione* titulum præfert : suadetque ut posthac, injuriis invicem ac probrosis contumeliis valere jussis, seditionem in concordiam vertant. Similiter et ea quæ sequitur habita est in patria, inscribiturque ex eo quod palam indicat : *Recusatio magistratus in senatu.* Magistratum enim scriptor, ad quem suffragio delectus erat, repudiat. XXXIII. *De administrationibus in senatu*, inscriptionem præfert. In ea post brevem senatus laudem, de iis se purgat Dion, ob quæ in suspicionem venerat : nimirum a paterno non esse profecta consilio, quæ in administranda civitate filius egisset. Proxima *Ad Diodorum* inscripta oratio, et ad virtutem hortatur, et se laudare (4) civitatem ait, quando qui eam laudarat Diodorum laudibus ornat. XXXV. *De Æschylo, Sophocle, et Euripide :* seu, *De Philoctetæ arcu et sagittis*, inscripta est. Philocteten (5) hæc dolo deceptum facit, quo **167** *b* Ulysses usus, cum illius arcu et sagittis abierit. Sextæ porro et tricesimæ titulus est *De Homero :* cujus poetæ laudes prædicat : quemadmodum et Socratis illa, quæ hujus philosophi nomen præfert. Hinc illa *De Homero et Socrate.* XXXVIII. Oratio, Homeri æmulum fuisse Socratem ostendit, ac discipulum. Ab hoc item philosophum non illam tantum familiarem adeo sibi exemplorum tractationem hausisse, sed reliquam insuper dicendi vim omnem ac venustatem imbibisse. XXXIX. *Agamemnon*, seu *De rege* inscribitur : docetque oportere regem optimis usum consiliariis, iisdem parere, neque suum arbitrium pervicaciter sequi. Proxima vero quæ inscribitur, *Nestor*, quanam ratione reges admonendi sint instruit. Mox *Achilles* sequitur : qui Chironi non acquiescens, monenti (5*) prudentia potius atque arte quam audacia aut corporis viribus res bellicas geri, tandem neglecti consilii pœnas dedit. Quæ vero *Philoctetes* post hanc inscripta, fusius ejus infortunia commemorat. Post quas *Nessus et Dejaneira* [quæ vocatur oratio] absurdius de iis obsequii cujusdam causa conficta,

VARIÆ LECTIONES.

[46] πυρὶ A : περὶ ϛ. [47] καὶ om. A. [48] ἀρχήν ϛ. [49] καὶ add. A. [50] τῆς πατρικῆς A : πνευματικῆς ϛ. [51] τῶν Φιλοκτήτου] libri τῶν Ἐπικτήτου. [52] δέ τις A : τις δέ ϛ. [53] ἐπιδεικνύει ϛ. [54] καὶ ἡ Δηϊάνειρα] ἡ Διάνειρα A. [55] ὁ] ἡ corr. A.

NOTÆ.

(4) Imo contra Photium dixit Dio, Laudasse se Diodorum, cum quæ hunc prædicarat laudavit civitatem.

(5) Lege Sophoclis *Philocteten.* Nam Æschyli atque Euripidis intercidere, et hujus mox nostri Philoctetæ meminit quoque M. Tullius *Tusc.* II, et ibi Beroald.

(5*) Hesiodum Chironis ad Achillem instituendum Præceptionem scripsisse ex aliquorum sententia Pausan. *Bœotic.*

Digitized by Google

in seriem quamdam atque ordinem meliorem videtur reformare. *Chryseis* [item dicta oratio] laudatio Chryseidis est. *De regno* vero *et tyrannide* oratio, de his ipsis disserit, ut tres deinceps sequentes *De Fortuna* gratas simul ac philosophicas meditationes exhibent. Ad eumdem modum, quæ has excipiunt, totidem *De gloria* orationes, suadent et monent contemnendam esse vulgi gloriam : ubi pulchræ simul et utiles considerationes inter hortandum miscentur. LII. *De virtute* et inscribitur, et disserit. LIII. Agit *De philosophia*, ut LIV. *De philosopho*. At LV. *De habitu cultuque corporis* inscripta, docet non ob tunicam mox et calceos philosophorum, neque ob externam cultus speciem philosophum quemquam esse judicandum. LVI. *De fiducia* titulum sortitur; ut contra huic proxima *De diffidentia*. Suadent hæ cavendum cui fidas, aut te credas; ne iis quidem, qui vel maxime amare videntur. Multos enim aliis confisos in magnam incidisse calamitatem : cum diffidentia munitis manifesta contigerit salus. Sed hæc quidem illa *De diffidentia* oratio. Præcedens enim edisserit, fiduciam magna ut plurimum **168** *a* damna confidentibus attulisse. Argumentum deinde orationis LVIII. quod docet inscriptio, *De lege* est, ut et insequentis LIX. *De consuetudine* : quam quidem tantumdem præstare, quantum lex solet, ostendit, sed cum voluptate id potius atque inductione, quam vi, multoque securius. Duæ vero orationes, quæ sequuntur, *De invidia* agunt, ut LXII. *De divitiis*, quarum molestias atque insidias ita omnibus notas facit, ut utiliorem longe esse statuat justitia comitatam paupertatem. LXIII. Inter Cilicas orationes *De libertate* habita inscribitur. Illum (6) autem liberum pronuntiat, qui suarum sit dominus perturbationum, affectionumque animi, tametsi mille ejus corpori imperent domini; illum contra servum, qui malis suis parens affectionibus, servitutem serviat, licet mundi totius imperium tenere videatur. Quam in sententiam subsequens quoque disserit, *De servitute et libertate* inscripta : ut et sequens, quæ *De servis* altera est. Hinc *De ægritudine*, hortatur non oportere virum generosum ac prudentem vinci aut perturbationi succumbere, sed contemnere potius, atque obterere. LXVII. *De avaritia* inscripta, vitare hoc malum jubet. LXVIII. oratio titulum præfert : *De bene dicendi exercitio*, atque hoc idem argumentum suggerit. Mox LXIX. agit inscribiturque *De sua* [*alios*] *audiendi cupiditate*. Septuagesimæ titulus est, *De secessu*, docetque non loca sola sectando, mox etiam vitiosas animi affectiones, ac vitæ tumultus vitari, sed ad seipsum sese convertendo, et ad sui cognitionem contendendo, aliunde accedentis mali

A *Χρυσηΐς* ἐπαινός ἐστι Χρυσηΐδος. Ὁ δὲ *Περὶ βασιλείας καὶ τυραννίδος* περὶ αὐτῶν τούτων διαλαμβάνει. Καὶ οἱ ἑφεξῆς δὲ γ' *Περὶ τύχης* λόγοι χαριέντά τινα καὶ φιλοσοφίας ἅμα ἐχόμενα θεωρήματα διατυποῦσιν. Ὡσαύτως καὶ οἱ μετὰ τούτους *Περὶ δόξης* γ' λόγοι συμβουλεύουσι καὶ παραινοῦσι μηδένα λόγον τῆς τῶν πολλῶν δόξης ποιεῖσθαι· καλὰ δὲ καὶ ὠφέλιμα τῇ παραινέσει συνδιαπλέκεται θεωρήματα. [537 R.] Ὁ δὲ ΝΒ' *Περὶ ἀρετῆς* καὶ ἐπιγράφεται καὶ δίεισι [80]. *Περὶ φιλοσοφίας* δέ ἐστιν ὁ Γ' καὶ Ν'. Ὁ δὲ [81] ΝΔ' *Περὶ τοῦ φιλοσόφου*. Ὁ δὲ Ε' καὶ Ν', *Περὶ τοῦ σχήματος* ἐπιγεγραμμένος, δείκνυσιν ὡς οὐ χιτῶνι καὶ ὑποδήματι φιλόσοφων ὁ κατεσχηματισμένος [83] ἤδη, καὶ τὸν βίον φιλόσοφός ἐστιν. Ὁ δὲ Ϛ' καὶ Ν', *Περὶ πίστεως* ἐπιγραφῆς τυχὼν, καὶ ὁ ἑφεξῆς,
B *Περὶ ἀπιστίας*, προτρέπονται φυλάσσεσθαι τὸ θαρρεῖν καὶ καταπιστεύειν καὶ τοῖς μάλιστα φιλεῖν δοκοῦσι· πολλοῖς γὰρ πιστεύσασι μὲν μεγάλη ἀπήντησε συμφορὰ, ἀπιστίᾳ δὲ φραξαμένοις λαμπρὰ περιγέγονε σωτηρία. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ *Περὶ ἀπιστίας* λόγος· ὁδὲ πρὸ αὐτοῦ διέξεισιν ὡς καὶ τὸ πιστεύεσθαι ὡς ἐπίπαν μεγάλα τοὺς πιστευομένους ἐζημίωσεν. Ἡ δ' ὑπόθεσις τοῦ ΝΗ' λόγου, ὥσπερ καὶ ἡ ἐπιγραφὴ, *Περὶ νόμου* ἐστίν· ὡς καὶ ἡ τοῦ ΝΘ' *Περὶ ἔθους*, ὃ πράττειν μὲν ὅσα ὁ νόμος ἀποδείκνυσι, μεθ' ἡδονῆς δὲ καὶ πειθοῦς μᾶλλον [277 H.] ἡ βίας, καὶ ἀσφαλέστερον. Δύο δὲ οἱ ἑφεξῆς *Περὶ φθόνου* διαλαμβάνουσι, καὶ ὁ Β' καὶ Ξ' *Περὶ πλούτου*, τὸ ὀχληρὸν αὐτοῦ καὶ ἐπίβουλον στηλιτεύων, καὶ πολλῷ
A oppugnando, conari ejus omnipotentiam evertere, sed illud etiam omni penitus vi moliri, ut omnium rerum naturam confundat atque in aliam formam transmutet. Nam si justitia non potest quod injustitia (nunquam enim injuriam fecerit justitia), vitium utique plus poterit quam virtus : eademque ratione, si homo lapis esse non potest, lapis potentior sit, quam rationis particeps animans. Atqui si hæc iterum invertas, nihilominus quæ viribus potiora judicabantur, rursum imbecilliora videbuntur iis quæ potestate vincebant : et de cæteris omnibus ad eumdem modum. Ita ludicrum quid hujusmodi ratiocinatio est, et negationis sophisticæ ludibrium. Refellatur igitur horum vel nequitia, vel inscitia, si dicatur, quod aut non norint, aut certe novisse nolint,

B duplex esse potentiæ nomen. Alias enim proprie significare potentiam, qua et Deus omnipotens appelletur, et omnia quæ exsistant ex innata sibi ac propria vi, quæ ad naturam suam pertinent, operari dicantur : alias vero duntaxat, quod decorum et conveniens sit, significare. Cum itaque dicimus *non posse Deum seipsum negare*, hoc dicimus, *neque decens esse Deo, neque convenire propriam naturam inficiari*. Similiter cum dicimus *non posse ullam mutationem admittere, vel a bonitate excidere*, non decere ipsum dicimus, neque convenire ut aliqua illi vel mutatio vel alteratio attribuatur : quod non modo nullam mutationis significationem habet, sed omnipotentiæ potius firmissimum est testimonium ; eademque in cæteris ratio. Sed hæc [illis argumentis] obiter interposita sunto.

ιδ'. Ὁ δὲ σπουδαῖος οὗτος συγγραφεὺς τοῦ παρόντος βιβλίου [48] κεφάλαιον [49] ποιεῖται ιδ', ὃ μείζονος εἶναι καὶ τιμῆς καὶ σοφίας κατασκευάζει τῆς πλάσεως τὴν ἀνάπλασιν, τά τε ἄλλα καὶ ὅτι ἡ μὲν πλάσις λόγῳ προήχθη, αὐτουργίᾳ δὲ τοῦ Δημιουργοῦ ἡ ἀνάπλασις. Καὶ Παῦλον δέ φησι λέγειν, ἐξαίροντα τὸ τῆς σοφίας μέγεθος, *Ἵνα* [50] *γνωρισθῇ νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις διὰ τῆς Ἐκκλησίας ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ, ἣν ἐποίησεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*. Καὶ τὸ τῆς ἀγάπης δὲ τοῦ Θεοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀνυπέρβλητον ἐνδεικνύμενον οὐχ ὅτι κατ' ἀρχὰς τὸν ἄνθρωπον ἔπλασε φάναι, [303 H.] οὐδ' ὅτι κατὰ τὴν αὐτοῦ εἰκόνα ἐπλαστούργησεν, οὐδ' ὅτι ἄλλο τι τῶν μεγάλων καὶ θαυμαστῶν ἔργων ὑπέστησεν. Ἀλλὰ τί; τὴν ἔνσαρκον παρουσίαν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ, δι' οὗ ἡμῖν ἡ ἀνάπλασις. *Οὕτω* [51] *γὰρ*, φησὶν, *ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς*. Τίνος γὰρ οὐκ ἂν ἀγάπης εἴη, οὐ λέγω τὸ δοῦναι τὸν Μονογενῆ ὑπὲρ ἡμῶν εἰς θάνατον, ἀλλὰ καὶ αὐτό γε τοῦτο, τὸ εὐδοκῆσαι τὸν Υἱὸν, Δεσπότην ἁπάντων ὄντα, μορφὴν ἀναλαβεῖν [52] δούλου, ὅτι μηδ' ἦν γυμνῇ τῇ θεότητι οὔτε εἰς ὄρασιν ἀνθρώπου ἐλθεῖν, οὔτε διὰ τῶν σωματικῶν ἔργων τε καὶ πράξεων τὴν

14. Jam vero probus sane noster hic auctor quartum decimum hujus operis caput illud statuit, quod majoris esse et præstantiæ et sapientiæ docet creaturæ reformationem, quam formationem ; cum cæteris de causis, tum quod per solum verbum formatio confecta sit, reformatio autem nonnisi per ipsiusmet Creatoris operationem. Paulum igitur sapientiæ magnitudinem efferendo, ista loqui ait : *Ut innotescat principibus et potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei, quam fecit in Christo Jesu* [21]. Eum item, qui insuperabilem Dei erga nos amorem ostendere conatur, non hoc commemorare, quod ab initio hominem formaverit, neque quod suam ad imaginem hunc effinxerit, ut nec quod magnum aliquod aut admirandum opus susceperit. **184** Quid igitur ? Filii ipsius per carnem adventum refert, per quem utique nostra est patrata reformatio. *Sic enim*, inquit, *Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum dederit pro mundi vita* [22]. Nam quantæ, obsecro, dilectionis fuerit, non dico unigenitum suum pro nobis morti addicere, sed vel hoc ipsum, complacuisse omnino, ut Filius, cum mundi dominus esset, formam servi acciperet : eo quod non posset nuda deitas vel in hominum se conspectum dare, vel per corporeas

[21] Ephes. III, 10. [22] Joan. III, 16.

VARIÆ LECTIONES.

[46] ὅταν μὲν οὖν ς. [47] εἶναι τῷ Θεῷ ς. [48] βιβλίου] libri β'. [49] κεφαλαίου ς. [50] ἵνα] Ephes. III, 10. [51] οὕτω] Joan. III, 16. [52] ἀναλαβεῖν A : λαβεῖν ς.

Digitized by Google

actiones et opera, eam instituendæ vitæ rationem præmonstrare, quam ille prædicaret, ac per quam nobis salus quærenda esset ; vel nos ad educatum nobiscum una disciplinæ exemplar componere atque moderari. Atque hoc illud ipsum esse ait, quod relictis ovibus nonaginta novem [52], ad unam illam errantem accesserit, quam et in humeros sustulerit. Neque enim communi illa et usitata ratione, qua universum creavit, verbo quoque naturam nostram reformavit : sed quod pro re nulla alia sustinuit, non pro angelis, non pro ulla alia natura, hoc ad hominum toleravit salutem, servus pro domino factus. Merito igitur, quod modo referebam, reliquisse eum oves nonaginta dici ; parabola nimirum ænigmatice indicante, non tantum ad inopinatum magis opus magisque admirabile quam sit creatio, eum recessisse atque transivisse, sed ipsam etiam consuetudinem innovasse, cum non eo modo, quo initio hoc universum condidit, sed novo quodam, quique nulla oratione exprimi possit, renovationem nostram perfecerit.

15. Addit insuper, justa cum ratione ac necessario Verbum nobis per carnem salutem esse operatum. Quando enim jam antea omni alia via ac ratione frustra adhibita (etenim et prophetæ, et populi duces, et mirifica prodigia, et beneficia, minæque, ac pœnæ, vel ex parte vel etiam in universum [præcesserant]) humanum tamen genus in melius mutationem nullam admisit, morbusque insanabilis potius factus est : ex necessitate scilicet tum, atque consequentia, vel potius ex ineffabili bonitatis abundantia, Verbum (assumpta carne) ducem se ac præceptorem, atque instauratorem bona cum Patris voluntate, sancto etiam Spiritu cooperante, præbuit. Quam etiam esse causam contemplationis amantes observant, cur novissimis demum temporibus, non ab initio, ad carnem usque Verbum fuerit exinanitum. Cum enim præcedentem omnem curam atque providentiam non admitterent ii quibus hæc impendebatur, tum denique novissimis temporibus per seipsum nostram reparasse naturam.

185*a* His aliam quamdam adnectit quæstionem, quæ contra objici posse videatur. Sed oportebat, aiunt, hominem ab ipsomet principio probum ac bonum constitui ; quo neque molestiarum tantum facesseret, cum ad deteriora continenter defluendo, multiformi adeo ac varia gubernantis Dei cura ad salutem recuperandam indigeret : neque per injuriam aliquando violaretur, quod semel ad Dei imaginem conditum fuisset. Objici hæc quidem ait : verum audire hujusmodi homines ab ipsa Veritate : *Petitis, et non accipitis, eo quod male petatis* [54]. Quin et illud insuper ex his absurdum consequi, quod Dei neque providentia, neque judicio ullo modo contenti, ipsum conditorem velint ex suo

ὑπ' αὐτοῦ κηρυττομένην πολιτείαν, δι' ἧς ἡμῖν ἡ σωτηρία, ὑποδειχθῆναι, καὶ πρὸς μάθησιν ἡμᾶς καταστῆναι σύντροφον. Καί γέ φησι τοῦτο εἶναι τὸ καταλείψαντα [53] τὰ ιθ' πρόβατα ἐφ' ἓν ἐλθεῖν τὸ πλανώμενον, ὃ καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων ἦρε. Καὶ γὰρ οὐ κατὰ τὴν κοινὴν καὶ συνήθη τῶν ὅλων δημιουργίαν λόγῳ καὶ τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀνέπλασεν· ἀλλ' ὅπερ [54] ἐπ' οὐδενὸς τῶν ἄλλων ἠνέσχετο, οὐκ ἐπ' ἀγγέλων, οὐκ ἐπ' ἄλλης τινὸς φύσεως, τοῦτο ἐπὶ τῇ τῶν ἀνθρώπων ὑπέστη σωτηρία, ἀντὶ Δεσπότου δοῦλος χρηματίσας. Εἰκότως οὖν [55] καὶ καταλιπεῖν, ὡς ἔφην, τὰ ιθ' πρόβατα λέγεσθαι, τὴν εἰς ἄλλο παραδοξότερον καὶ θαυμασιώτερον τῆς δημιουργίας ἀναχώρησίν τε καὶ μετάστασιν καὶ τὴν τῆς συνηθείας καινοτομίαν τῆς παραβολῆς αἰνιγματιζούσης, καὶ ὡς οὐ καθ' ὃν τρόπον τὸ πᾶν ἐξ ἀρχῆς συνεστήσατο, ἀλλὰ καινοπρεπῆ τε καὶ ὑπὲρ πάντα λόγον τὸν ἡμέτερον ἀνακαινισμὸν ἐξειργάσατο.

ιε'. Εἶτά φησιν εὐλόγως τε καὶ ἀναγκαίως τὴν διὰ σαρκὸς σωτηρίαν τὸν Λόγον ἡμῖν πραγματεύσασθαι. Πάσης γὰρ ἄλλης μεθόδου προκαταβληθείσης [56] (καὶ γὰρ καὶ προφῆται καὶ δημαγωγοὶ καὶ ὑπερφυῆ τέρατα εὐεργεσίαι τε καὶ ἀπειλαὶ καὶ τιμωρίαι [589 R.] τοῦτο μὲν ἐπὶ μέρους, τοῦτο δὲ καὶ παγκόσμιοι) ἐπεὶ τὸ ἀνθρώπινον τὴν πρὸς τὰ κρείττω μεταβολὴν οὐκ ἠσπάσατο, τὸ δὲ νόσημα πρὸς τὸ ἀνίατον μᾶλλον ἐχώρει, κατὰ τὸ ἀναγκαῖον καὶ ἀκόλουθον, μᾶλλον δὲ ἀῤῥήτῳ φιλανθρωπίας πλούτῳ, ἑαυτὸν ὁ Λόγος, σάρκα προσλαβών, καθηγητὴν καὶ διδάσκαλον καὶ ἀνακαινιστήν, εὐδοκίᾳ Πατρὸς καὶ συνεργίᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, εἰσηγήσατο. Ὅ καὶ αἴτιον τοῖς φιλοθεάμοσιν ὁρᾶται τοῦ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, καὶ μὴ ἐξ ἀρχῆς, εἰς σάρκα τὸν Λόγον κενωθῆναι, ἀλλὰ πάσης σπουδῆς καὶ προνοίας ἠγησαμένης, εἶτα ταύτην οὐ προσδεχομένων τῶν προνουμένων, οὕτω λοιπὸν καιροῖς ἐσχάτοις δι' αὐτοῦ τὴν ἡμῶν οὐσίαν ἀνασώσασθαι.

Τούτοις ἀπορίαν συνάπτει ὡς ἐξ ἀνθυποφορᾶς προτεινομένην. Ἀλλ' ἔδει, φασί, τὸν ἄνθρωπον ἀπ' ἀρχῆς καλόν τε καὶ ἀγαθὸν ὑφεστάναι, ἵνα μήτε πράγματα τοσαῦτα παρεῖχε, ῥέων τε συνεχῶς πρὸς τὰ χείρω καὶ διὰ τοῦτο πολυτρόπου [304 H.] τε καὶ ποικίλης οἰκονομίας εἰς τὸ ἀνασωθῆναι δεόμενος, μήτε τὸ ἅπαξ κατ' εἰκόνα Θεοῦ δημιουργηθὲν ἐνυβρίζοιτο. Ἀλλ' ἡ μὲν ἀντίθεσις τοιαύτη· ἀκούσεσθε [57] δὲ ἄρα, φησί, τοὺς τοιούτους παρὰ τῆς Ἀληθείας, *ὡς Αἰτεῖτε* [58] *καὶ οὐ λαμβάνετε, διότι κακῶς* [59] *αἰτεῖσθε*. Ἀλλὰ καὶ ἕτερον αὐτοῖς ἄτοπον [60] ἕπεσθαι, τὸ μὴ τὴν πρόνοιαν καὶ τὴν κρίσιν τὴν θείαν στέργειν, αὐτοὺς δ' ἀπαιτεῖν τὸν πλάστην ταῖς ἐκείνων βουλαῖς τε καὶ γνώμαις τυποῦσθαί τε καὶ μεθαρμόζεσθαι, καὶ

[52] Luc. xv, 4. [54] Jac. iv, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[53] τὸ καταλ.] Luc. xv, 4. [54] ὅπερ A : ὅτιπερ ς. [55] οὖν add. A. [56] προκαταλυθείσης ς. [57] ἀκούσεσθε libri. [58] αἰτεῖτε] Jacob. iv, 3. [59] κακὰ ς. [60] ἄτοπον A : τόπον ς.

Digitized by Google

κατὰ τὰς ἐκείνων ψήφους, κἂν εἰς αὐγὰς οὔπω ἥκασιν ἡλίου, τὴν δημιουργίαν κατευθύνεσθαι. Ἔτι δὲ ἅμα τε οἱ αὐτοὶ καλὸν καὶ φαῦλον δεῖν [61] εἶναι τὸν ἄνθρωπον ἀποφαίνουσι. Τὸ γὰρ καλὸν μὲν εἶναι ζητεῖν, ἀνάγκῃ δὲ [τὸ] τοιοῦτον εἶναι προσαπαιτεῖν, τό τε αὐτεξούσιόν ἐστιν ἀφελεῖν, καὶ μηδὲν ὧν πράττουσιν ἄνθρωποι μήτε γέρας εἶναι μήτε ἀντίδοσιν· τὸ γὰρ ἀκούσιον οὔτε ἔμμισθον οὔτε ὑπεύθυνον. Ἀλλὰ, Ναί, φησι· τί γὰρ ἐκώλυε, καθάπερ τοὺς ἀγγέλους, οὕτω καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐκτίσθαι; καὶ μὴν κἀπὶ τῶν ἀγγέλων ἡ γνώμη κρατεῖ, καὶ οὐδὲν κατ' ἀνάγκην αὐτοῖς πράττεται. Καὶ μάρτυς ὁ ἐκπεσὼν Ἑωσφόρος, καὶ ὅσον αὐτῷ συναπέστη φῦλον δαιμόνιον. Πῶς δὲ καὶ ἄμεινον κατ' ἀγγέλους προαχθῆναι, ὅπου τὸ μὲν ἁμαρτάνειν ἐν αὐτοῖς ἀμετανόητον καὶ διὰ τοῦτο πάσης συγγνώμης ἀλλότριον, τὸ δὲ ἡμέτερον γένος καὶ πίπτοντες διὰ μετανοίας πάλιν ἀνίστανται; ἔστι μέντοι γε μετὰ τὴν Δεσποτικὴν ἐπιδημίαν καὶ ἐν ἀνθρώποις ἔργα μείζω καθορᾶν ἢ ὅσα πράττουσιν ἄγγελοι· *Ἴδε γὰρ ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν, ὡς εἰ καὶ* [62] *ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζεται ὑμῖν παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω.* Καὶ πάλιν· *Ὁ μὲν ἀρχάγγελος* [63] *Μιχαὴλ οὐκ ἐτόλμησεν ἐξενεγκεῖν βλάσφημον κρίσιν κατὰ τοῦ διαβόλου*, ἡμεῖς δὲ τὴν ἐξουσίαν [64] ἐλάβομεν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Καὶ ἀγγέλων μὲν οὐδείς, οὐδένα οὔτε αὐτὸς ἑαυτὸν, Θεὸν ἢ Θεοῦ Υἱὸν εἰπεῖν ἂν τολμήσειεν· [592 R.] τὸ δὲ ἡμέτερον γένος καὶ θεοὶ [65] καὶ υἱοὶ Ὑψίστου κεκλήμεθα. Καὶ ὁ μὲν ἐν ἐκείνοις Ἑωσφόρος [66] ὀνομαζόμενος, εἰπὼν ὅμοιος ἔσεσθαι τῷ Ὑψίστῳ καὶ τὸν θρόνον ὑπεράνω [67] θεῖναι τῶν οὐρανῶν, καὶ ὧν εἶχε καλῶν ἐκπεσὼν τὸν αἰῶνα γελᾶται καὶ κατακρίνεται· ἡμᾶς δὲ ὁμοίους εἶναι τοῦ Πατρὸς καὶ συνθρόνους γενέσθαι [68] τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ ἡ τῆς ἀληθείας ψῆφος τὴν ἄδειαν ἔδωκε. Καὶ τὸ μεῖζον· *Συνήγειρε* [69] *καὶ συνεκάθισεν ἡμᾶς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.* Καὶ, *Εἰ ὑπομένομεν* [70], *καὶ συμβασιλεύσομεν.* Καὶ, *Οἴδαμεν* [71], πάλιν ἄλλος τῶν μαθητῶν διαμαρτύρεται, *ὅτι ἐὰν φανερωθῇ, ὅμοιοι αὐτῷ ἐσόμεθα.* Ὥστε τοῖς βουλομένοις ἔχειν καὶ τὴν ἀγγέλων τιμὴν ἤδη κεχάρισται

consilio atque voluntate et formari, et reconciliari, ipsamque adeo mundi molitionem suo ex decreto, etiamsi tunc lucem nondum aspexissent, dirigi. Idem [addit] illud quoque clare demonstrant, probum simul et improbum esse hominem oportere. Dum enim probum quidem illum esse volunt, et simul necessario talem esse postulant, non liberum solum hoc pacto tollunt arbitrium, sed nullum quoque eorum quæ ab hominibus gerantur præmium esse vel remunerationem statuunt. Involuntarium enim quod est, id neque præmium meretur, neque pœnæ ulli est obnoxium. At certe nihil prohibebat, inquit, eadem homines conditione qua angelos, condi. Enimvero in angelis voluntas libera dominatur, et nihil ab illis necessario agitur. Testis est delapsus Lucifer, et quotquot cum ipso dæmones defecerunt. Verum quomodo nobis expedire magis possit angelorum conditione produci, quando peccatum ipsorum pœnitentiam non recipit, et propterea omni quoque venia careat : nostrum autem mortale genus etiam peccans per pœnitentiam rursum resurgat ? Et certe post Christi Domini adventum, etiam in hominibus majora opera videre licet, quam quæcunque ab angelis fiunt : *Ecce ego dico vobis* (inquit Paulus), *licet angelus de cœlo evangelizet vobis, præter id, quod accepistis, anathema sit* [72]. Et iterum : *Michael quidem archangelus non est ausus judicium inferre blasphemiæ diabolo* [73] ; nos vero accepimus potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici [74]. Neque angelorum quisquam se vel alium ausus est Deum, aut Dei Filium appellare : hominum vero genus, et dii et filii Dei nominamur [75]. Cum item dixisset, qui inter illos Lucifer **185***b* vocabatur, similem se futurum Altissimo, soliumque supra cœlum collocaturum [76], illis ipsis, quæ tum possidebat, bonis amissis, in sæcula ludibrio est, atque condemnatus manet : nobis tamen veritatis decretum potestatem illam fecit, ut similes Patri efficeremur, unaque cum ejus Filio in thronis consideremus. Illud amplius : *Conresuscitavit, et consedere nos fecit in cœlestibus in Christo Jesu* [77]. Et : *Si sustinebimus, etiam conregnabimus* [78]. Et : *Scimus* (alius iterum apostolus testatur) *quoniam cum apparuerit, similes ei erimus* [79]. Itaque his ipsis, qui angelorum honorem tantopere ambiunt, jam concessus ille est.

Ἀλλ' ἁμαρτάνομεν, φησίν, εὐχερέστερον· ἀλλ' ὅσον συνεχῶς, τοσοῦτον θᾶττον, ἂν ἄρα θέλωμεν, ἀνιστάμεθα· μυρίας γὰρ [73] ὁδοὺς τῆς μεταμελείας καὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν ὁ [505 H.] ὑπέρσοφος κηδεμὼν ἐχαρίσατο. Ἀλλ' ἐραστὴς σὺ τῆς πρὸς ἀγγέλους συγγενείας. Καὶ μὴν [73] ἠξίωσαι μείζονος· τοῦ γὰρ Δεσπότου συγγενεῖς κατὰ σάρκα γεγόναμεν. Ἔτι δὲ

Atqui peccamus, inquit, promptius. [Verum.] Sed quanto id promptius, tanto etiam citius resurgimus ; si modo volumus. Mille enim vias pœnitendi, nosque solvendi sapientissimus patronus donavit. At, heus tu angelicæ cognationis amator : majore etiam munere dignus es habitus. Nam cognati jam Christi per carnem effecti sumus. Quod item ab illis

[61] Galat. I, 8 et 9. [62] Judæ 9. [63] Luc. X, 19. [64] Psal. LXXXI, 6. [65] Isa. XIV, 14. [66] Ephes. II, 6. [67] II Tim. II, 12. [68] I Joan. III, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[61] δεῖ ς. [62] εἰ καὶ] Gal. I, 8. [63] ὁ μὲν ἀρχ.] Jud. 9. [64] τὴν ἐξουσίαν] Luc. X, 19. [65] θεοὶ] Psal. LXXXI, 6. [66] ἑωσφ.] Isa. XIV, 12. [67] ὑπεράνωθεν ς. [68] γίνεσθαι apographum Stephani. [69] συνήγειρε] Ephes. II, 6. [70] εἰ ὑπομ.] II Tim. II, 12. [71] οἴδαμεν] I Joan. III, 2. [72] γὰρ add. A. [73] καὶ μὴν καὶ ἠξ. ς.

Digitized by Google

peccatum est, tametsi forsitan minus est nostro, majori tamen pœna punitur. *Potentes enim potenter tormenta patientur* [33]. Rursus quod illis gravissimam affert pœnam, non parem nobis in pari delicto pœnæ adducit gravitatem. Quin etiam in nobis citius deletur, cum illis semel infusum peccatum, maneat indelebile. Et nobis quidem nostra cum corpore conjunctio, veniæ causam præbet ; illis vero, quanto corpore præstantiores habentur, tanto etiam minus deprecabilis castigatio infligitur. Quamobrem et vas electionis ait : *Angelos judicabimus, quanto magis sæcularia* [34]. Et, *Sancti mundum judicabunt.* Nimirum crassæ huic carni alligati, sed quæ meliora sunt, recte peragentes, liberos illos a corporeis vinculis, sed qui aut non paria nostris, aut pejora etiam patrant, judicamus, atque compescimus, minore cum potestate, quod melius erat, perficientes, præ iis, qui majorem facultatem obtinebant. Nobis insuper peccantibus tota est vita ad pœnitentiam atque emendationem proposita, cum angelos semel lapsos pœna mox consecuta sit. *Caligini enim*, inquit, *inferni immersos tradidit in judicium custodiendos servare* (43). Aliis sexcentis argumentis sapientissima Dei erga nos providentia perspicitur, et eorum qui nos angelos potius **186***a* quam homines conditos volunt, dementia atque insania palam exponitur. Quanquam, si secundum angelorum naturam hominem fabricasset [Deus], ne sic quidem reprehendendi studium repressum foret ; sed aliam rursus naturam quæreret, quæ angelicum vinceret statum. Interim tu et hoc mihi considera : si ad imaginem Dei conditus Adam angelorum par fuisset, et neque nos angelorum gloria caruissemus, ille tamen paulo infra angelos effectus, ob mentem scilicet elatam, minime quod acceperat conservasset, quo [quæso te] pacto, si majorem nactus esset prærogativam, non etiam graviore lapsu corruisset ? Neque illud omiseris. Quæ per necessitatem fit actio, ea non ratione præditorum est, sed ad irrationabilem atque inanimam naturam pertinet. Quare quæ liberum arbitrium homini adimit ratiocinatio, hæc equum nobis aut bovem, aut piscem, aut quæ stirpium naturam habent, pro ratione prædito animali, inducit. Quod si autem is, qui talia sentit, hujusmodi sibi pœnam irrogat, hoc neque injusto judicio fit (invenit enim parem delicto pœnam), et ipse per se exsecrandam suam opinionem arguit. Talia igitur quædam ubi disseruit, qui proposita modo argumenta exponit [Jobius], in liberi arbitrii laude quintum decimum caput concludit.

16. Caput vero decimum sextum non vulgarem continet quæstionem. Quærit enim admodum curiose,

τὸ μὲν παρ' ἐκείνων ἁμάρτημα, κἂν ἔλαττόν ἐστι τῶν παρ' ἡμῖν, κολάσει καθυποβάλλεται μείζονι· (*Δυνατοὶ* [74] *γὰρ δυνατῶς ἐτασθήσονται*). Ὁ δὲ ἐκείνοις ἐπάγει τὴν βαρυτάτην κόλασιν, οὐχ ὁμοίαν ἡμῖν ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις τῆς ποινῆς ἐπάγει τὴν βαρύτητα. Ἀλλὰ καὶ ἡμῖν μὲν θᾶττον ἀπαλείφεται, ἐκείνοις δὲ ἅπαξ ἐντακὲν διαμένει ἀνεξάλειπτον· καὶ ἡμῖν μὲν ἡ πρὸς τὸ σῶμα συνάφεια συγγνώμης αἰτίαν χαρίζεται, τοῖς δὲ ὅσῳ κρείττους δοκοῦσι τοῦ σώματος, ἐπὶ τοσοῦτον ἀπαραίτητος [75] ἡ τιμωρία περίσταται. Διὸ καὶ τὸ ἔκλογῆς σκεῦος ἔλεγεν· Ἀγγέλους [76] *κριτοῦμεν, μήτι γε βιωτικά* · καὶ, *Οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινοῦσιν*, οἷον [77] σαρκὸς παχύτητι συνδεθέντες καὶ κατορθοῦντες τὰ κρείττονα τοὺς ἐλευθέρους μὲν τῆς σωματικῆς πέδης, μὴ τὰ ἴσα δὲ ἢ καὶ τὰ χείρω πράττοντας κατακρίνομέν τε καὶ ἐπιστομίζομεν, ἐλάττονι δυνάμει τῶν ἐχόντων τὴν μείζω μᾶλλον τὸ ἄμεινον κατορθώσαντες. Ἀλλὰ καὶ ἡμῖν μὲν ὅλος ὁ βίος ἁμαρτάνουσιν εἰς διόρθωσίν τε καὶ μεταμέλειαν πρόκειται, ἀγγέλων δὲ τοὺς ἐξαμαρτόντας εὐθὺς ἡ τιμωρὸς ἔλαβε δίκη· *Ζόφῳ γὰρ* [78] φησὶ, *ταρταρώσας παρέδωκεν εἰς κρίσιν φυλαττομένους τηρεῖν*. Καὶ μυρίοις ἄλλοις ἥ τε πάνσοφος τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμᾶς γνωρίζεται πρόνοια, καὶ τῶν ἀγγέλους [79] μᾶλλον βουλομένων ἡμᾶς ἥπερ ἀνθρώπους γεγενῆσθαι τὸ παράφορον καὶ ἐμμανὲς στηλιτεύεται. Εἰ δὲ καὶ κατὰ τὴν ἀγγέλων φύσιν τὸν ἄνθρωπον ἔπλασεν, οὐδ' οὕτως ἂν ἐπεσχέθη τὸ φιλόμωμον, ἀλλὰ φύσιν πάλιν ἄλλην ἐπεζήτει τὴν ἀγγελικὴν νικῶσαν κατάστασιν. Σὺ δέ μοι κἀκεῖνο σκόπει. Κατ' εἰκόνα Θεοῦ πλασθεὶς ὁ Ἀδὰμ εἰ μὲν εἶχε τὸ ἰσάγγελον, οὐδὲ τῆς ἀγγέλων δόξης ἐστερήμεθα· εἰ δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους γεγονὼς ὅμως ὑπερήρθη τὸν νοῦν καὶ οὐδ' ὅπερ ἔλαβε διεσώσατο, πῶς ἄν, εἰ μειζόνων προνομίων ἔτυχεν, οὐχὶ μᾶλλον πρὸς τὸ χαλεπώτερον τῶν πτωμάτων κατενήνεκτο ; μηδ' ἐκεῖνο δὲ παρέλθῃς · Ἡ ἐξ ἀνάγκης πρᾶξις οὐ τῶν λογικῶν ἐστι, τῆς δ' ἀλόγου τε καὶ ἀψύχου φύσεως· [595 R.] ὥστε ὁ τὸ αὐτεξούσιον λόγος ἀφαιρῶν ἀνθρώπους ἀνταλλάττεται τοῦ λογικοῦ ζώου τὸν ἵππον ἢ τὸν βοῦν ἢ τοὺς ἰχθῦς, ἢ ὅσα φυτῶν ἀνιχνεύει φύσιν. Εἰ δ' ὅτι τοιαῦτα οὗτος διανοεῖται, τοιοῦτον αὐτῷ τὸ τίμημα ὁρίζει, οὐκ ἄδικος μὲν εἰς κρίσιν (εὗρε γὰρ ἀξίαν τῷ πλημμελήματι τὴν ποινήν), αὐτὸς δὲ δι' ἑαυτοῦ τὸ βδελυκτὸν τοῦ δοξάσματος ἐλέγχει. Τοιαῦτά τινα διεξελθὼν ὁ τῶν προκειμένων ὑποθέσεων ὑφηγητὴς εἰς ἔπαινον τοῦ αὐτεξουσίου τὸ ιε' κεφάλαιον διαπεραίνει.

Τὸ δὲ ις' τῶν κεφαλαίων οὐ τῶν ἀγεννῶν ἐστι ζητημάτων· πολυπραγμονεῖ γὰρ, *Διά τί ὁ ἄνθρωπος ἐκ*

[33] Sap. VI, 7. [34] I Cor. VI, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[74] δυνατοί] Sap. VI, 7. [75] ἀπαραίτητον libri. [76] ἀγγέλ.] I Cor. VI, 3. [77] οἷον] οἱ A. [78] ζόφῳ] II Petr. II, 4. [79] ἀγγέλους μ. βουλομένων mg. ς : libri ἀγγέλων μ. βουλομένους.

NOTÆ.

43) II Petr. II, 4. Aliter hæc leguntur in Vulg. *Rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in judicium reservari.*

Digitized by Google

δύο πολὺ τῇ φύσει διεστώτων συνέστη[80]· καὶ λύσει μὲν ὑπάγειν τὸ ζήτημα πειρᾶται, ἐνδεέστερον δὲ τῆς ἀπορίας [506 H.] φέρεται. Καὶ πρῶτον μὲν Πατρικὰ ὑποβάλλεται ῥήματα· δεύτερον δέ φησιν ὡς ἔδει τῷ λόγῳ διακοσμεῖσθαι τὸ περίγειον, ὥσπερ ταῖς οὐρανίοις δυνάμεσι τὰ οὐράνια, καὶ διὰ τοῦτο σύνθετον ζῶον ἐπὶ γῆς προῆλθεν ὁ ἄνθρωπος. Ταῦτα δὴ καὶ ἕτερα τοιαῦτα συνυφηνάμενος ἀπαρτίζει τὸ κεφάλαιον.

A *Cur homo e duobus plurimum natura distantibus compositum sit?* Ac profligare quidem et solvere quæstionem nititur, sed ipsam dubitationem non satis attingit. Primum ergo Patrum verba subjicit, deinde oportuisse ait ratione adornari terrenam portionem, perinde ut cœlestibus virtutibus cœli ornati fuerint, propterea que compositum animal in terris hominem prodiisse. Hæc et id genus alia contexens, caput hoc absolvit.

Εἶτα ζητεῖ, *Διὰ τί σαρκοῦται ὁ Θεὸς Λόγος;* καὶ ἐπιλύεται τὸ ζήτημα καθ' ἓν μέν, ἵνα, φησίν, ἡμῖν ὑπογραμμὸν[81] ἀρετῆς καταλίπῃ, δι' οὗ τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ περιγίνεται ἡμῖν οὐκ ἐξ ἀνάγκης, ἀλλ' ἑκουσίως κατὰ μίμησιν περιπατῆσαι. Ἔπειτα δὲ τὸ τοῦ Θεολόγου Γρηγορίου τίθησι ῥητόν· *Σάρκα γὰρ φορεῖ*, φησί, *διὰ τὴν ἐμὴν σάρκα, καὶ ψυχῇ νοερᾷ διὰ τὴν ἐμὴν ψυχὴν μίγνυται, τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ἀνακαθαίρων.* Καὶ ἔτι, ἵνα τὸ λογικὸν ὑπὸ τοῦ ἀλόγου καταδουλωθὲν αὐτὸς Λόγος ὢν ἐλευθερώσῃ ἀνακαλεσάμενος. Ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ ἐπεὶ ὁ Ἀδὰμ νικηθεὶς τὸ ἐν αὐτῷ θεοειδὲς τοῖς τῆς σαρκὸς μυρίοις κατέχωσε πάθεσι καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ βλάβην διέδωκε, διὰ τοῦτο σαρκοῦται ὁ Κύριος, καὶ τῷ πελάγει τῆς ἰδίας θεότητος τὴν τῆς ἡμετέρας φύσεως ὑποδέχεται σταγόνα, ὡς ἂν τὸ θνητὸν ὑπὸ τῆς ζωῆς καταποθῇ καὶ εἰς τὸ γένος ὅλον παραπέμψῃ τὸ δῶρον, καὶ ἵνα τὸ ἄφατον πέλαγος τῆς αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς φιλανθρωπίας ἐνδείξηται. Καὶ ὅτι τὸν δημιουργὸν αὐτὸν ἔδει καὶ τοῦ οἰκείου πλάσματος διαῤῥυέντος γενέσθαι ἀνακαινιστήν. Ἐπάγει δὲ ὡς καί τινα τῶν ἐπὶ τῆς Τριάδος κοινῶς λεγομένων πολλάκις τὸ ἱερὸν γράμμα ὡς κατ' ἐξαίρετον φέρουσιν ἐφ' ἑνὸς τῶν σεβασμίων ὑποστάσεων. Ταύτῃ τοι τὸ δημιουργικὸν καὶ ἐπὶ Πατρὸς καὶ Πνεύματος ἁγίου ὁμοτίμως ταττόμενον, ὅμως οἰκονομικῶς τῷ Υἱῷ πάλιν ὡς ἐξαίρετον ἀφορίζεται. Οὕτω καὶ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν, ἣν ὁ Λόγος εἰργάσατο, ἔστιν εὑρεῖν ἀναφερομένην εἰς τὸν Πατέρα. *Ἐλάλησε*[82] *γὰρ ἡμῖν*, φησίν, *ἐν Υἱῷ*[83]. Καὶ, *Ἵνα*[83*] *γνωρισθῇ νῦν ἡ πολυποίκιλος τοῦ Θεοῦ σοφία, ἣν ἐποίησεν ἐν τῷ Χριστῷ·* καὶ, *Αὐτοῦ*[84] *γὰρ ἐσμὲν ποίημα, κτισθέντες ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς*, ποίημα καὶ κτίσμα δηλονότι τὴν ἀνάπλασιν τῆς ἀποστολικῆς φωνῆς καλούσης. Καὶ πάλιν· *Γνωρίσας*[85] *ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, ἣν προέθετο ἐν αὐτῷ ἀνακεφαλαιώσασθαι, τὰ πάντα ἐν τῷ Χριστῷ*, καὶ μυρία ἄλλα. [596 R.] Εἰ γὰρ καὶ δι' Υἱοῦ τὰ πάντα γενέσθαι πιστεύομεν, ἀλλ' οὖν ἀνάγκη καὶ τὸν Πατέρα δημιουργὸν ὁμολογεῖν[86] διὰ τὸ ταυτὸν τῆς τε βουλῆς καὶ ἐνεργείας καὶ δυνάμεως, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ μάλιστά γε τὸ ἀπολαύειν τοὺς ἀναπλασθέντας τοῦ ἁγιασμοῦ, καὶ διαμέ-

17. Quærit hinc, *Cur Deus Verbum homo sit factus?* Solvitque dubitationem. Partim quidem, inquit, ut nobis exemplar virtutis relinqueret[38], per quod nobis ea facultas adsit, qua non necessario, sed libere ac sponte eum imitando, ejusdem vestigiis insistamus. Ubi mox Gregorii cognomento Theologi (44) verba apponit : *Carnem enim gestat* (inquit ille) *propter meam carnem, et animo intelligente propter meum animam miscetur, simili simile repurgans.* Præterea ut rationalem partem ab irrationabili in servitutem redactam, ipse rationale Verbum exsistens repararet, atque in libertatem restitueret. Ad hæc, 186[b] quandoquidem Adam victus, Dei in se imaginem innumeris carnis passionibus obruit, et ad posteros noxam transmisit, ideo carnem Dominus indüit, et in mari Deitatis suæ nostræ conditionis guttam suscepit, cum ut mortale a vita absorberetur, atque in universum genus beneficium effunderet, tum ut inexplicabile pelagus bonitatis suæ erga nos ostenderet : tum etiam quia opificem ipsum oportebat suæ creaturæ, quæ jam diffluxerat, instauratorem fieri. Addit insuper, ut eorum aliqua, quæ communiter de Trinitate dici solent, sæpenumero sacra Scriptura ad unam peculiariter venerabilium personarum referat. Ita sane creandi vis Patri ex æquo ac sancto Spiritui attributa, certa nihilominus ratione Filio rursus ut excellens quid assignatur. Sic et humani generis redemptionem, quam Verbum perfecit, reperias in Patrem referri : *Locutus est enim*, inquit, *nobis in Filio*[38*] ; et : *Ut innotesceret multiformis sapientia Dei, quam fecit in Christo*[36] ; et : *Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis*[37] : *facturam* videlicet et *opus* reformationem vocat Apostolus. Et rursum : *Cum notum fecisset nunc nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum suum, quod proposuit in eo, ad instaurandum omnia in Christo*[38]. Aliaque id genus plurima. Si enim per Filium omnia esse condita credimus, necessarium certe Patrem quoque creatorem consiteri, saltem propter idem velle, posse, ac facere. Similiter et Spiritum sanctum. Quippe quod jam reformati sanctimoniam consequantur, atque in

[38] I Petr. II, 21. [38*] Hebr. I, 2. [36] Ephes. III, 10 et 11. [37] Ephes. II, 10. [38] Ephes. I, 9, *ut notum faceret* Vulg.

VARIÆ LECTIONES.

[80] συνέστη A : συνετέθη ς. [81] ὑπογραμμὸν] I Petr. II, 21. [82] ἐλάλ.] Hebr. I, 2. [83] ἐν τῷ υἱῷ ς. [83*] ἵνα] Ephes. III, 10. [84] αὐτοῦ] Ephes. III, 10. [85] αὐτοῦ Ephes. I, 9. [86] ὁμολ. καὶ δι' ἃ ς.

NOTÆ.

(44) Homil. *de Natal. Christi.*

Digitized by Google

reformatione perseverent, id sancti Spiritus creantis atque conservantis præcipue opus est. *Spiritu* quoque, [de] rebus creatis ait David [39], *omnis virtus eorum*. Et vero clarum quod, dum Propheta ibidem dicit : *Verbo Domini cœli firmati sunt, Verbum* ut opificem celebrat. *Firmationem* enim vocat primam illam coagmentationem productionemque. Ut et quod efficiendi perficiendique potentiam Spiritui tribuat, per ea quæ adjunxit : *Et spiritu oris ejus omnis virtus eorum*. Gregorius (45) quoque divino suo ore dicit : *Primum angelicas potestates cogitat, atque illa cogitatio erat opus, quod Verbo complebatur, et Spiritu perficiebatur*, aliaque sexcenta. **187***a* Utiliter ergo, et ad institutionem atque introductionem satis accommodatæ divinæ cognitionis præconium processit. Etenim in Veteri Testamento, velut universorum (46) causa primaria primum prædicatur Pater. Deinde Filius tanquam operatrix causa declaratur. Tertio denique, ut causa perficiens, Spiritus sanctus. Quæ enim perficiendi vim habent, ea pro suo quod a fine habent nomine e profectu et incremento rerum temporumque manifestantur, coronæ videlicet illius instar, quæ ob athleticos sudores in fine renuntiato [victori] adaptatur : quamobrem etiam postquam hominem primum formavit Deus, ut eumdem deinde perficeret, *Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ* [40].

18. Hæc aliaque similia, quibus Spiritum sanctum perficientem esse doceat, ubi laboriosus hic homo studiose collegit : Propterea, inquit, illuminati catechumeni diebus septem candidati incedunt. Quæ item causa fuit, cur vetus Instrumentum, quod umbratilem baptismi typum gerebat, hoc idem observaret : *Comedite quoque* (ait) *panes, qui positi sunt in canistro consecrationis* [41]. *De ostio quoque tabernaculi testimonii non exibitis septem diebus* [42]. Et non dierum duntaxat numerum descripsit olim Vetus Testamentum, sed et quæcunque alia hic consequuntur. Primo etenim nunc baptizamur, deinde unguento ungimur, inde pretioso sanguine dignamur. Sic prorsus et Moses hæc adumbrans, abluit primo aqua eos qui consecrabantur, mox induit et cingit, deinde confert olei unctionem, et tum sanguine aspergit, atque ad panis sumptionem adducit. Quapropter et beatus Lucas in Evangelio [43] primum ait benedici Dominici sanguinis calici, et fideles participes fieri, atque ita demum panem sumere; quanquam divinus Apostolus calicis benedictionem alicubi præmittit, interdum vero corporis Dominici benedictioni subjicit. Ait enim : *Calix cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis*

νειν ἐν τῇ ἀναπλάσει, τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματός ἐστι δημιουργίας τε καὶ συνοχῆς. *Καὶ τῷ* [37] *Πνεύματι* δὲ τῶν παραχθέντων, φησὶν ὁ Δαβίδ, *πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν*. Καὶ δῆλον ὡς δι' ὧν μὲν ὁ προφήτης λέγει, *Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν*, ποιητὴν τὸν Λόγον ὑμνεῖ (στερέωσιν γὰρ τὴν πρώτην [307 H.] πῆξιν καὶ γένεσιν καλεῖ), τελειωτικὸν δὲ καὶ δυναμοποιὸν τὸ Πνεῦμα δι' ὧν ἐπήγαγε· *Καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν*. Καὶ ἡ Γρήγορος δὲ καὶ θεία γλῶσσά φησι· *Πρῶτον ἐννοεῖ τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις, καὶ τὸ ἐννόημα ἔργον ἦν λόγῳ συμπληρούμενον καὶ Πνεύματι τελειούμενον*, καὶ μυρία ἄλλα. Ὠφελίμως δὲ καὶ παιδαγωγίας καὶ εἰσαγωγῆς οἰκείως τὸ τῆς θεογνωσίας προελήλυθε κήρυγμα. Καὶ γὰρ διὰ μὲν τῆς Παλαιᾶς ὡς προκαταρκτικὸν τῶν ὅλων αἴτιον ὁ Πατὴρ πρώτως κηρύττεται, καὶ δευτέρως δὲ ὁ Υἱὸς ὡς δημιουργικὸν αἴτιον ἐμφανίζεται, καὶ τρίτως ὡς τελειωτικὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Τὰ τελειωτικὰ γὰρ τῷ τέλει φερωνύμως ἀναφαίνεται τῇ προκοπῇ καὶ αὐξήσει τῶν τε [38] πραγμάτων καὶ τῶν χρόνων, οἷα στέφανος ἀναῤῥήσεως; ἐπὶ τοῖς ἀθλητικοῖς ἱδρῶσι κατὰ τὸ τέλος ἐναρμοζόμενος. Διὸ καὶ τὸν ἄνθρωπον πλάσας ὁ Θεὸς πρῶτον, εἶτα τελειῶν [39], *Ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνεῦμα ζωῆς*.

Ταῦτα καὶ τοιαῦτα ἕτερα περὶ τοῦ ὅτι τὸ παν-
ἅγιον Πνεῦμα τελειωτικόν ἐστι διηγωνισμένος ὁ φιλό-
πονος οὗτος [40] ἀνήρ, Διὰ τοῦτο, φησὶν, οἱ φωτιζόμε-
νοι [41] ἑπτὰ ἡμέρας λαμπροφοροῦσι, διότι καὶ ἡ Παλαιὰ, σκιᾶς ἐπέχουσα πρὸς τὸ βάπτισμα τύπον, τοῦτο ἐφύλαττε· *Καὶ φάγεσθε* [41] γὰρ, φησὶ, *τοὺς ἄρτους τοὺς ἐν τῷ κανῷ* [42] *τῆς τελειώσεως, καὶ ἀπὸ τῆς θύρας τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου οὐκ ἐξελεύσεσθε ἑπτὰ ἡμέρας*. Καὶ οὐ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν ἡ Παλαιὰ μόνον προϋπέγραφεν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἄλλην ἀκολουθίαν. Καὶ γὰρ ἐνταῦθα πρῶτον μὲν βαπτιζόμεθα, εἶτα τῷ μύρῳ χριόμεθα, ἐκεῖθεν τοῦ τιμίου ἀξιούμεθα αἵματος. Οὕτω δὴ καὶ Μωσῆς σκιογραφῶν ταῦτα λούει πρῶτον τοὺς τελειουμένους τῷ ὕδατι, εἶτα ἐνδιδύσκει καὶ περιζωννύει, εἶθ' οὕτως ἐπιφέρει τὴν τοῦ ἐλαίου χρίσιν, καὶ οὕτω ῥαίνει τῷ αἵματι καὶ πρὸς τὴν τῶν ἄρτων ἄγει μετάληψιν. Διὸ καὶ ὁ θεῖος Λουκᾶς [43] ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ πρῶτόν φησιν εὐλογεῖσθαι τοῦ Δεσποτικοῦ αἵματος τὸ ποτήριον καὶ τοὺς πιστοὺς μετέχειν, καὶ οὕτω μεταλαμβάνειν τοῦ ἄρτου. Ὁ μέντοι θεῖος Ἀπόστολος τὴν εὐλογίαν τοῦ ποτηρίου ποτὲ μὲν προτάττει, ποτὲ δὲ τοῦ Δεσποτικοῦ σώματος ὑποτάττει. Καὶ γάρ φησι· *Τὸ ποτήριον* [43] *ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵ-*

[39] Psal. xxxii, 6. [40] Gen. ii, 7. [41] Levit, viii, 31. [42] ibid. 32. [43] Luc. xxii, 17.

VARIÆ LECTIONES.

[37] καὶ τῷ]Psal. xxxii, 6. [38] τε add. A. [39] τελειῶν A : τελεῖ ς. [40] οὗτος add. A. [41] οἱ φωτιζόμενοι i. e. οἱ βαπτιζόμενοι. v. Suicer. [41] φάγεσθε] Levit. viii, 31. [42] καινῷ ς. [43] Λουκᾶς] 22, 17. [43] τὸ ποτ.] I Cor. x, 16.

NOTÆ.

(45) Homil. 38, quæ est in Nativitate Christi.
(46) Quæ et B. Basilii doctrina est lib. *De Spir. sanct.* cap. 16, itemque Greg. Nyss. *Homil. in sanct. baptisma*.

Digitized by Google

ματος τοῦ Χριστοῦ ἐστιν; Εἶτα· Τὸν ἄρτον ὃν κλῶμεν· καὶ πάλιν· Οὐ δύνασθε ποτήριον Κυρίου πίνειν καὶ ποτήριον δαιμονίων· καὶ, Οὐ δύνασθε τραπέζης Κυρίου μετέχειν. Ἀλλαχοῦ δέ φησι· Τῇ [96] νυκτὶ ᾗ παρεδίδοτο, περὶ τοῦ Δεσπότου λέγων, Ἔλαβε τὸν ἄρτον, εἶτα ἑξῆς καὶ περὶ τοῦ ποτηρίου διαλαμβάνει.

[597 R.] Περὶ τοίνυν τούτων διαλαβὼν πειρᾶται αἰτίαν ἀποδιδόναι τῆς εἰρημένης διαφόρου τάξεως· καί φησιν, ὡς Ἐπειδὴ ἐν ἡμῖν πρῶτον τὸ αἷμα συνίσταται, εἶτα μεταβάλλεται εἰς σάρκα, φυσικῶς ἡ Γραφὴ κινουμένη τὴν τάξιν [508 H.] ταύτην καὶ κατὰ τὴν τῶν μυστηρίων διήγησιν ἐφύλαξεν. Ἡ δὲ ἀνάπαλιν τάξις τῆς κοινῆς τραπέζης μιμεῖται τὴν τάξιν· πρῶτον γὰρ ἐπ' αὐτῆς ὁ ἄρτος προτίθεται, εἶτα ὁ οἶνος ἐπιφέρεται. Τὴν δὲ κοινὴν ταύτην τράπεζαν μιμεῖσθαι πάλιν τὴν πλάσιν ἡμῶν· ἐπειδὴ γάρ, ὡς δοκεῖ τῷ Ἰὼβ [97], ἐκ πηλοῦ διεπλάσθημεν, ὁ δὲ πηλὸς ἐκ γῆς ἐστι καὶ ὕδατος, πλάσις δέ ἐστι τρόπον τινὰ καὶ ἡ τροφὴ, ἀναπληροῦσα καὶ ἀναπλάττουσα τὸ ἀπορρέον, διὰ τοῦτο ὥσπερ ἐν τῇ παρὰ Θεοῦ πλάσει τὸ ξηρὸν προείληπται τοῦ ὑγροῦ, οὕτω καὶ ἐν τῇ μιμήσει τῆς παρ' ἡμῖν πλάσεως ὁ ἄρτος τοῦ οἴνου προλαμβάνεται. Καὶ αὐτὸς μὲν τοιαῦτά τινα περὶ τῆς τάξεως φυσιολογεῖ, εἰ καὶ θειοτέρας θεωρίας ταπεινότερον.

Τὸ μέντοι λαμπροφορεῖν, φησὶ, τοὺς βαπτιζομένους, τῆς τῶν ἀγγέλων ἐστὶ σύμβολον λαμπρότητος, τὸ καθαρὸν ἐκείνοις τοῦ νοῦ καὶ ἀμιγὲς τῆς ὕλης καὶ τῶν παθῶν διατυποῦσης· ὧν χρὴ καὶ τὸν φωτισθέντα ἐν μεθέξει τῆς χάριτος γεγονότα, ἐν τοῖς τῆς [98] λαμπρότητος χαρίσμασι συντηρεῖν ἑαυτόν. Ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν αὐτῷ καὶ τὸ ιη' κεφάλαιον εἰς πέρας ἦχθη.

Ἐννεακαιδέκατον δὲ κεφάλαιον πραγματεύεται αἰτίας διερχόμενον· Δι' ἃς τῆς κοσμογενείας ὁ Μωσῆς οὐκ ἐξ ἀγγέλων ἤρξατο. Καί φησιν ὅτι Μωσῆς νομοθετεῖν μέλλων ἀνθρώποις, καὶ ἀγαθῶν μὲν ἐπαγγελίαν τοῖς κατορθοῦσιν ἀπειλὰς δὲ καὶ τιμωρίαν παρὰ Θεοῦ τοῖς ἐξαμαρτάνουσι ἐπανατεινόμενος, εἰκότως, ὡς ἐν ἱστορίας τρόπῳ, καὶ τὴν δημιουργίαν ἐκείνων πάντων εἰσάγει, ὧν ἡ χρεία πρός τε εὐεργεσίαν καὶ ἀπειλὴν τῶν νουθετουμένων [99] συντελεῖ· Ἔσται[1] γὰρ, φησὶν, ὁ οὐρανὸς χαλκοῦς[2] καὶ ἡ γῆ σιδηρᾶ. Καὶ ὅσα ἄλλα διὰ τῶν κτισμάτων τοιαῦτα ἢ πρὸς ἀπόλαυσιν τῶν κατορθούντων ἢ πρὸς κόλασιν τῶν ἁμαρτανόντων ἀναγέγραπται. Ἐπεὶ οὖν σκοπὸς ἦν τῷ νομοθέτῃ καὶ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει σωτηριώδεις νόμους εἰσαγαγεῖν, καὶ τῶν νομοθετηθέντων ἀσφάλειαν διά τε τῆς τῶν χαλεπῶν ἀπειλῆς καὶ τῆς τῶν βελτιόνων ὑποσχέσεως περιποιήσασθαι, ἑκάτερον δὲ τούτων ἐκ τῶν κτισμάτων παραλαμβάνειν, διὰ τοῦτο ὅσα μὲν συνετέλει πρὸς τὸν αὐτοῦ[3] σκοπὸν, τούτων καὶ ἱστορίαν τῆς γενέσεως ἀνετάξατο, ὅσα δὲ τέως οὐ κατήπειγεν, ὑπερτίθεται.

A *Christi est? et panis quem frangimus* [94], [*nonne participatio corporis Domini est*]? Et rursum: *Non potestis calicem Domini bibere, et calicem dæmoniorum.* Et: *Non potestis mensæ Domini participes esse* [95] [*et mensæ dæmoniorum*]. Alibi vero dicit: *In qua nocte tradebatur* (de Domino loquens), *accepit panem* [96], ac dein de calice disserit.

Hæc igitur ubi retulit, causam hujus varii ordinis reddere conatur, dum ait: Quandoquidem in nobis primus sanguis constituitur, qui hinc **187** *b* in carnem convertitur, naturali via Scriptura procedens, hunc etiam ordinem in mysteriorum narratione retinuit. Porro contrarius huic ordo, communis mensæ ritum imitatur. Primo enim in ipsa panis apponitur, ac tum vinum infertur. Communem autem illam mensam, rursum respondere nostræ formationi [addit]. Postquam enim (ut vult Job [97]) de luto formati sumus (quod e terra et aqua temperatur), nutritio autem quædam quasi formatio est, replens ac reficiens, quod defluxerat: idcirco quemadmodum in ea quam Deus fecit formatione, aridum ante humidum sumptum est, sic et in ea, quam nos hujus imitatione facimus formatione, panis ante vinum sumitur. Hujusmodi ille fere de ordine ex natura philosophatur; etsi id non satis pro dignitate theologiæ.

Quod autem candidam, qui baptizantur, vestem gerant, inquit, signum illud est angelici splendoris, qui puritatem mentis illis, sine mistione materiæ ac passionum, exhibet; quorum quidem gratiæ cum illuminatus sit particeps effectus, in nitoris accepti donis seipsum conservare debet. Atque in his decimo octavo capiti ab eo finis imponitur.

19. Capite decimo nono causas recenset: *Cur in mundi fabrica referenda, Moses ab angelorum creatione initium non duxerit.* Mosen ergo leges hominibus laturum, cum recte quidem agentibus bonorum promissionem, minas vero a Deo et pœnam sceleratis intenderet, merito ait pro historiarum more illorum etiam omnium creationem adducere, quorum usus vel ad beneficentiam, qui admoniti fuere, vel ad terrorem incutiendum valeret. *Erit* enim, inquit, *cœlum æneum, et terra ferrea* [98]. Et quæcunque aliæ hujusmodi creaturæ eorum vel ad usum recte agentium, vel ad correptionem peccantium descriptæ sunt. Cum igitur legislatori propositum fuerit, et mortali generi leges ferre salutares, et ipsis legibus latis præsidium, suppliciorum minis, ac præmiorum promissione, quærere, utrumque horum ex creaturis desumendo: propterea quæcunque ad hunc scopum conducunt, horum etiam creationis historiam pertexuit, iis quæ eo non pertinebant rejectis.

[94] I Cor. x, 16. [95] ibid. 20, 21. [96] I Cor. xi, 24. [97] Job xxxiii, 6. [98] Deut. xxviii, 23.

VARIÆ LECTIONES.

[96] τῇ] I Cor. xi, 23. [97] Ἰὼβ] 33, 6. [98] alterum τῆς add. A. [99] νουθετουμένων A: νενουθετημένων ς. sed malim νομοθετουμένων. [1] ἔσται] Deut. xxviii, 23. [2] χαλκὸς A. [3] αὐτοῦ A: αὐτὸν ς.

Digitized by Google

188*a* Deinde per sensibilem mundum, tanquam per imaginem, voluit Moses artificem ejus, et Creatorem, iis quibus legem ferebat exhibere : qui cum tunc adhuc crassiores essent, et vix e sensilibus atque cognatis rebus, eorum quæ videntur Creatorem possent cognoscere ; recte illud confici non potuit, cœpta ab angelis narratione. Ex ignotis enim, non autem ex apparentibus notitiam ignoti parare velle, inutilis sane conatus est, valdeque infirmus. Alioqui Deum si non recte, at aliquo saltem modo Judaica gens, etiam ante legem latam, glorificavit : cum angelorum ne appellationem quidem novisset nisi forsitan et item altero excepto, quibus id sancti Spiritus gratia revelarat. Confirmat quæ dicimus hoc [49], quod etiamnum Sadducæi Deum quidem exsistere, et architectum esse mundi fatentur, cum tamen angelos ullos esse pertinaciter negent. Angelorum vero natura atque appellatio a principio ignota, inde primum in notionem venit, ex quo Abrahæ in Deum pietas cognosci cœpit : unde aucta atque amplificata, in omnes deinde pios derivata est. Quanquam hos etiam Moses in fine suæ Historiæ cum alia creatura conjungens : *Lætamini*, inquit, *cœli, et adorent eum omnes angeli ejus* [50].

Tertium illud addit Jobius : si visibilia nobis viciniora, atque ad cognoscendum aptiora, quam invisibilia sunt, recte sensibilium tradens ortum Moses, majora tantisper rudibus tradere ob inaccessam difficultatem, et quæ multa indigeret instructione omittit. Tu porro hic una mecum considera, unum esse admodum de sensibilibus docendum illud, quod a Deo producta sint : cum de intelligibilibus duo hæc docenda veniant, et quod sint, et quod suam ex Deo subsistentiam acceperint. Propterea quoque angelorum non meminit Moses, dum mundi creationem narrare primum incipit ; ne qui forte fidem latius extendere cupiunt, atque instabiles sunt, ipsum quoque universum ab angelis conditum esse opinarentur. Si enim cum nullam hujusce causam Moses scribendo dederit, Hebræorum tamen non pauci, et quibus horum placet error, mundum ab angelis, quæque mundo continentur, creata esse nugantur, quanto utique auctior erat futurus morbus, si quid tale ab ipso legislatore Mose scriptum fuisset. Nunc vide mihi ratiocinationis hujus accurationem. Ab Adami prævaricatione ad usque Noe generationem, angelorum natura in hominum **188***b* cognitionem minime venit. Quæ prima omnium ætas fuerit. Ac ne in secunda quidem ætate, quæ in audacem illam turris ædificationem desinit. Sed nec tertia se potest ætas angelorum cognitione jactare, quæ usque dum Abraham Deum cognoscere cœpit, ut manifestum est, extenditur. At postquam Abrahæ promissiones illæ, quæ Dominicam incar-

A Δεύτερον διὰ τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου ὡς δι' εἰκόνος ὁ Μωσῆς τὸν τεχνίτην αὐτοῦ καὶ δημιουργὸν ἐβούλετο τοῖς νομοθετουμένοις ὑποδεικνύναι, ὅτε δὴ [309 H.] παχυτέροις οὖσι τηνικαῦτα καὶ μόλις ἐκ τῶν αἰσθητῶν καὶ συντρόφων αὐτοῖς δυναμένοις κατανοεῖν τὸν Δημιουργὸν καὶ τεχνίτην τῶν ὁρωμένων. Τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς περὶ ἀγγέλους διηγήσεως οὐκ ἐνῆν κατορθοῦν· ἐξ ἀδήλων γὰρ καὶ οὐκ ἐκ τῶν[a] φαινομένων τοῦ ἀδήλου τὴν γνῶσιν παρέχειν ἀσύμφορόν τε καὶ λίαν ἀσθενές. Ἄλλως τε δὲ καὶ Θεὸν μὲν, εἰ καὶ μὴ ὀρθῶς, ἀλλ' οὖν[b] ἀμηγέπῃ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος καὶ πρὸ τῆς νομοθεσίας ἐδόξαζεν, [600 R.] ἀγγέλων δὲ οὐδὲ προσηγορίαν ἠπίστατο χωρὶς ἑνὸς ἢ καὶ δευτέρου, οἷς ἡ τοῦ Πνεύματος ἀπεκάλυψε χάρις. Μαρτυρεῖ δὲ τὸ λεγόμενον, ὅτι καὶ μέχρι νῦν τὸ Σαδδουκαίων[c] ἔθνος Θεὸν μὲν εἶναι καὶ Δημιουργὸν ὁμολογεῖ, ἀγγέλους δὲ μηδαμῶς ὑπάρχειν ἀπαυθαδίζεται. Ἡ δὲ τῶν ἀγγέλων φύσις καὶ κλῆσις κατ' ἀρχὰς ἀγνουμένη ἐκεῖθεν εἰς γνῶσιν κατέστη, ἀφ' οὗ τὸ θεοσεβὲς τοῦ Ἀβραὰμ ἐγνωρίσθη· ἐντεῦθεν αὐξομένη κατὰ προκοπὴν εἰς πᾶν τὸ τῶν εὐσεβῶν διεδόθη γένος· πλήν γε καὶ ὁ Μωσῆς[7] ἐπὶ τέλει τῆς καθ' αὐτὸν ἱστορίας, τούτους τῇ ἄλλῃ συνταττόμενος κτίσει, *Εὐφράνθητε, οὐρανοὶ*, φησὶ, *καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτὸν*[8] *πάντες ἄγγελοι Θεοῦ.*

Τρίτον ἐκεῖνό φησιν. Εἰ τῶν ἀοράτων τὰ ὁρατὰ ἐγγυτέρω τε ἡμῶν[9] καὶ πρὸς γνῶσιν ἐπιτηδειότερα, εὐλόγως τῶν αἰσθητῶν παραδιδοὺς τὴν γένεσιν ὁ Μωσῆς τὰ μείζω τέως τοῖς εἰσαγομένοις διὰ τὸ δυσέφικτον καὶ πολλῆς παιδαγωγίας δεόμενον παρατρέχει. Κἀκεῖνο δέ μοι συνεπιθεώρει· Μιᾶς δέονται τῆς διδασκαλίας τὰ αἰσθητὰ, ὅτι προήχθησαν ἐκ Θεοῦ, τὰ δὲ νοητὰ διττὴν ἀπαιτεῖ, ὅτι τέ εἰσι καὶ ὡς ἡ τούτων οὐσίωσις ἐκ Θεοῦ. Ἔτι δὲ ἀγγέλων οὐκ ἐμνήσθη τῆς κοσμογενείας[10] ἀπαρχόμενος, ἵνα μή τινες τῶν εὐριπίστων τε καὶ εὐμεταβόλων δι' ἀγγέλων τὸ πᾶν ὑποστῆναί τε καὶ δημιουργηθῆναι δοξάσωσιν. Εἰ γὰρ καὶ μηδεμίαν ἀφορμὴν Μωσέως κατὰ τὴν συγγραφὴν παρασχόντος[11] ὅμως Ἑβραίων τε οὐκ ὀλίγοι, καὶ οἷς φίλον ἡ ἐκείνων ἀπάτη, δι' ἀγγέλων τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ δημιουργηθῆναι παραληροῦσιν, ἐπὶ πόσον ἂν οὐκ ἐπενεμήθη τὸ νόσημα, εἴ τι τοιοῦτον τῷ νομοθέτῃ ἀνεγέγραπτο; καὶ ὅρα μοι τὴν τοῦ λόγου ἀκρίβειαν. Ἀπὸ τοίνυν τῆς παραδάσεως Ἀδὰμ μέχρι τῆς Νῶε γενεᾶς ἀγγέλων φύσις εἰς ἀνθρώπων γνῶσιν οὐκ ἀφίκετο· περίοδος δ' ἂν εἴη αὕτη τοῦ χρόνου πρώτη. Οὐ μὴν οὐδὲ κατὰ τὴν δευτέραν περίοδον, ἥτις εἰς τὴν πυργοποιίας ἀπολήγει τόλμαν. Ἀλλ' οὐδ' ἡ τρίτη τοῦ χρόνου περίοδος τῇ τῶν ἀγγέλων ἔχει γνῶσει σεμνύνεσθαι, ἥτις μέχρι τῆς τοῦ Ἀβραὰμ θεογνωσίας, ὡς δῆλον, παρατείνεται. Ἐπεὶ δὲ τῷ Ἀβραὰμ αἱ συνθῆκαι τὴν Δεσποτικὴν ἐπιδημίαν οἱονεὶ θεμελιοῦσαί τε καὶ προδιοικονομοῦσαι[12] γεγόνασι, καὶ ἤρξατο μᾶλλον τὸ ἀνθρώπινον τῷ φωτὶ τῆς ἀληθείας τοὺς τῆς διανοίας [310 H.] ὀφθαλμοὺς

[49] Act. xxiii, 8. [50] Deut. xxxii, 42 sec. LXX.

VARIÆ LECTIONES.

[a] τῶν add. A. [b] οὖν] libri οὐκ. [c] τὸ Σαδδ. Act. xxiii, 8. [7] ὁ Μωσῆς] Deut. xxxii, 42. [8] αὐτῷ ς. [9] τε ἡμῶν A : πρὸς ἡμᾶς ς. [10] κοσμογονίας ς. [11] παρατυχόντος ς. [12] διοικονομοῦσα ς.

Digitized by Google

ἐναυγάζεσθαι καὶ τὸ παλίρρουν τῆς γνώμης εἰς στάσιν εὐσεβείας πίστιν διαπήγνυσθαι, τότε δή, τότε τῶν ἀγγέλων ἕνα διοικονομεῖται[13] τῇ παιδίσκῃ τοῦ Ἀβραὰμ Ἄγαρ διακονεῖν καὶ τὸ ἐν αὐτῇ καταπραΰνειν διηπορημένον τε καὶ ἄθυμον, μόνον οὐχὶ φωνὴν ἀφιείσης τῆς ἱστορίας ὡς πολὺ μέν ἐστι τὸ μέσον διακονίας καὶ δημιουργίας καὶ Δημιουργοῦ καὶ ὑπηρετούντων[14]· τὸ μὲν γὰρ κυριότητος καὶ δεσποτείας, τὸ δὲ ὑπακοῆς καὶ δουλείας. Διὸ καὶ Παῦλος, εἴ τις ἄλλος νομοπαθὴς ὤν, *Οὐχὶ*[15] *πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ Πνεύματα*, διακέκραγεν, *εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα*; διὰ ταύτην μὲν οὖν τὴν αἰτίαν, ὡς ἔφθην εἰπών, ἀγγέλων κατ' ἀρχὰς ἡ ἱστορία γένεσιν οὐκ ἀναγράφει. Καὶ ταῦτα εἰπὼν ὁ συγγραφεὺς, καὶ ἕτερα συνάψας τούτοις οὐκ ἔμοιγε δοκοῦντα τὸ ἀναγκαῖον πρὸς τὴν ὑπόθεσιν φέρειν προβάλλεσθαι, τὸν γ' ἀποπερατοῖ λόγον.

A nationem veluti fundabant, ac præordinabant, factæ sunt, humanæque mentis oculi veritatis luce collustrari magis cœpere, et animi fluctuatio stabili religionis fide confirmari; tunc certe angelus unus introducitur ancillæ Abrahæ Agar ministrans[51], qui illam animi pendentem ac deficientem solaretur. Tantumnon hanc vocem mittente historia, magnum esse discrimen inter ministerium et creationem, interque Creatorem et res creatas. Illud enim dominationis est atque imperii; hoc vero obedientiæ ac servitutis. Quamobrem et Paulus præter cæteros legis bene peritus: *Nonne omnes sunt administratorii Spiritus, in ministerium missi*[51]? exclamavit. Hac igitur de causa, ut diximus, angelorum creationem initio historia non attigit. Quæ quidem ubi B retulit auctor, aliaque adjunxit, quæ (mihi saltem) nequaquam ea videntur ad rem propositam afferre quæ necessaria erant, tertium tandem librum finit.

Lib. IV *et* V. *Cur Filius Dei homo factus.*

[601 R.] Ὁ δὲ δ' αὐτῷ καὶ ε' τοῦ βιβλίου[16] λόγος, ἐν δυσὶ κεφαλαίοις περιγραφόμενος, οὐδὲν ἕτερον διαλαμβάνει ἢ ὅτι τῶν πρεπωδεστάτων ἦν τὴν ἀπαράλλακτον καὶ φυσικὴν εἰκόνα τοῦ Πατρὸς ἡμᾶς τοὺς κατ' εἰκόνα μὲν γεγονότας, τὸν δὲ χαρακτῆρα κιβδηλεύσαντας, ταύτην ἡμᾶς ἀποκαθᾶραί τε τῶν κηλιδωμάτων καὶ εἰς τὸ ἀρχαῖον κάλλος ἀναμορφώσασθαι· καὶ ὡς ἔδει τὴν ἀληθῆ καὶ ἐνυπόστατον τοῦ Θεοῦ σοφίαν τοὺς εἰς ἀλογίαν παρατραπέντας καὶ πρὸς τὸν κτηνῶδη βίον ἀπονεύσαντας ἀπαλλάξαι τε τῆς ἀλογίας καὶ πρὸς τὸ νοερὸν ἐπαναγαγεῖν ἀξίωμα.

Quartus vero et quintus liber duobus capitibus absolvitur, neque aliud quid attingit, quam [cap. 20] decentissimum fuisse, ut immutabilis nativaque Patris imago nos ad eamdem conditos (sed qui formam illam jam corruperamus) a sordibus mundaret, et pristino decori restitueret: [cap. 21] utque oportuerit veram et hypostaticam sapientiam Dei conversos in insipientiam, et jumentis similes redditos a stultitia liberare, et ad rationabilis creaturæ dignitatem reducere.

Lib. VI. *Cur Creator, et Judex Dei Filius.*

Ὁ δὲ ς' αὐτῷ λόγος κεφάλαιον προβάλλεται πρῶτον, *Διὰ τί δημιουργὸς ὁ Υἱὸς λέγεται τῆς τε πρώτης ἡμῶν ὑποστάσεως καὶ τῆς ἐπὶ τέλει τῶν αἰώνων ἀναπλάσεως, εἶτα καὶ κριτὴς ἁπάντων ἐν τῷ καιρῷ τῆς κοινῆς*[17] *ἀναστάσεως.* Ἐχομένων γὰρ τῶν τριῶν τούτων καταστάσεων ἀλλήλοις καὶ πρὸς τὸν αὐτὸν δεσπότην καὶ τεχνίτην ἀναφερομένων, καὶ ἡ περὶ αὐτῶν[18] ἀλληλουχεῖται καὶ συνυφαίνεται ζήτησίς τε καὶ ἐπίλυσις. Ἐπεὶ γὰρ ἔκτισε, δικαίως καὶ διαλυθέντας ἀνακτίζει· καὶ ἐπεὶ τοῦτο, ἀκολούθως τῷ οἰκείῳ πλάσματι καὶ νομοθετεῖ· νομοθετῶν[19] δὲ δῆλον ὅτι καὶ τὴν κρίσιν τοῖς τε νομοφυλακοῦσι καὶ τοῖς τὸ παράνομον προελομένοις αὐτὸς ἀδέκαστον τὸ προνόμιον ἔχει διανέμειν. Προηγουμένης οὖν τῆς ζητήσεως, *Διὰ τί μηδεμιᾶς οὔσης ἐν τῇ Τριάδι διαφορᾶς, καθ' ὑπεροχὴν λέγω καὶ ἔλλειψιν, ὁ Υἱὸς μᾶλλον δημιουργός τε καὶ πλάστης ἀνακηρύττεται*, καὶ ταύτης τὴν λύσιν ἤδη λαμβανούσης, φανερὸν ὡς καὶ τὰ ἑφεξῆς τῶν ζητημάτων συνδιαλύεται. Φησὶν οὖν ὡς καλῶς καὶ εὐλόγως ἡ δημιουργία τοῦ παντὸς κατ' ἐξαίρετον τῷ Υἱῷ ἀναφέρεται. Καὶ γὰρ τοῦ Λόγου μετὰ σαρκὸς ἐπιδημήσαντος οἱ μείζους καὶ πλείους περὶ τὴν δημιουρ-

C Sextus liber primum illud [22] caput proponit: *Quare Dei Filius opifex dicatur, cum primæ nostræ existentiæ, tum reformationis in fine sæculorum, tum etiam Judex omnium, novæ resurrectionis tempore?* His enim tribus inter se connexis, et ad eumdem dominum artificemque 189 relatis, ipsa quoque quæstio et solutio connexam atque cohærentem rationem habent. Postquam enim creavit, merito perditos reparat. Quod cum ita sit, consequenter etiam suæ creaturæ legem fert. Unde et illud planum efficitur, ipsius esse sententiam incorruptam ferre, tam in legem servantes, quam in eam sponte violantes. Præmissa igitur quæstione: *Cur cum nulla sit in Trinitate gradus superioris aut inferioris differentia, Filius tamen potius opifex atque* D *formator prædicatur*: manifestum est, hac una soluta, reliquas quoque ex ea deinceps ortas quæstiones dissolvi. Quare affirmat recte ac merito universi creationem ad Filium per excellentiam referri. Cum etenim Verbum in carne ad nos venisset, plures ac majores hæreses de creatione processerunt. In his aliqui verum atque unicum Creatorem ignorantes, in varias causas mundi creatio-

[13] Gen. xxi, 17. [14] Hebr. i, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[13] ἵνα δὴ οἰκονομεῖται A. [14] ὑπηρετούντων A : δημιουργούντων ς. [15] οὐχὶ] Hebr. i, 14. [16] βιβλίου] libri, [17] καινῆς ς. [18] αὐτὸν ς. [19] νομοθετῶν A : νομοθετεῖ ς.

Digitized by Google

nem retulerunt. Unde non in multitudinem solum deorum quidam sese effuderunt, sed et bono malum opponentes, universi gubernationem indivisibilem in contrarias providentias distraxerunt. Quidam rursum individuæ et per omnia æqualis Divinitatis divisores amaros atque injustos se constituentes, tota Dei majestate Patri attributa, Filium ac Spiritum sanctum ab ejusdem naturæ participatione repulerunt : hoc pro sua dementia prætextu arrepto, quod et Deum unum (quem etiam Patrem prædicat vetus Lex) celebrarent, et noxam adducentis audaciæ esset, Filium vel Spiritum Deum confiteri. Ex his vero fuerint tum qui ignorantia Filii et Spiritus laborarunt; quotquot nimirum Judæorum atque gentilium tabefecit error; tum qui scientia quidem, sed fallaci præditi (ut Arius atque Macedoniani) ipsum Creatorem impie rebus creatis annumeraverunt. Vide igitur, quando hic error longe adeo lateque invalescere potuit; si etiam creationis universi dignitas definite Patri esset attributa, prætereaque redemptio atque judicium, quis non impiis dementiæ color ac prætextus confingeretur, quo Filium ac Spiritum sanctum, vel nullo modo subsistere vel subsistentem in creaturarum ordinem redigere auderent? Propterea igitur Pater Filio justa de causa cedit, cum creationis dignitate ab initio, tum reformationis, tum etiam judicii. **189***b* Verumtamen non si in eorum aliquo, quæ modo diximus, Filio cessit Pater, mox etiam in omnibus cessit. Neque enim hoc disponentis omnia sapienter Providentiæ fuerit, quandoquidem tali nulla penitus apparente occasione, multi impiorum duo Testamenta contrariis legislatoribus assignarunt. Quare convenienti prorsus, quæque Deum deceat ratione, et sapientiæ plena dispensatione, Filio non formatio solum atque reformatio, sed judicium quoque (etsi tribus personis communia hæc sint) per excellentiam attribuuntur. Sic igitur objectam quæstionem Dei amans scriptor hic dissolvit : cui et alia accedunt, quæ parem nequaquam cum suprascriptis utilitatem habent.

Ἔτι δὲ οὐδ' εἴ τις δοίη, φησὶ, φύσιν ἀγγέλων ἀναλαβεῖν τὸν ἡμῶν Σωτῆρα καὶ Λυτρωτὴν ἐπὶ τῇ τούτων σωτηρίᾳ, οὐδὲν ἂν κέρδος ἐκ τῆς συναφείας αὐτοῖς ἀπήντα. Ἀνάγκη μὲν γὰρ οὐκ ἂν αὐτοὺς μετῆγεν, ὥσπερ οὐδὲ τοὺς ἀνθρώπους, ἀπὸ τοῦ πτώματος ἐπὶ τὸ κρεῖττον· τὸν δὲ θεοφιλῆ καὶ ἄριστον βίον πρᾶξις ἀρίστη καὶ νεῦσις εἰς Θεὸν, ὅπερ ἐστὶ πίστις ἀκηλίδωτος, κατασκευάζει, ὧν ἡμῖν εἰσηγητὴς καὶ διδάσκαλος ὁ σαρκωθεὶς ἐχρημάτισε Λόγος. Τούτων δὲ οὐδέτερον πρὸς [337 II.] διδασκαλίαν καὶ μάθησιν (ἤδεισαν γὰρ σαφῶς ἑκάτερον) τῷ τῶν ἀγγέλων συνετέλει γένει· ἐξ αὐτῆς γὰρ παραγωγῆς τὴν τούτων εἶχον γνῶσιν. Οὐ γὰρ, ὥσπερ ἡμεῖς, τῶν τοιούτων ἐπιδεὲς τὸ ἀσώματον. Καὶ γὰρ καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ σαρκὶ παρόντα δαίμονες ἐπεγίνωσκον, καὶ κριτὴν καὶ βασανιστὴν καὶ Δεσπότην ἀνεκήρυττον. Καὶ τὸ ἱερὸν Γράμμα μαρτυρεῖ λέγον, *Σὺ* [32] *πιστεύεις ὅτι Θεός ἐστι, καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι καὶ φρίσσουσι*· [652 R.] καὶ ἀλλαχοῦ, *Τὸν μὲν* [33] *Χριστὸν οἶδα, καὶ τὸν Παῦλον ἐπίσταμαι· σὺ δὲ τίς εἶ;* ἐξ ὧν δῆλον ὅτι τὸ δαιμόνιον φῦλον οὐ μόνον ἥδεται τε τὸν Θεὸν καὶ ἐδεδοίκει καὶ ἐσεβεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκείνου γνησίους θεραπευτάς.

Αἰτίαν δὲ τῆς ἀφάτου φιλανθρωπίας ἐπισύναπτε καὶ ταύτην. Ἡμῖν μὲν ἀνοίγει τὸν οὐρανὸν οὔπω γεγονότα βατὸν οὐδὲ θεατόν· ὃς καὶ οὐρανῶν, οἶμαι, βασιλεία προσαγορεύεται. Κατὰ γὰρ τὸν θεῖον Παῦλον, *Ἐνεκαίνισεν* [34] *ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον καὶ ζῶσαν*· καὶ, *Οὐκ* [35] *εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν, νῦν ἐμφανισθῆναι*

quod malum erat eligente, de sua gloria deturbati sunt. Nos contra et carne interturbante, et natis ex ea affectionibus titillantibus, ad pleraque delicta non sponte volentes, sed nec omnino inviti, delabimur. Dæmonum enim genus, tametsi sanguine delectetur, et carneis gaudeat affectionibus, non modo tamen eam naturam non accepit, ut quidquam horum perficere per se possit, sed neque ullam ex se proficiscentem causam habet quæ ad nefas trahat. Neque enim gladium dextra vibrat ad cædem, neque nuptias humanas cum adultera consuescens violat. Sed nec iracundia ipsum impellit, cæde ut acceptam injuriam vindicet, neque corporeæ commistionis amor. Nos vero sæpe, materiæ pondere incitati, ea quoque perpetramus, quæ sponte detestemur eligere, atque ad breve admodum tempus sobrietatis contentioni cedentes, rursus ab affectibus nostris captivi abducimur. Unde et Paulus clamabat. *Scio quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Nam velle adjacet mihi*[e], et quæ sequuntur : iterumque : *Non enim quod volo bonum, hoc facio, sed quod nolo* [*malum*] *hoc ago*[f]. Merito igitur, etsi plura quam dæmones, inquit, peccemus, nos veniam consequemur, non ipsi.

Amplius vero, neque si concesserit quispiam, inquit, **205***a* nostrum Salvatorem ac Redemptorem angelorum naturam pro illorum salute suscepisse, commodum ipsis ullum ex hac affinitate obveniat. Non enim necessitas ipsos, ut neque homines, a lapsu ad meliorem statum transferat : sed optima quæque operatio, atque propensus in Deum animus, quod est fides immaculata, gratam Deo vitam probamque efficit, quorum nobis dux et præceptor Verbum incarnatum fuit, cum eorum tamen neutrum ad angelici generis (cui hæc ipsa satis erant cognita) instructionem atque doctrinam conduceret; qui ab ipsa sui productione horum scientiam habuissent. Neque enim, ut nos, talibus incorporei indigent. Etenim Dei Filium in carne præsentem dæmones agnoscebant, et judicem eum pœnam inferentem, ac Dominum prædicabant[g]. Et sacræ hoc testatæ Litteræ aiunt : *Tu credis quoniam Deus est, etiam dæmones credunt, et contremiscunt*[h]. Iterumque alibi : *Jesum novi, et Paulum scio : tu vero quis es*[i]? Unde satis patet, dæmonum nationem non solum scire Deum, eumque metuere, et venerari, sed et germanos ejus cultores.

Porro ineffabilis in homines amoris Dei causam et hanc adjungit. Nobis [inquit] inaccessum antea, neminique adhuc visum cœlum (quod *cœlorum* puto *regnum* appellat) aperit. Nam secundum beatum Paulum : *Initiavit nobis viam novam, et viventem*[j]. Et : *Non in manufacta sancta introivit, sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis*[k]. Et :

[e] Rom. VII, 18. [f] ibid. 19. [g] Matth. VIII, 29. [h] Jac. II, 19. [i] Act. XIX, 15. [j] Hebr. X, 20. [k] Hebr. IX, 24.

VARIÆ LECTIONES.

[30] ἀκούσιον ς. [31] οἶδα] Rom. VII. 18. [32] σὺ] Jac. II, 19. [33] τὸν μὲν] Act. XIX, 15. [34] ἐνεκαίν.] Hebr. X, 20. [35] οὐκ] ibid. IX, 24.

Digitized by Google

Ubi præcursor pro nobis introivit Christus [l]. Hanc igitur viam revelavit, ad quam ut nobis præiret, justitiæ exemplar fuit, quo aliquando edocti, desiderio accenderemur, eoque accensi ad rem desideratam præpararemur. Angelis vero cœlum jam inde a principio notum fuit, atque testatum. Nostræ præterea conjunctus naturæ resurrectionem nobis, et incorruptionem atque immortalitatem per suam resurrectionem donavit. Incorporeum vero genus, cum sit immortale, hac non indiget gratia. Nostra insuper causa in carne peregrinatus, a diaboli, qua tenebamur, tyrannide nos liberavit, de principatibus [m] triumphans et potestatibus in cruce, data item nobis potestate calcandi omnem virtutem inimici [n]. Ubi si horum subiisset naturam, quosnam destruxisset [o]? Dei quibus triumphasset? Qualem item quibusdam potestatem dedisset, aut in quos?

205*b* Ad hæc vero cum nos lapsi sumus, nullum reliquum fuit exemplar, quod eamdem naturam integram retineret. At lapsis dæmonibus innumerabiles nihilominus incorporeorum acies invariate consistunt, quæ et divinæ ordinationis exemplum, et nunquam flexæ rectitudinis specimen exhiberent. Quapropter qui omnia sapienter, et supra quam dici potest, providet ac facit Deus noster, Deique Verbum, cum jam humana natura prolapsa esset, non hanc solum ex infinita sua in homines amoris vi assumit, sed per eam quoque omnibus, qui ejusdem naturæ essent, correctionem, incorruptionem et alia ista innumerabilia bona largitur: cum dæmonis tamen genus assumere neque justum, neque utile esse judicet. Sic 40 et quod sequitur caput ab speculativo et studiose scriptore clauditur.

42. Investigat unde nobis e deteriore in melius, et contra ad deterius e meliori mutatio tam frequens, varia, ac pene continua exsistat: incorporeis vero, aliis bonum sit immutabile, aliis vitium? Causam reddit, quod in nobis cum animi inclinatio in alterutram partem connitatur, ob subjectæ materiæ fluxum atque vacillationem, illa aliquando rationem superet, interdum etiam superetur: in illis, ad quos nequaquam materia irrepere potest, ratio sola in actiones omnes imperium obtineat. Quamobrem illorum quidem casus, qui sponte et imperantis revera more ad deterius delapsi sunt, fit immedicabilis, cum nihil quidquam in se validius habeant, quod sui juris mentem, jam ex se fluentem, ad id quod deterius, revocet: quemadmodum aliis contra, qui sponte ac libere amorem honesti acceperunt, nullo fluxu turbatum illud eorum desiderium conservatur. Cum nos interim veluti duplices quidam, ac propterea etiam male admissorum pœnitentia ducti, non ipsos tanquam alienos incusemus.

τῷ *προσώπῳ τοῦ Θεοῦ ὑπὲρ ἡμῶν* · καὶ, *Ὅπου* [36] *πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθε Χριστός*. Ταύτην οὖν τὴν ὁδὸν ἡμῖν ἀνεκάλυψε, καὶ ταύτης ἡμῖν καθηγήσασθαι δικαιοσύνης ἀπόδειξις ἦν, ὡς ἂν μαθόντες ἐπιποθήσωμεν, ποθήσαντες δὲ πρὸς τὸ ποθούμενον παρασκευαζώμεθα. Τοῖς δὲ ἀγγέλοις γνώριμος ἦν ἀπ' ἀρχῆς καὶ εἰς γνῶσιν ἠγμένος ὁ οὐρανός. Ἔτι δὲ καὶ ἡμῖν μὲν τὴν ἀνάστασιν ἐνωθεὶς καὶ τὸ ἄφθαρτον καὶ ἀθάνατον διὰ τῆς οἰκείας χαρίζεται ἀναστάσεως · τὸ δὲ ἀσώματον γένος, ἀθάνατον ὄν, τῆς τοιαύτης ἀνενδεὲς χάριτος. Καὶ δι' ἡμᾶς μὲν ἐπιδημήσας σαρκὶ τῆς κατεχούσης τοῦ διαβόλου τυραννίδος ἠλευθέρωσε, τὰς ἀρχὰς θριαμβεύσας καὶ τὰς ἐξουσίας ἐν τῷ σταυρῷ, καὶ δύναμιν ἡμῖν χαρισάμενος πᾶσαν τὴν τοῦ ἐχθροῦ δύναμιν καταπατεῖν · εἰ δὲ τὴν ἐκείνων ὑπέδυ φύσιν, τίνας ἂν κατήργησε; ποίαν δὲ τὴν ἐξουσίαν τίσιν ἐδίδου καὶ κατὰ τίνων;

Χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων, ἡμῖν μὲν πεσοῦσιν οὐδεὶς ἦν ὑπογραμμὸς τὴν αὐτὴν λαχὼν φύσιν διορθώσεως, τοῖς δὲ πεπτωκόσι τῶν δαιμόνων μυρία τάγματα τῶν ἀσωμάτων ἀτρέπτως ἑστηκότα πρόκειται, καὶ πολιτείας ἐνθέου παράδειγμα ὄντα καὶ διορθώσεως ἀκλινοῦς ὑποτύπωσις. Διόπερ ὁ πάντα σοφῶς καὶ ὑπὲρ λόγον προνοούμενος καὶ πράττων Θεὸς ἡμῶν, ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, τῆς μὲν ἀνθρωπίνης φύσεως τὸν ὅλισθον ὑποστάσης καὶ προσλαμβάνεται ταύτην ἀῤῥήτῳ φιλανθρωπίας μέτρῳ, καὶ δι' αὐτῆς πᾶσι τοῖς ὁμοφυέσι τήν τε διόρθωσιν καὶ τὴν ἀφθαρσίαν καὶ τὰ μυρία χαρίζεται ἀγαθά, τοῦ δὲ δαιμονίου φύλου οὐ μὲν οὖν οὔτε δικαίαν οὔτε συμφέρουσαν κρίνει τὴν πρόσληψιν. Οὕτω μὲν οὖν καὶ τὸ ἐπὶ τούτῳ τῷ φιλοθεάμονι καὶ σπουδαιολόγῳ ἀνδρὶ διανύεται κεφάλαιον.

Ἐν δὲ τῷ μβ' ζητεῖ πόθεν ἡμῖν μὲν ἔκ τε τοῦ χείρονος εἰς τὸ κρεῖττον καὶ πρὸς τὸ χεῖρον ἀπὸ τοῦ κρειττονος ἡ μεταβολὴ καὶ πολλὴ καὶ διάφορος καὶ μικροῦ συνεχὴς, τῶν δὲ ἀσωμάτων γενῶν τοῖς μὲν τὸ καλὸν ἀμετάβλητον, τοῖς δὲ τὸ φαῦλον. Καὶ τίθησῳ αἰτίαν ἡμῖν μὲν τῆς ἐφ' ἑκάτερα στασιαζούσης ῥοπῆς τῆς [338 H.] ὑποβεβλημένης ὕλης τὸ ῥοῶδές τε καὶ εὐπαράφορον, ποτὲ μὲν τοῦ λογισμοῦ κρατοῦσαν [37], ποτὲ δὲ κρατουμένην. Ἐν ἐκείνοις δὲ μηδαμῶς τῆς ὕλης παρεισδυσιν λαβούσης ὁ λογισμὸς μόνος τῶν πράξεων ἔχει τὸ κράτος. Διὸ τῶν μὲν ἑκουσίως καὶ ὡς ἀληθῶς αὐτοκρατορικῶς πρὸς τὸ χεῖρον ἀπενεχθέντων ἡ πτῶσις ἀνίατος γίνεται, οὐκ ἐχόντων ἕτερόν τι κρεῖττον ἐν ἑαυτοῖς, ὃ τὴν αὐτοδέσποτον γνώμην αὐτὴν ὑφ' ἑαυτῆς ῥεύσασαν πρὸς τὸ χεῖρον πάλιν ἀνακαλέσοιτο · ὥσπερ αὖ πάλιν τοῖς ἑκουσίως καὶ αὐτονόμως τὸν ἔρωτα τοῦ ἀγαθοῦ λαβοῦσιν [633 R.] ἀπαράτρεπτος ὁ πόθος ὑπὸ [38] μηδεμιᾶς ῥοῆς ἐνοχλούμενος διασώζεται. Ἡμεῖς δὲ ὥσπερ διπλοῖ τινές ἐσμεν · διὸ καὶ μεταμεληθέντες οἷς

[l] Hebr. vi, 20. [m] Coloss. ii, 15. [n] Luc. x, 19. [o] I Cor. ii, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[36] ὅπου] ibid. vi, 20. [37] lege κρατούσης — κρατουμένης. [38] ὑπὲρ ς.

Digitized by Google

ἁμαρτάνομεν, ὡς ἑτέρους ἑαυτοὺς ἐπιμεμφόμεθα. Δύο δὲ μαχομένων, καὶ τούτων ἀνὰ μέρος κρατούντων τε καὶ κρατουμένων, πῶς ἂν ἡ τὰ τοῦ πτώματος σχοίη τὸ ἀμετάβλητον; οὐ μόνον δὲ ἐπὶ τῶν πράξεων, αἳ τὸ ἐπαινετὸν ἢ τὸ ψεκτὸν φέρουσιν, ἐφ' ἡμῶν ἡ μεταβολὴ καὶ ἡ παλίρροια τὸ κράτος οὐκ ἔχει ἀνανταγώνιστον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἡμῶν ἐνεργειῶν καὶ παθημάτων. Οὔτε γὰρ διὰ παντὸς καθῆσθαι οὔτε ἑστάσθαι δυνάμεθα, ἀτονίας εὐθὺς τῆς κατὰ τὴν φύσιν ἑκατέρου τῇ ὑπερβολῇ συνεπομένης. Καὶ δῆλον τοῦτο, ὡς διὰ τὴν ἐν ἡμῖν τῶν στοιχείων διαφοράν τε καὶ μάχην συμβαίνει. Καὶ γὰρ τὸ μὲν θερμὸν τὴν ἄνω χώραν διώκει, τὸ δὲ γεῶδες βρίθει τε καὶ συγκαθέλκει πρὸς τὴν γῆν. Καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ τῶν παραπλησίων ὡσαύτως. Ἃ ἐπὶ τῆς ἀσωμάτου [39] οὐκ ἔχει χώραν φύσεως, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ἡμῖν τὸ ποικίλον καὶ πολύμορφον, οὕτως ἐν ἐκείνοις τὸ ἀποίκιλον καὶ μονοειδὲς ἐγκαθίδρυται. Ὅθεν τοῖς ἁπλοῖς μὲν καὶ μονοειδέσιν ἀκολουθεῖ τὸ δυσαλλοίωτόν τε καὶ δυσμετάβλητον, τοῖς δὲ συνθέτοις ἡ μεταβολὴ καὶ ἀλλοίωσις. Τὸ δὲ [40] μὴ πάντη πάντως τὸ ἀμετάβλητον καὶ ἀναλλοίωτον μηδὲ ἐν ταῖς ἀσωμάτοις οὐσίαις ὁρᾶσθαι (καὶ γὰρ μετεβλήθη τὸ δαιμόνιον ἀπὸ τοῦ κρείττονος εἰς τὸ χεῖρον) ἐκεῖνο ἄν τις ἴσως προφασίσαιτο, ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ ἀσώματον ἐκτροπῆς τε καὶ ἀλλοιώσεως ἤρξατο. Ἐκ μὴ ὄντων γὰρ εἰς τὸ εἶναι καὶ αὐτὸ παρήχθη, κἂν τῆς κατὰ τὴν ὕλην συμπλοκῆς ἐλευθέραν ἔσχε τὴν ὕπαρξιν. Τάχα δ' ἂν καὶ διὰ τὴν μίαν ταύτην ἐκτροπὴν μίαν καὶ αὐτοὶ τὴν πρὸς τὸ φαῦλον τῆς γνώμης ἀλλοίωσιν ἐπεδείξαντο. Ταῦτα εἰπὼν ὁ θεοσεβὴς οὗτος [41] φροντίσιν ἱεραῖς ἀνειμένος ἀνὴρ [42] ἐπιῤῥαπίζει τὴν Ὠριγένους περὶ δαιμόνων καὶ ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων καὶ ἀστέρων καὶ τῆς ἄλλης ὁρωμένης κτίσεως δυσσεβῆ τε καὶ ἀνόητον καὶ πολυπλανῆ φλυαρίαν, καὶ τέλος ἐπιτίθησι καὶ τῷ β' καὶ μ' κεφαλαίῳ.

Ἐν δὲ τῷ ἑξῆς δύο ταῦτα ζητεῖ, ἓν μὲν διὰ τί αἱ ἅγιαι καὶ νοεραὶ δυνάμεις, ὅσα γε ἡμῶν εἰς γνῶσιν ἦκε καὶ οἱ χρησμοὶ ἐξεπαίδευσαν, τὸ καλὸν ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους ἀμετάβλητον σώζουσιν, ὥσπερ αἱ πονηραὶ τὴν κακίαν· [339 H.] καὶ διὰ τί πολλῶν ἀνθρώπων μελλόντων κολάζεσθαι, *τὸ πῦρ* [43] ἔφησεν ὁ Σωτὴρ *ἡτοιμάσθαι τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ*. Καὶ πρὸς μὲν τὴν πρώτην ζήτησιν ἐφ' ἑκατέρας μερίδος, τῆς τε ἀγγελικῆς, φημί, καὶ τῆς δαιμονίας, τὸ ἁπλοῦν αἰτιᾶται καὶ ἀσύνθετον καὶ ἀποίκιλον, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὰ ἀντικείμενα τῆς μεταβολῆς ἐνυπάρχειν αὐτοῖς τὸ ἀπαράδεκτον. Πρὸς δὲ τὴν δευτέραν ζήτησιν, ὅτι διὰ τοῦτο πῦρ τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ [44] ἡτοιμάσθαι γέγραπται, ἀλλ' οὐχὶ τοῖς ἀνθρώποις, ἐπειδὴ ἐν ἡμῖν μὲν οὐκ ἀδόκητον [45] ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἡ μεταβολή, οὕτοι δὲ γνώμῃ παρέσχοντο τὸ ἀνέλπιστον. Τὴν εἰρημένην δὲ τοῦ Σωτῆρος φωνὴν ἅμα τε

A Duo vero ubi pugnant, et hi partim vincentes, partim victi : quomodo in his aut victoria, aut lapsus immutabilis sit? Neque vero solum in actionibus iis quæ laudem aut vituperationem merentur, mutatio et refluxus in nobis imperium sine repugnantia non habet : sed in aliis quoque nostris operationibus atque affectionibus. Nam neque semper sedere, neque rursum stare possumus, cum mox juxta alterutrius naturam virium remissio [in his] excessum **206***a* consequatur. Quod per elementorum in nobis varietatem et pugnam contingere constat. Calor enim ad supera impellit : terrenum vero quod est, deorsum vergit, atque ad terram detrahit; atque in similibus aliis ad eumdem modum quæ sane in incorporeis naturis locum non obtinent. Sed

B quemadmodum in nobis varietas, multiplexque forma, sic in ipsis nihil varium, at una perpetua forma residet. Unde simplices hos atque uniformes illud consequitur, ut alterari atque mutari nonnisi difficulter possint. composita vero comitatur mutatio atque alteratio. Quod autem non omnis omnino immutabilitas ne ab incorporeis quidem naturis abesse videatur (dæmon enim ex bono in malum mutatus est) illud forte aliquis prætexat, quod ipsa quoque incorporea natura ex mutatione atque alteratione initium sumpserit. Nam e non exsistentibus et ipsa producta est, tametsi a materiæ commistione liberam habet subsistentiam. Ac forsitan etiam ob unicam mutationem, unam quo-

C que ipsi mentis illam in malum mutationem ostenderunt. Hæc ubi pius ille, et sacris vir studiis deditus retulit, Origenis de dæmoniis, angelis, hominibus, astris, aliisque sub aspectum cadentibus conditis rebus impias, stolidas, et erroris plenas nugas refellit; sicque finem quadragesimo secundo capiti imponit.

42. In sequenti deinde capite de his duobus quæsrit. Primum, cur sanctæ et intelligibiles potestates (quod quidem noverimus, atque e sacris Litteris didicerimus) sic virtutem ab initio ad extremum usque immutabilem retineant, quemadmodum improbitatem malignæ? Quam item ob causam, cum multi essent homines puniendi, *ignem* dicat Salvator *diabolo et angelis ejus paratum* P. Atque ad primam qui-

D dem quæstionem, utraque in parte (angelorum, inquam, et dæmonum) [naturæ] simplicitatem, quæ neque composita neque varia sit, in causa esse ponit; ac per hoc eam quoque vim iis inesse, ut oppositas mutationis rationes suscipere nequeant. Ad alteram porro quæstionem respondet : Idcirco ignem diabolo ejusque angelis, non autem hominibus præparatum, scribi, quoniam in nobis non inopinata sit e malo in melius mutatio, cum illi confirmata sua voluntate, nullam de se spem reli-

P Matth. xxv, 41.

VARIÆ LECTIONES.

[39] ἀσωμάτου A, αὐτομάτου ς. [40] τὸ δὲ] fortasse leg. τοῦ δὲ. [41] οὗτος delevit A. [42] ἀνὴρ] οὗτος ἀνὴρ A, οὗτος ὁ ἀνὴρ cæteri. [43] τὸ πῦρ] Matth. xxv, 41. [44] αὐτοῦ om. A. [45] ἀδόκητος ς.

Digitized by Google

quam fecerint. Prædictam ergo Salvatoris sententiam simul **206***b* pro solutione dubitationis secundæ affert, et simul pro altero argumento, quo dæmonum naturam e malo non mutari posse ostendatur.

Post hæc capite 44 excutitur, qua de causa qui regenerationis lavacro tingendi accedunt, Satanæ et operibus ejus nuntium remittant : non item hominibus improbis, eorumque actionibus ? Enimvero si non dæmonum naturæ, sed operibus duntaxat eorum, tanquam malis, renuntiemus, pari ratione oportebat hominum non naturæ quidem, at certe operibus renuntiare. Non enim quod majora, difficiliora, ac supra naturam nostram dæmonum opera sint, recte quispiam pro dubitationis solutione dixerit. Nam contrarium potius hoc ipsum dubium auget : si quidem illa quispiam ne admittat, deprecetur, non quæ facere nullo modo possit, sed ad quæ agenda propendet. Ipsam igitur dubitationem sic fere instituit : cujus hanc subjicit solutionem. Primam quidem, quod dæmones resipiscere non possint : quod utique longe gravius atque abominandum magis est, quam alia multo graviora peccata : sed quæ ab hominibus, qui per pœnitentiam in viam reduci possint, committuntur. Alteram deinde, quod ab initio Salvator, et securitatis nostræ curator, terminum inimicitiarum immobilem, dæmonem inter et homines præfixerit, ut adversus ipsum odium immortale inter seipsos servantes, nunquam amplius oblatam ab ipso fraudem excipiamus : quemadmodum etiam singuli qui baptizantur, tanquam fateantur se ad id usque tempus cum primo suo parente Adamo deceptos fuisse, recte ac sapienter in posterum deceptoris amicitiæ renuntiant. De hominibus autem, tametsi improbe vivant, nihil tale Dominus, quin potius contrarium penitus præcipit. Ac de sexcentis id genus aliis, quæ hic commemorare poteram, unum illud e maxime necessariis, quod charitati mutuæ prospiciens Ecclesiæ lex (quam mille modis improbus dæmon disciudere conatur) omni eam via ac sapientia componere ac conservare jubet. Quare neque ipsos improbos, proximi cum sint [q], pro exsecrandis habere, atque odio esse permittit : sed contra, quoad ejus fieri potest, amare jubet atque diligere. Imo vero de purganda curandaque malitia cogitare, illosque ad se sumere, nullo autem modo repellere, præcipit. Idemque Paulus inter alia monet, qui Judæis **207***a* tanquam Judæus, et omnibus omnia factus est, ut omnino aliquos salvos faceret [r].

Quod si a peccatoribus justorum cœtus inde ab initio in hunc usque diem abstinuisset, quis salvus esset? Quomodo mundus sagena captus esset, si, cum peccatores nihil invicem utilitatis afferant,

A λύσιν ἐπάγει τῆς δευτέρας ἀπορίας, καὶ δεύτερον ἐπιχείρημα, [656 R.] δι' οὗ τὸ ἀμετάβλητον ἀπὸ κακίας τῆς δαιμονίας ἐπιδείκνυται φύσεως.

Ἐπὶ δὲ τούτοις ἐν τῷ μδ' κεφαλαίῳ διερευνᾶται, τίνος χάριν οἱ τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας προσερχόμενοι τῷ μὲν Σατανᾷ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ ἀποτάσσονται, οὐκέτι δὲ καὶ τοῖς πονηροῖς ἀνθρώποις καὶ ταῖς τούτων πράξεσι· καίτοι γε, εἰ μὴ τῇ τῶν δαιμόνων οὐσίᾳ ἀλλὰ τοῖς ἔργοις αὐτῶν ὡς φαύλοις ἀποτασσόμεθα, ἐχρῆν καὶ τῇ τῶν ἀνθρώπων μὲν οὐσίᾳ μὴ ἀποτάσσεσθαι, τοῖς ἔργοις δ' αὐτῶν ἀποτάσσεσθαι. Οὐ γὰρ ὅτι μείζονα καὶ χαλεπώτερα καὶ ὑπὲρ τὴν ἡμῶν φύσιν τὰ τῶν δαιμόνων ἔργα, τοῦτο B ἄν τις λύσιν θείη τοῦ ἀπορήματος· τούναντίον γὰρ μᾶλλον αὐξάνει τὸ ἄπορον, εἴπερ ἐκεῖνά τις ἁμαρτάνειν ἀπεύχεται, οὐχ ἃ μηδὲ πράττειν πέφυκεν, ἀλλ' ὧν εἰς τὴν πρᾶξιν καταφέρεται. Τὴν μὲν οὖν ἀπορίαν οὕτω συγκροτεῖ. Λύσιν δὲ ἐπάγει πρώτην μὲν τὸ τῶν δαιμόνων ἀμετανόητον, ὅπερ ἐστὶ καὶ τῶν πολὺ μὲν χαλεπωτέρων ἁμαρτημάτων, ἀνθρώποις δὲ πραττομένων, ἅτε δὴ μετανοίᾳ μεθοδεύεσθαι δυναμένων, λίαν βαρύτερόν τε καὶ βδελυκτότερον. Δευτέραν δὲ, ὡς ἀπ' ἀρχῆς ὁ Σωτὴρ καὶ τῆς ἀσφαλείας ἡμῶν προνοητὴς ὅρον ἔχθρας ἀμεταχίνητον μεταξὺ τοῦ τε διαβόλου καὶ ἡμῶν ἐπήξατο, ὡς ἂν τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχθραν ἀκήρατον ἐν ἑαυτοῖς διασώζοντες μηκέτι περ' αὐτοῦ προσαγομένην τὴν ἀπάτην εἰσδεξώμεθα [46]. Διὸ καὶ τῶν φωτιζομένων ἕκαστος, ὥσπερ ὁμολογῶν τῇ τοῦ προπάτορος ἀπάτῃ μέχρι C τότε συνέχεσθαι, καλῶς τε καὶ θεοσόφως τὸ λοιπὸν τῇ πρὸς ἐκεῖνον ἀποτάσσεται φιλίᾳ. Ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων, κἂν πονηρίᾳ συζῶσιν, οὐδὲν τοιοῦτον, ἵνα μὴ λέγω πᾶν τοὐναντίον, ὁ Δεσπότης ἐκέλευσε. Καὶ μυρία μὲν ἔστιν εἰπεῖν καὶ ἄλλα, ἓν δὲ τῶν ἀναγκαιοτάτων, ὡς τῆς εἰς ἀλλήλους ἀγάπης ὁ τῆς Ἐκκλησίας θεσμὸς προνοούμενος, ἣν μυριοτρόπως ὁ πονηρὸς διασπᾷν ἐπείγεται, πάσῃ μεθόδῳ καὶ σοφίᾳ συγκροτεῖν τε ταύτην καὶ συνέχειν νομοθετεῖ. Διὸ οὐδὲ αὐτοὺς τοὺς φαύλους ὁμοφύλους ὄντας βδελύττεσθαι καὶ μισεῖν ἐᾷ, τὸ ἀνάπαλιν δὲ στέργειν τε καὶ φιλεῖν, ὅση δύναμις, ναὶ δὴ καὶ [47] κάθαρσιν [340 H.] μὲν τῆς πονηρίας καὶ θεραπείαν ἐπινοεῖν, προσλαμβάνεσθαι δὲ, ἀλλ' οὐκ D ἀπωθεῖσθαι. Καὶ τοῦτο Παῦλος [48] μετὰ τῶν ἄλλων παραινεῖ, ὃς καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ὡς Ἰουδαῖος καὶ τοῖς Ἕλλησιν [49] ὡς Ἕλλην καὶ τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος καὶ τοῖς πᾶσι τὰ πάντα ἐγένετο, ἵνα πάντως τινὰς σώσῃ.

Εἰ δὲ τοῖς ἁμαρτωλοῖς ὁ τῶν δικαίων χορὸς ἀπ' ἀρχῆς μέχρι νῦν ἀπετάσσετο, τίς ἂν ἐσώθη; Πῶς δ' ἂν ὁ κόσμος ἐσαγηνεύθη, τῶν μὲν φαύλων ἀλλήλους οὐδὲν ὠφελούντων, τῶν δ' ἀγαθῶν τούτους βδε-

[q] Matth. v, 44, 45. [r] I Cor. ix, 29.

VARIÆ LECTIONES.

[46] εἰσδεξόμεθα ς. [47] ναὶ δὴ καὶ A : καὶ δὴ ς. [48] Παῦλος] I Cor. ix, 20. [49] καὶ τοῖς Ἕλλησιν — ἄνομος add. A.

Digitized by Google

λυσομένων τε καὶ ἀποπεμπόντων; Ἀλλὰ καὶ ἡ τῷ Πέτρῳ σινδὼν ὀφθεῖσα, καὶ πλήρης καθαρῶν τε καὶ ἀκαθάρτων ζώων ὑπάρχουσα, τὴν συναναστροφὴν μᾶλλον καὶ πρόσληψιν τῶν φαύλων, ἀλλ' οὐ τὴν ἀποστροφὴν ὑπηνίττετο. Εἰ δὲ τὴν ἀγάπην οὕτω πανταχοῦ τοῦ Θεοῦ Λόγου νομοθετοῦντος καὶ πάσης ἄλλης ἀρετῆς ὑπερέχουσαν διὰ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἀναβοῶντος ὅμως πολεμίως πρὸς ἑαυτοὺς διακείμεθα, καὶ μικροῦ τὸν πλησίον ἕκαστος, κἂν ἄριστος ᾖ, φθόνῳ κακίζομεν, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ ἐπιβουλεύομεν, [657 R.] εἰ τοιαύτης ἀφορμῆς ἐδραξάμεθα, λέγω δὴ τοῦ τοῖς πονηροῖς ἐκ νομοθεσίας τε καὶ ὁμολογίας ἀποτάσσεσθαι, ἐγὼ μὲν ἐξ ὧν ὁρῶ τὸ ἀνθρώπινον, καὶ τοὺς εὐεργέτας φημί, ἐπεὶ τούς γέ τι παραλυποῦντας, κἂν δικαίως τοῦτο πράττωσι, πάντως ἂν ἐκτόπως ἐμισοῦμέν τε καὶ ἀπεστρεφόμεθα, ἅτε δὴ παρακάλυμμα τῆς φθονερᾶς γνώμης καὶ τῆς πολλῆς ἐφ' οἷς μισοῦμεν ἀλλήλους αἰσχύνης τὴν θείαν ἐντολὴν προβαλλόμενοι καὶ συνήγορον ἔχοντες, καὶ οὐκ ἂν οὐδὲ μέχρι θανάτου τὴν πρὸς τοὺς τοιούτους ἔχθραν διελυόμεθα, κἂν τὸν ἥλιον μὴ ἐπιδύειν ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ἡμῶν τῆς Δεσποτικῆς νομοθετούσης ἀγαθότητος, καὶ τοῦ Πατρὸς μιμητὰς ἀποφαίνοντος ἐν τῷ πᾶσι καὶ τοῖς μισοῦσι χρηστοὺς εἶναι, *Ὃς βρέχει* [50] *ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους καὶ ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐφ' ἑκατέραν ὁμοίως μερίδα.* Εἰ δὲ ἦν νενομισμένον τοῖς πονηροῖς τῶν ἀνθρώπων τοὺς φωτιζομένους ἀποτάσσεσθαι, καὶ γυνὴ ἂν ταύτης τῆς ἀφορμῆς λαβομένη τοῦ ἀνδρὸς διεσχίζετο, καὶ γυναικὸς ὁ ἀνήρ, πατρός τε ὁ υἱὸς καὶ μητρὸς ἡ θυγάτηρ καὶ δοῦλος δεσπότου· ἐστηρίζετο γὰρ ἂν ἕκαστος τούτων τῇ πρὸς Θεὸν οἰκείᾳ ὁμολογίᾳ, καὶ νόμον ἐτίθετο τοῦτον ἀπαράβατον τῷ οἰκείῳ θελήματι βεβαιούμενον. Διὰ ταῦτα τοίνυν τῷ διαβόλῳ μόνον καὶ τοῖς δαιμονίοις καὶ τοῖς τούτων ἔργοις φεύγειν τε καὶ βδελύττεσθαι καὶ ἀποτάττεσθαι προστετάγμεθα, ἀμέτοχοι τῆς ἐκείνων γνώμης διὰ παντὸς συντηρηθῆναι ὁμολογοῦντές τε καὶ εὐχόμενοι, διὰ τὴν αὐτῶν πρὸς τὰ φαῦλα ἀκλινῆ τε καὶ ἀμετάθετον ῥοπὴν καὶ διὰ τὸ κόρον τῶν ἀμαρτημάτων μὴ δέχεσθαι. Ἀλλήλοις δὲ, κἂν ἀνθρώπινον ᾖ, κἂν εἰς τὸ Θεῖον διαβαίνῃ [51] τὸ ἁμάρτημα, οὐκ ὀξεῖαν καὶ ἀπότομον τὴν κρίσιν φέρειν ὀφείλομεν· λυμαντικόν τε γὰρ τοῦτο τῆς ἐμφύτου πρὸς ἀλλήλους στοργῆς, διὰ τὴν συνηρτημένην ὕλην τῷ γένει, καὶ ὅτι πεσοῦσιν ἐλπὶς διορθώσεως ὑπολείπεται [52]. Διὸ καὶ ἂν τις μὲν λέγῃ, *Οὐκ εἰμὶ καθ' ἕνα τῶν δαιμόνων*, [344 H.] ἐπείπερ ἀληθείαν φησὶν, οὐκ ἀπόβλητος· ὁ δὲ κατὰ τὸν Φαρισαῖον [52*] ἀλαζονευόμενος καὶ ὡς ὁτελώνης μὴ εἶναι μεγαλαυχῶν κατακρίνεται· οὔτε γὰρ αὐτὸς ὁ ἱστάμενος εἰ μὴ πέσοι δῆλον, οὔτε ὁ πεπτωκὼς εἰ μὴ στήσεται. Χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων κἀκεῖνο θεωρητέον, ὡς ἐπειδὴ τὸ μὲν δαιμόνιον φῦλον ἀμετανόητον, ἡμεῖς δὲ διὰ μετανοίας τῷ βαπτίσματι πρόσιμεν, δι' ὧν τοῖς ἁμετα-

A. Justi insuper illos exsecrarentur ac rejicerent? Sed et quod Petro visum est linteum [s], puris atque impuris animantibus plenum, ad consuetudinem potius malos assumendos, quam repellendos designat. Jam si tum etiam, quando charitatem adeo Dei Verbum ubique imperat, et omnibus aliis virtutibus majorem per suos sectatores clamitat, hostili tamen alii in alios animo sumus, et fere unusquisque proximum, tametsi optimus sit, per invidiam lædimus, atque interdum etiam ei insidias paramus: hac oblata occasione (ut scilicet improbis, ex lege atque pacto nuntius remittendus sit) equidem quantum hominum mores perspicio, ipsos quoque benefícos in nos, qui modo aliquam molestiam, etiam juste afferrent absurde utique et indecenter odissemus atque aversaremur, B. (velamentum nimirum noxiæ hujus voluntatis et probrosi illius quo invicem prosequimur odii divinum præceptum objicientes, et tanquam pro advocato habentes) ac neque ad extremum usque spiritum odium in tales unquam deponeremus, etiamsi solem non occidere super iracundiam nostram Domini bonitas præcipiat [t], atque per beniguitatem erga omnes, etiam inimicos, Patris sui imitatores fore declaret, *qui pluit super justos et injustos, et solem suum oriri facit super bonos, et malos* [u]. Et vero si lege decretum foret, ut baptizandi malos homines omnino valere juberent: jam et uxor hoc colore a viro discederet, et vir ab uxore, filius a patre, a matre filia, a domino servus. C. Confirmaret enim horum quilibet se suo cum Deo inito pacto, legemque hanc sibi propria voluntate corroboratam nunquam transgrediendam statueret. Has igitur ob causas solum diabolum atque dæmonia, et eorum opera jubemur fugere, exsecrari, repellere, ac nos per omnia liberos, ne cum iis sentiamus, conservare, profitentes atque optantes, propter eorum ad malum immutabilem et irrevocabilem inclinationem, et quia **207***b* peccatis non satiantur, eosdem nos minime admittere. In nos mutuo vero, sive in hominem sive in Deum admissum peccatum sit, celerem et abruptam ferre sententiam non debemus (noxium enim illud innato nobis amori mutuo esse solet), tum quod genus universum a materia dependeat, tum etiam quia D. lapsis spes restitutionis adhuc reliqua est. Unde si quis dixerit: *Egone vel unum dæmonem imitando sequor*: si quidem verum dicit, non est rejiciendus, sin, ut ille Pharisæus, sese jactitet, et Publicano non esse similem superbius glorietur, is utique damnatur [v]. Neque enim constat, an ille qui stabat jam non deciderit: neque annon sit surrecturus, qui ciderat. Præter ea vero, quæ jam dicta sunt, etiam illud considerandum, quoniam pœnitentia duci dæmones non possunt; nos vero per pœnitentiam ad baptismum accedimus, ex eo quod im-

[s] Act. x, 11 seqq. [t] Ephes. IV, 26. [u] Matt. V, 45. [v] Luc. XVIII, 9 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[50] βρέχει] Matth. V, 45. [51] διαβαίη ς. [52] ἀπολείπεται ς. [52*] τὸν Φαρ.] Luc. XVIII, 11.

Digitized by Google

pœnitentibus renuntiamus, pœnitentiam omnino Deo spondere nos apparet. Et vero qui dæmonibus ob id quod non resipiscant, renuntiavit, quomodo is non impœnitentiæ primum renuntiavit? Qui etiam prioris suæ nequitiæ atque impietatis veniam petit, quomodo is hominibus, qui iisdem obnoxii sunt passionibus, eamdem quam per pœnitentiam consecutus est misericordiam, secluserit?

Atque ista quidem hoc capite complexus est. inter quæ illud etiam ait nos in resurrectione angelicam vitam acturos, non jam amplius ad malum ullum pronos, sed in constanti statu confirmatos; non id quidem ex natura consecuti, sed ut et angelorum ordo, virtute sancti Spiritus. Eadem, inquit, ratione etiam illud dicit: *Qui minor est in regno cœlorum, major est Joanne Baptista*[x], quia scilicet præ abundantia gratiæ spiritalis mutari amplius nequit. Quando enim majorem Joannem inter natos mulierum appellavit, qui in Spiritus sancti donis veritas est, Conditor ac Dominus noster, cum hujus et futuræ vitæ differentiam ostenderet: Etsi nunc, ait, spiritalibus donis major est Præcursor, tanta tamen erit in futura vita harum rerum in melius commutatio, tantaque Spiritus copia, ut qui illis minor est, ampliora dona consecuturus sit, quam qui hic majora acceperunt. Qui enim hic degebat, etiamsi majus quid esset consecutus, nondum tamen habebat immutabilitatem; qui vero in cœlorum regno minor, quisquis tandem ille fuerit, quod tulit bonum, id simul stabile et nunquam adimendum tulit, nulli mutationis infirmitati obnoxius.

208 Quinto et quadragesimo capite in eam venit quæstionem: Quomodo illi duo, qui primi in utroque [rationalis creaturæ] genere conditi fuere, diabolus et Adam, statim a creatione ceciderunt? Et Adamum quidem omnium sui generis primum esse conditum, nemini dubium. Quod vero et diabolus tanquam dux antesignanus ceciderit, apud Job, inquit, [legitur] *Hoc est principium creationis Domini, factum, ut illuderetur ab angelis ejus*[y]. Et prophetа: *Quomodo cecidit Lucifer, qui mane oriebatur*[z]? Lucifer enim, cum motu quodam suo propinquior sit cæteris stellis, primus est auroræ nuntius. Quod proportione quadam olim in diabolum, respectu spiritalis justitiæ Solis convenisse, obscurius Scriptura indicat. Sed quod jam agitur: Etsi, inquit, minime jucundum creaturæ utriusque, tam intelligibilis quam quæ sensuum particeps est, primogenitos in interitum ruisse: posteris tamen omnibus illorum lapsus in communiter utile exemplar proponitur, præconis more exclamans, magnum ut incolumitatis suæ curam gerant, ne aut cum istis in eadem incidant mala aut talium certe rerum amore teneantur, per quas in perniciem aliquis ruat: sed omni modo omnique vi inobedientiam, quodque per illam committitur peccatum exsecrentur: quando ipsa quoque creationis velut

νοήτως ἐχούσιν ἀποτασσόμεθα, τὴν μενάνοιαν πάντως Θεῷ καθομολογοῦντες δεικνύμεθα. Καὶ ὁ τοῖς δαιμονίοις διὰ τὸ σφῶν ἀμετάθετον ἀποτασσόμενος πῶς οὐχὶ τῷ ἀμεταθέτῳ πρῶτος αὐτὸς ἀπετάξατο; Καὶ ὁ τῆς προτέρας αὐτοῦ πονηρίας καὶ ἀσεβείας συγγνώμην αἰτῶν πῶς ἂν τοῖς ὁμοιοπαθέσιν ἀνθρώποις, ὃν αὐτὸ διὰ μετανοίας ἔσχεν, ἀποκλείσειεν ἔλεον;

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ ἐν τῷ παρόντι κεφαλαίῳ· ἐν οἷς καί φησιν ὡς ἐν τῇ ἀναστάσει τὸν ἀγγελικὸν βιωσόμεθα βίον, μηκέτι πρός τι τῶν φαύλων ἐκκλίνοντες, ἀλλ' ἐν τῷ ἀτρέπτῳ στηριζόμενοι, οὐ φύσει τοῦτο κτησάμενοι, τῇ δὲ τοῦ Πνεύματος δυνάμει, ὥσπερ καὶ αὐτὸ τὸ τῶν ἀγγέλων σύστημα. Ταύτῃ τοί φησι καὶ τὸ, *Ὁ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μείζων ἐστὶν Ἰωάννου*, [660 R.] τουτέστι τῇ πρὸς τὸ ἄτρεπτον δαψιλείᾳ τοῦ Πνεύματος. Ἐπειδὴ γὰρ μείζονα τὸν Ἰωάννην ἐν γεννητοῖς γυναικῶν [ἐν] τοῖς τοῦ Πνεύματος [ἡ ἀλήθεια] χαρίσμασιν ὁ κοινὸς Δημιουργὸς καὶ Δεσπότης ἔφησε, δεικνὺς τὸ διάφορον τῆς μελλούσης πρὸς τὴν παροῦσαν ζωὴν καταστάσεως φησὶν ὡς, εἰ καὶ νῦν τοῖς πνευματικοῖς χαρίσμασι μείζων ἐστὶν ὁ Πρόδρομος, ἀλλ' οὖν τοσαύτη τις ἔσται κατὰ τὸ μέλλον ἡ τῶν παρόντων μεταβολὴ πρὸς τὸ ἄμεινον καὶ ἡ δαψίλεια τοῦ Πνεύματος, ὡς καὶ τὸν ἐκεῖσε μικρότερον τῶν ἐνταῦθα τὸ μεῖζον ἐχόντων μεγαλοπρεπεστέρας τυχεῖν δωρεᾶς. Καὶ γὰρ ὁ μὲν ἐνταῦθα, κἂν τὸ μεῖζον εἶχεν, οὐκ εἶχε τὸ ἄτρεπτον· ὁ δὲ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν μικρότερος, ὅστις ποτ' ἂν ᾖ, ὅπερ ἂν ἔφερεν ἀγαθὸν, ἀναφαίρετον συνεπεφέρετο, μηδαμῶς ἀῤῥωστίᾳ τροπῆς ὑποκείμενος.

Ἐν δὲ τῷ μ' κεφαλαίῳ εἰς ἐξέτασιν ἄγει πῶς οἱ δύο ἐν ἑκατέρῳ γένει πρωτόπλαστοι, ὅ τε διάβολος καὶ ὁ Ἀδὰμ, εὐθέως κτισθέντες ἐξέπεσον. Ἀλλ' ὅτι μὲν ὁ Ἀδὰμ τῶν ἐν τῷ αὐτῷ εἶδει πρωτόπλαστος, δῆλον· ὅτι δὲ καὶ ὁ διάβολος, ἐν τῷ Ἰώβ φησιν, ὥσπερ ὁ στρατηγὸς πρωτοστάτης πεπτωκώς, *Τοῦτό ἐστιν ἀρχὴ Κυρίου πλάσματος πεποιημένον εἰς τὸ καταπαίζεσθαι ὑπὸ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ*. Καὶ ὁ προφήτης, *Πῶς ἔπεσεν ὁ ἑωσφόρος, ὁ πρωῒ ἀνατέλλων;* Ὁ γὰρ ἑωσφόρος, ἅτε δὴ πλησιάζων κατά τινα πορείαν μᾶλλον τῶν ἄλλων ἀστέρων, πρῶτός ἐστιν ἡλίου κῆρυξ· ὃ ἀναλόγως ἔχειν ποτὲ τὸν διάβολον αἰνιττόμενον τὸ λόγιον πρὸς τὸν νοητὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιόν φησιν. Ἀλλ' ὅπερ πρόκειται, εἰ καὶ λυπηρὸν, φησὶ, τὸ ἑκατέρας κτίσεως, τῆς τε νοητῆς καὶ τῆς μετεχούσης τῶν αἰσθήσεων, τοὺς πρωτογενεῖς εἰς ὄλισθον ἐκπεσεῖν, ἀλλ' οὖν τοῖς ἐξῆς ἅπασι τὸ ἐκείνων πτῶμα [342 H.] κοινωφελὲς παράδειγμα πρόκειται, κήρυκος δίκην ἀναφωνοῦν πολλῆς ἀσφαλείας ἔχειν πρόνοιαν, μὴ τοῖς αὐτοῖς περιπεσεῖν, μηδὲ στέργειν δι' ὧν ἄν τις ὀλισθήσειεν, ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ καὶ πάσῃ δυνάμει τὴν παρακοὴν καὶ τὴν δι' αὐτῆς ἁμαρτίαν βδελύττεσθαι, εἴ γε καὶ αὐτὰ τῆς δημιουργίας τὰ οἰονεὶ βάθρα καὶ θεμέλια μὴ τῆς δεούσης ἑαυτοὺς ἀξιώ-

[x] Matth. II, 2. [y] Job. XL 14, *sec.* LXX. [z] Isa. XIV, 12.

Digitized by Google

σαντες προσοχῆς ἐπὶ τοσοῦτον [55-56] ὠλίσθησαν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ σοφὸς ἡμῶν πλάστης καὶ προνοητὴς πρὸς σωφρονισμὸν τῶν μετὰ ταῦτα πάντων παραυτίκα καὶ πρὸ καιροῦ τρόπον τινὰ ἑκατέρῳ προσάγει τὴν κόλασιν, τὸν μὲν τῷ θνητῷ καταδικάσας, τῷ δὲ τὴν χώραν ἀμείψας καὶ ἀντὶ τῆς ἄνω καὶ μακαρίας διατριβῆς τὸ σκότος ἀντιδοὺς καὶ τὸν τάρταρον, ἑκατέρῳ πάθει κατάλληλον κεράσας τὸ φάρμακον. Ὁ μὲν γὰρ Ἀδὰμ Θεὸς ἔσεσθαι νομίσας καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς φέρειν ἀνεῳγμένους καὶ γνῶσιν πλουτῆσαι [57] τοῦ καλοῦ τε καὶ τοῦ πονηροῦ, θνητός τε ἐδείχθη καὶ πολυπαθής, καὶ μικροῦ τυφλώττουσαν καὶ παντοδαποῦς ἀγνοίας μεστὴν φύσιν ἠνέγκατο· ὁ δὲ τὸν [58] θρόνον εἰς τὸν οὐρανὸν τῇ φαντασίᾳ τιθεὶς καὶ ὅμοιος τῷ Ὑψίστῳ γενόμενος ὑπὸ γῆν τε δικαίως ἐρρίφη καὶ τοὺς ταρταρίους ὑπέδυ μυχούς, καὶ γέγονεν αὐτοῖς ἡ ἀπληστία καὶ τῆς ἐν οἷς ὑπῆρχον συμμετρίας ἀπόπτωσις. Ἰατρικῆς δὲ σοφίας καὶ τὸ προσφέρειν τοῖς ἐναντίοις τὰ ἐναντία ἰάματα. [661 R.] Ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν τῷ ἱερομαθεῖ τε καὶ φιλοθεάμονι τὸ ε' καὶ μ' τὸ πέρας ἀποφέρεται κεφάλαιον.

fundamenta ac bases, dum quantum oportuerat sibi non attendunt, tam turpiter lapsæ sunt. Nam et propterea sapiens hominum formator atque curator ad totius posteritatis emendationem statim, et quodammodo ante tempus utrique pœnam infligit, alterum quidem morte damnando : alteri vero locum permutando, et pro supera beataque vita, tenebras rependendo ac Tartarum, utrique vitio quod conveniat, misto pharmaco. Deum enim aliquem fore se Adam arbitratus, apertosque gestaturum oculos, et boni insuper ac mali cognitione ditandum : mortalis [subito et variis passionibus obnoxius esse demonstratus est, occæcatam ferme ac varia ignorantia plenam naturam sortitus. Qui vero animo jam thronum in B cœlo collocarat, ipsi quoque Altissimo similis factus merito sub terram dejectus Tartareas cavernas subiit. Ita hi per insatiabilem cupiditatem ab eo in quo erant honorum temperamento exciderunt; medici vero sapientis fuit contrariis opponere contraria medicamenta. Verum in his sacrarum ille rerum peritus, et contemplationis amans scriptor quintum et quadragesimum caput absolvit.

ΣΚΓ.

Διοδώρου ἐπισκόπου Ταρσοῦ κατὰ εἱμαρμένης.

Ἀνεγνώσθη *βιβλίον* Διοδώρου [59] ἐπισκόπου Ταρσοῦ *κατὰ εἱμαρμένης*, ἐν λόγοις μὲν η', κεφαλαίοις δὲ γ' καὶ ν'. Ἔστι μὲν οὖν ἐν τούτοις εὐσεβῶν ὁ ἀνὴρ, καὶ οὐδὲ περὶ τὴν δόξαν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἣν ἡ τοῦ Νεστορίου λύσσα διασπαράττει, σφαλλόμενος· τοῖς δὲ ἐπιχειρήμασιν ἔστι μὲν οἷς ὀρθῶς τε καὶ C εὐφυῶς ἐπιβάλλει, διελέγχων τοὺς τὴν εἱμαρμένην δοξάζοντας, ἔστι δὲ ὅπου πρὸς μόνον τὸ φαινόμενον τὸν ἀγῶνα φέρει, καὶ μηδὲ σαφῶς τὸ τῶν ἐναντίων ἐξακριβῶν δόγμα. Ὅθεν πολλάκις οὐκ ἐκείνοις, πρὸς οὓς ὁ πόλεμος, ἀλλ' ἑτέροις μᾶλλον δόξειεν ἂν διαμάχεσθαι. Πλὴν ὅ γε εὐγνώμων κριτὴς οὐχ ὑπὲρ ὧν οὐκ εὐστόχως ἐνιαχοῦ φέρεται μωμήσαιτο ἄν· ὑπὲρ ὧν δὲ σπουδάζει τὴν [60] τῆς εἱμαρμένης κλάνην κατενεγκεῖν, καὶ ὡς οὐκ ἐν ὀλίγοις κατ' αὐτῆς εὐδοκιμεῖ, τὸν ἄνδρα τιμῆς καὶ χάριτος ἄξιον ἀνομολογεῖν ἔστι δίκαιος [61]. Ἐν μέντοι γε τῷ α' καὶ ν' κεφαλαίῳ, ἅμα τὴν τῆς εἱμαρμένης κατασείων δόξαν, καὶ τὴν Βαρδισάνου συνεπιῤῥαπίζει. Αὕτη δὲ ἡμιμανής τίς ἐστι καὶ ἡμίτομος· τὴν μὲν γὰρ ψυχὴν εἱμαρμένης τε καὶ τῆς λεγομένης γενεθλιαλογίας ἐλευθέραν ἀπολύει, συντηρῶν αὐτῇ τὸ αὐτ- D

208 [b] CCXXIII.

Diodorus Tarsi episcopus Contra fatum.

Lectum est Diodori (58) episcopi Tarsensis *Opus adversus fatum*, libris octo, ac tribus supra quinquaginta capitibus distinctum. Quibus in libris pius quidem est hic scriptor, neque in eam sectam (59) de Dei Filio, quem impia Nestorii rabies dissecuit, aberrando deflectit. Verum in argumentis, etsi quædam recte satis ac dextere adhibet, dum fati laudatores oppugnat, alias tamen neque satis clare, neque satis accurate adversariorum dogma persecutus, ea oppugnare aggreditur, quæ speciem duntaxat dogmatis præ se ferant. Inde sæpenumero non cum illis, quibuscum certamen suscepit, sed cum aliis potius quibusdam pugnare censeatur. Quanquam bene sentiens arbiter, non ob id quod minus feliciter alicubi hanc rem agat, reprehensum eum velit : cum ex eo saltem honor illi et gratia merito debeatur, quod non sine sua in multis laude [noxium] de fato errorem opprimere moliatur. In primo quidem certe et quinquagesimo capite, simul dum fati opinionem convellit, etiam Bardisanis (60) sententiam refellit : quæ ipsa ut e dimidio ab illa refecta, ita semi insana etiamnum remansit. Nam

VARIÆ LECTIONES.

[55-56] τοσοῦτο ς. [57] libri πλουτίσαι. [58] τὸν post εἰς add. A. [59] Θεοδώρου A ς : sed mg. A γρ. Διοδώρου, ὡς πρωΐων εὑρήσεις. [60] τὴν add. A. [61] δίκαιον ς.

NOTÆ.

(58) *Diodorum* potius quam *Theodorum* appellare placuit : cum quod post Paulo a Photio sic nominetur, tum quod suidas Tarsensi huic episcopo κατὰ ἀστρονόμων καὶ ἀστρολόγων καὶ εἱμαρμένης opus attribuat. Idem tractant argumentum B. Chrysostomus sex VI homiliis *De Fato;* et hom. 1 in cap. I, *ad Timot.* Euseb. toto libro VI. *De præparat. evangel.* Cicero *De divinat.* et *De Fato.* Alexander Aphrodisicus Favorinus, apud *Agel.* XIV, cap. I.

(59) Ob quam male audivisse supra indicat Photius cod. 102.

(60) Habes eam apud Euseb. lib. IV *De præparat. evang.* cap. VIII. De ipsa porro Bardisane legendus Euseb. lib. IV, *Hist.* cap. 28; B. Hieron. in *Catalogo*, cap. 43; Niceph. lib. 4, cap. 25, et lib. 2, cap. 10; B. Augustinus, hæres. 35; S. Epiphan. hæres. 10; Theodoret. lib. I, *Hæret. fabul.*

Digitized by Google

etsi animam quidem a fato, et a natalitia notatione quæ dicitur, liberam dimittit, arbitrii libertatem illi conservando, corpus tamen, et quæcunque ad corpus spectant, fato gubernanda subjicit. Divitias, inquam, egestatem, morbum, vitam, mortem, et quæ in nostra non sunt potestate : eaque omnia fati esse afferta tradit. Ergo hunc studiosus ille et sciendi cupidus Diodorus clare ac valide convincit, verbo quidem mediam duntaxat erroris partem prædicare, re autem ipsa totum confirmare : quandoquidem plurimæ corporis sive affectiones per animæ operationem, cooperationem, aut etiam naturæ consensum, accidere solent ac perfici.

Primo igitur libro post alia de fato relata, tum unde tam libere agendi audaciam error sumpserit, adversus eam insurgit opinionem, quæ universum hoc ortu carere asserit (putat enim ex hac opinione illud quoque de fato figmentum conflari) libroque huic ita finem imponit, ut ne in altero quidem ab eadem pugna desistat.

Quamobrem decimo post hæc capite, tam mundum ipsum, quam in eo degentem hominem ortum habere demonstrans, hoc fere modo ad argumentationem aggreditur. Quandoquidem, ait, singulatim hominum **209***a* singuli corruptioni atque generationi obnoxii sunt, manifestum sane ipsam quoque horum naturam ad similem redigi dissolutionem, et nonnisi in solis ex se mutuo successionibus perdurare. Neque enim quod ortu caret, inde suam habere incorruptibilitatem potest, quod unum in alterius locum identidem succedere cogitemus : sed quod id per seipsum, atque ex suamet subsistentia, tale sit. Porro mundum quoque ipsum habere ortum, ex iis est manifestum, quod quæ in ipso sunt, ignis, aqua, terra, aer, ortum habeant. Hæc enim quotidie particulatim et corrumpuntur, et gignuntur. Rursum autem quod terra corruptibilis sit, ex iis perspicuum evadit, quod sive homo, sive alia animalia corrumpantur, in terram convertantur. Nam quod hæc in illam corrumpantur, argumento utique est, ex illa ipsa corrupta ortum suum initio accepisse. Adde quod etiamnum animantia pleraque ex hac versa atque corrupta gignuntur, et fiant. Quod autem convertitur, etiam si forte minus fuerit manifesta ejus corruptio, quomodo id ortu carere possit? Quoniam omnis mutatio ejus quod antea sua natura exsistebat, vel maxime in causa esse solet, cur id ortu non creat. Jam si ortus omnis expers fuisset hominis natura, quomodo eam aut genesis aut fatum dispensaret? Nam quod ortu caret, alterius nequaquam indiget, ut subsistat.

Si quis autem ipsa rerum evidentia coactus, forsitan fateatur, orta quidem esse cum terrestria, tum aquatica et aerea : sed illam tamen genesim, per quam hæc perficiantur, cursu suo continuam quamdam, et ortus expertem corruptionem effi-

A ἐξούσιον, ὑποτάττει δὲ τῇ ταύτης διοικήσει τὸ σῶμα καὶ τὰ περὶ τὸ σῶμα, πλοῦτον δή [62] φημι καὶ πενίαν καὶ νόσον καὶ ζωὴν καὶ θάνατον καὶ ὅσα οὐκ ἐφ' ἡμῖν, καὶ ταῦτα πάντα τῆς εἱμαρμένης ἔργα δογματίζει. Ὃν [63] ὁ φιλομαθὴς καὶ σπουδαῖος Διόδωρος σαφῶς [343 H.] τε καὶ γενναίως διελέγχει λόγῳ μὲν ἡμίτομον τὴν τῆς εἱμαρμένης πλάνην κηρύττειν, ἔργῳ δὲ συγχροτεῖν τὴν ὅλην, εἴπερ καὶ τὰ πλεῖστα τῶν σωματικῶν παθῶν τε καὶ ἔργων διὰ τῆς ψυχικῆς ἐνεργείας τε καὶ συνεργείας, ναὶ [64] δὴ καὶ συμπαθείας εἰωθεν ἐπισυμβαίνειν καὶ ἀποτελεῖσθαι.

Ἐν μὲν οὖν τῷ α' λόγῳ ἄλλα τέ τινα περὶ εἱμαρμένης διελθὼν, καὶ ὅθεν ἔσχε τὴν τόλμαν ἡ πλάνη παῤῥησιάσασθαι, καὶ κατὰ τῆς λεγούσης δόξης τόδε τὸ πᾶν ἀγένητον [65] εἶναι διανιστάμενος (οἴεται γὰρ ἐκ τῆς ὑπολήψεως τῆς τὸν κόσμον ἀγένητον ποιούσης, ἐκεῖθεν καὶ τὸ τῆς εἱμαρμένης συγχροτεῖσθαι πλάσμα) περατοῖ τὸν α' λόγον, καὶ ἐν τῷ β' τοῦ αὐτοῦ μὴ ἀφιστάμενος ἀγωνίσματος.

Διὸ καὶ ἐν τῷ ι' κεφαλαίῳ γενητὸν εἶναι τόν τε κόσμον καὶ τὸν ἐν αὐτῷ ἄνθρωπον ἐπιδεικνὺς ὧδέ πως εἰσβάλλει πρὸς τὴν ἐπιχείρησιν· Ἐπεὶ, φησὶ, τῶν κατὰ μέρος ἀνθρώπων ἕκαστος φθαρτός ἐστι καὶ γενητὸς, δῆλον ὡς καὶ ἡ τούτων φύσις εἰς τὴν ὁμοίαν ἄγεται λύσιν, ἐν μόναις ταῖς ἐξ ἀλλήλων διαδοχαῖς διαμένουσα· τὸ γὰρ ἀγένητον οὐκ ἐν [66] διαδοχαῖς ἐπινοούμενον ἔχει τὸ ἄφθαρτον, ἀλλὰ καθ' ἑαυτὸ καὶ κατὰ τὴν ἰδίαν ὑπόστασιν. Ὅτι δὲ ὁ κόσμος γενητὸς [67], δῆλον ἐξ ὧν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γενητὰ, πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆ καὶ ἀήρ· καὶ γὰρ ταῦτα παρὰ μέρος καθ' ἑκάστην καὶ φθείρεται καὶ γίνεται. [664 R.] Ὅτι δὲ πάλιν ἡ γῆ φθαρτὴ, δῆλον ἐξ ὧν εἰς γῆν καὶ ὁ ἄνθρωπος καὶ τὰ ἄλλα τῶν ζώων φθειρόμενα μεταβάλλεται· τὸ γὰρ εἰς ταύτην φθείρεσθαι ἀπόδειξίς ἐστι τοῦ [68] ἐκ ταύτης φθαρείσης κατ' ἀρχὰς ταῦτα γενέσθαι. Πλὴν καὶ νῦν ἔτι τὰ [69] πολλὰ τῶν ζώων ταύτης τρεπομένης καὶ φθειρομένης γίνεταί τε καὶ συνίσταται. Τὸ δὲ τρεπόμενον εἰ καὶ μὴ πρόδηλον εἶχε τὴν φθορὰν, πῶς ἂν εἴη ἀγένητον; Τροπὴ γὰρ πᾶσα τοῦ κατὰ φύσιν προϋπάρχοντος καὶ μάλιστα τῆς ἀγενησίας καθέστηκεν ἔκπτωσις. Εἰ δὲ ἦν ἀγένητον ἄνθρωπος, πῶς ὑπὸ τῆς γενέσεως ἦτοι τῆς εἱμαρμένης διωκεῖτ' [70] ἄν; Τὸ γὰρ ἀγένητον οὐ δεῖταί τινος ἀλλοτρίου πρὸς τὴν ἰδίαν σύστασιν.

Εἰ δέ τις ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἐναργείας βιαζόμενος ὁμολογεῖ γενητὰ μὲν εἶναι τὰ ἐπὶ γῆς καὶ θαλάττης καὶ τὰ ἐν ἀέρι, τὴν δὲ ταῦτα ἀποτελοῦσαν γένεσιν τρέχουσαν διηνεκῆ φορὰν [71] καὶ ἀγένητον ἐνεργεῖν, καὶ ἐργάζεσθαι τὰ προειρημένα πάντα ἀϊδίως

VARIÆ LECTIONES.

[62] δή A : δὲ ς. [63] ὃν Schottus : libri ὧν. [64] ναὶ A : καὶ ς. [65] ἀγέννητον A. [66] ἐν A : ἂν ς. [67] γενητὸς — γεννητὰ ς. [68] τοῦ] libri τό. [69] τὰ om. A. [70] libri διοικεῖτ', et paulo post ἀπ). [71] φθορὰν ς.

Digitized by Google

καὶ ἀγένητον, αὐτόθεν ἔχει τὸν ἔλεγχον. Οὐ γὰρ οἷόν τε αὐτὰ μὲν εἶναι γενητὰ καὶ οὐκ ἀΐδια, ἀΐδιον δὲ αὐτῶν τὴν διοίκησιν. Τὰ γὰρ ὄντα τις συγκρατεῖ καὶ διοικεῖ, τὰ δὲ οὐκ ὄντα πρότερον ποιεῖ μὲν, εἶτα κυβερνᾷ καὶ διοικεῖ· οὐ μὴν πρὸ τοῦ γενέσθαι διοικεῖ καὶ κυβερνᾷ τὰ μὴ ὄντα, εἶτα δημιουργεῖ.

A cere, illaque, quæ jam diximus, omnia perpetuo et sine ortu operari, hic suamet ipsius sententia redarguitur. Non enim fieri potest ut hæc eadem et orta et non sempiterna sint, et tamen sempiternam admittant dispensationem. Nam ea quidem quæ exsistunt tueri quispiam ac dispensare potest : quæ vero non exsistunt, primum facit, ac tum demum gubernat atque dispensat : non autem prius, quæ non sunt, dispensat atque gubernat, ac deinde eadem creat.

Γενητὰ δέ φησι τὰ στοιχεῖα καὶ ἐξ ὧν ὁρᾶται καθ' ἑκάστην ἀλλήλων δεόμενα· τὸ γὰρ ἀγένητον καὶ ἄτρεπτον καὶ ἀνενδεές. Δεῖται δὲ τὰ στοιχεῖα ἀλλήλων καὶ εἰς τὸ [344 H.] σώζεσθαι καὶ εἰς τὸ σώζειν τὰ ἐν αὐτοῖς ζῶα. Ὁ δὲ κόσμος ὅλος γενητὸς, ἐξ ὧν καὶ σύνθεσις ὁρᾶται, ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν μέσῳ συγκείμενος. Εἰ γὰρ καὶ ὥσπερ ὀφθαλμὸς ἢ κεφαλὴ τοῦ λοιποῦ σώματος, οὕτως ὁ οὐρανὸς τῶν κοσμικῶν στοιχείων τὸ τιμιώτατον, ἀλλ' οὖν ὥσπερ κεφαλὴ καὶ ὀφθαλμὸς, κἂν τιμιώτατον, ὁμοιοπαθεῖ τῷ λοιπῷ σώματι, οὕτω καὶ οὐρανὸς γῇ καὶ ὕδατι καὶ ἀέρι καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ φθαρτοῖς ἅπασιν ὁμοιοπαθὴς ὑπάρχων τὴν κοινὴν φθορὰν οὐ διέφυγεν. Ἀλλὰ γὰρ πῶς τὰ διοικούμενα ὑπὸ γενέσεως ἀγένητα; Ἢ πῶς τὰ εἰς τὸ εἶναι ἑτέρων μὴ δεηθέντα εἰς χρείαν ἦλθεν ἀλλοτρίας διοικήσεως, καὶ ταύτης οὐκ ἀγαθῆς; Τί δὲ ἀπὸ τοῦ διοικεῖσθαι κρεῖττον ἕξει προσούσης αὐτοῖς ἀγενησίας; Καίτοι τροπὴ πᾶσα φύσεως ἀγενήτου φθορὰ καὶ ἔκστασις οὐσίας ἀνάρχου. Καὶ πῶς ἤνεγκε τὰ ἀγένητα ὑπὸ γενέσεως [73] διοικεῖσθαι οὐκ ἐπὶ τὸ σωθῆναι [73] αὐτοῖς τὸ ἀγένητον, ἀλλ' ἐπὶ τὸ φυλαχθῆναι; Εἰ δέ τις ἀγένητον λέγοι αὐτῶν τὴν τροπὴν, τὸ πάντων ἀδυνατώτερον εἰσάγει· τροπὴ γὰρ πάθος ἐστὶν ἀρχόμενον, καὶ οὐκ ἂν τις εἴποι τροπὴν ἄναρχον. Καὶ συντόμως εἰπεῖν, τῶν στοιχείων καὶ τῶν ἐξ αὐτῶν ζώων τε καὶ σωμάτων ἡ πάνσοφος τροπὴ, καὶ τῶν σχημάτων καὶ χρωμάτων καὶ τῶν ἄλλων ποιοτήτων ἡ ποικίλη διαφορὰ μόνον οὐχὶ φωνὴν ἀφίησι μήτε ἀγένητον μήτε αὐτόματον νομίζειν τὸν κόσμον, μήτ' αὖ ἀπρονόητον, [665 R.] Θεὸν δὲ αὐτοῖς καὶ τὸ εἶναι καὶ τὸ εὖ εἶναι παρασχόμενον σαφῶς εἰδέναι καὶ ἀδιστάκτως ἐπίστασθαι.

Ortum autem habere etiam elementa, vel ex eo docet, quod mutuo hæc quotidie subsidio egere videamus. Quoniam quod ortu caret, idem quoque immutabile est et nullius indigens. Porro indigent mutuo elementa, non solum ut ipsa serventur, verum etiam ut animantia, quæ in ipsis degunt, conservent. Mundum ad hæc totum habere ortum apparet ex eo, quod hunc coagmentationem quamdam esse percipimus, e cœlo, terra, eorumque quæ in horum medio sunt constantem. Et vero si, ut oculus vel caput in reliquo corpore, sic et cœlum inter mundi partes dignissimum : omnino, quemadmodum caput et oculus, et si dignissima præ cæteris membra, iisdem cum reliquo corpore permotionibus subjiciuntur, sic etiam cœlum (quod iisdem motibus cum terra, **209***b* aqua, aere, et omnibus quæ in eo sunt corruptibilibus obnoxium est) communem nequaquam effugit corruptionem : etenim quomodo, quæ a genesis dispensatione pendent, ortu careant, vel quomodo quæ ad exsistendum aliorum non indiguerunt, jam alienæ, et quidem non bonæ dispensationis cœperunt indigere? Quid vero ex hac dispensatione emolumenti capient, si jam antea ortu carebant? Omnis quippe naturæ ortu carentis mutatio, corruptio est, atque amissio illius exsistentiæ, quæ principio carebat. Quomodo item posuit ea quæ ortu carent a genesis dispensatione pendere, non ut eis donetur illa ortus expers natura, sed ut conservetur [duntaxat]. Si quis vero dixerit eorum mutationem ortu carere, etiam hoc infert, quod minime omnium fieri potest. Mutatio enim ejusmodi quædam affectio est, quæ principium habet et nullus unquam dixerit mutationem esse sine principio. Quinimo, ut breviter dicam, et elementorum, et quæ ipsis fiunt cum animantium, tum corporum sapientissima mutatio, figurarum ad hæc atque colorum, et reliquarum qualitatum varia differentia, tantum non clamat, ne aut ortu carere mundum, aut naturæ sponte exsistere atque sine providentia esse putemus, sed illud clare sciamus, et indubitate teneamus Deum hisce omnibus et esse, et bene esse largiri.

Τάχα δὲ γενητὰ μὲν τὰ ἄλλα φήσουσι, μόνην δὲ τὴν τῶν ἄστρων φύσιν καὶ θέσιν ἀγένητον. Ἀλλὰ πρῶτον μὲν τίνος ἦν ἡ γένεσις πρὶν γενέσθαι ταῦτα; Τίς δὲ ὁ τὰ στοιχεῖα δημιουργήσας; Ἢ ἕτερος μὲν οὐδείς, αὐτὰ δὲ ἑαυτά. Τὸ δὲ ἀγένητον οὔτε τροπὴν αὐθαίρετον ἂν ὑποσταίη [74]· πᾶσι μὲν γὰρ φίλον τὸ κατὰ φύσιν, μάλιστα δὲ τῇ ἀγενήτῳ φύσει· οὔτε ὑφ' ἑτέρου μὴ βουλόμενον πάθοι· ἀδίαστον γὰρ τὸ κρεῖττον, κρεῖττον δὲ ἀγενήτου οὐσίας οὐδέν. Πῶς δ' ἂν τὰ μηδαμῇ μηδαμῶς γένοιντο δίχα τοῦ ποιοῦντος; Πῶς δὲ τὸν Θεὸν ταύτην τὴν ἰσχὺν ἀφαιροῦντες αὐτοῖς ἑαυτὰ προάγειν ἐκ μὴ ὄντων περιάπτουσι τὸ

Verum illud forsitan dicent; cætera quidem ortum habere omnia, sed solam stellarum sive naturam, sive positionem ortu carere. At primo : cujusnam sit genesis illa, priusquam aliquid factum esset? Quis vero elementa creasset? an alius nemo, sed hæc ipsa? Verum quod ortu creat, nunquam sponte sua mutationem ullam subeat. Nam cum omnibus illud gratum esse solet, quod secundum ejus naturam est, tum illi maxime naturæ, quæ ortu careat. Neque vero hæc, si nolit, ab alio quopiam pati res ulla possit. Quoniam quod validius est, vi nulla [minore] cogi queat, et sane nihil illa

VARIÆ LECTIONES.

[73] libri γεννήσεως. [73] σωθῆναι] δοθῆναι Schottus. [74] ἂν ὑποσταίη A : ὑποσταίει ς.

ἢ ταύτην τῇ τῶν πολλῶν ἀκολουθῆσαι τῆς οἰκείας ἀποσπωμένην ἐνεργείας. Τὰ δ' αὐτὰ λέγειν ἂν εἴη καὶ περὶ ξύλων καὶ χόρτων καὶ βοτανῶν καὶ ζώων ἁπάντων. Εἰ τοίνυν αἱ γενέσεις ὑπ' ἀλλήλων ἀνατρέπονται, καὶ αἱ μὲν τῶν παίδων τὰς τῶν πατέρων, αἱ δὲ τούτων τὰς ἐκείνων ἀναιροῦσι, καὶ αἱ τῶν συζυγιῶν τὰς ἀλλήλων, καὶ αἱ τῶν οἰκιῶν τοὺς ἐνοικοῦντας ἢ αἱ τούτων τὰς τῶν οἰκημάτων, καὶ ἁπλῶς ὅσα προείρηται, πανταχόθεν ἡ γένεσις ἑαυτὴν ἀνέτρεψε καὶ διέλυσεν. Ἀλλ' οὕτω μὲν τὸ β' καὶ μ' κεφάλαιον.

Ἐν δὲ τῷ γ' καὶ μ' φησὶν ὅτι ποικίλαις μὲν πράξεσι καὶ πάθεσιν ἡ φυσικαῖς ἢ αὐθαιρέτοις τὰ ἐπὶ γῆς καὶ τὰ ἐν ἀέρι καὶ ἐν θαλάττῃ καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν ὑποκεῖσθαι· τὸ δὲ ἀνάγκην εἱμαρμένην πάντων αἰτίαν εἶναι καὶ ἐκτρεπόμεθα καὶ διελέγχομεν, ἀπὸ τῶν ἀψύχων ἀρχόμενοι καὶ εἰς τὰ ἄλογα ζῶα μεταβαίνοντες, ἐκεῖθεν εἰς τοὺς λογικοὺς ἀνθρώπους διαβιβάζοντες. Μάγνης γοῦν ὁ λίθος σίδηρον ἁρπάζει, καὶ οὐχ ἁρπάζει μόνον, ἀλλὰ καὶ δύναμιν ἐντίθησιν ἕτερον ἁρπάσαι, κἀκεῖνος πάλιν ἄλλον μέχρι πλειόνων. Δίκταμνος[24] ἡ βοτάνη πάλιν τοῖς ἰοβόλοις ἐστὶ πολέμιος· καὶ γὰρ καὶ μόνης τῆς ὁσμῆς ἀντιλαμβανόμενα εἰς τὸ ἀνενέργητον μεταβάλλει. Καὶ βοτανῶν ἁγλαοφωτὶς μόνη τοσοῦτον ἐν νυκτὶ λάμπει ὅσον ἡ προσηγορία δηλοῖ, καὶ τὸν ἐπιθυμοῦντα λαβεῖν φεύγει, καὶ ταῦτα ἐῤῥιζωμένη τόπον ἐκ τόπου παρὰ φύσιν μεταβαίνουσα· οὐ γὰρ πρόσεστι τοῖς ἐῤῥιζωμένοις κίνησις ἡ μεταβατική. Χαμαιλέων τὸ ζῶον εἰς πολλὰ χρώματα τὸ σῶμα μεταβάλλει, καὶ τοιοῦτος[25] φαίνεται οἷον τὸ πλησιάζον καὶ παρακείμενον αὐτῷ, κἂν ξύλον κἂν λίθος κἂν ἄλλο[26] τι τοιοῦτον ᾖ· πρὸς γὰρ τὴν ἐκείνου χροιὰν ἁρμόττει[27] τὴν ἑαυτοῦ. Καὶ ἡ σελευκὶς τὸ πτηνὸν οὕτως ἐστὶν ἀκρίσιν ὀλέθριον, ὥστε καὶ ὅσαι ἂν τῇ σκιᾷ ταύτης καταληφθεῖεν φθείρονται. Ἄλλοις πάλιν ἡ νὺξ, ἀλλ' οὐχὶ τὸ φῶς ἐστι τῇ ὄψει ἁρμόδιον. Καὶ τροφὴ πάλιν ἄλλοις ἡ ἑτέρῳ[28] θανάσιμος. Ἀλλὰ καὶ τὸ ποτὸν οὐ πᾶσι τοῖς ζώοις χρήσιμον. Τὸ δέ γε οὐρεῖν τετραπόδων μὲν ἐνίοις οὐ πρόσεστι, πτηνῶν δὲ οὐδενί. Καὶ τί δεῖ λέγειν κατὰ μέρος τὰς ἐν τοῖς ζώοις [354 H.] τροφῆς τε καὶ πότου καὶ διαπλάσεων καὶ ᾠδῆς καὶ σιγῆς καὶ μονῆς καὶ ἀποδημίας καὶ ἐπανόδου καὶ ὑπηρεσίας καὶ ἐλευθερίας [684 R.] σωφροσύνης τε καὶ πολυγαμίας καὶ ἐργασίας καὶ ἀργίας θρασύτητός τε καὶ δειλίας καὶ τῶν ἄλλων ἀναριθμήτων διαφορᾶς; Ποία τοίνυν δρόμου κίνησις ἕκαστον γένος τοιοῦτον ὑπέστησε; διὰ τί δὲ τὸ ὅλον γένος τοιοῦτον, καὶ οὔτε λαγὼς θρασυνθῇ οὔτε λέων δειλιάσει[29], οὐδ' ἄλλο τι τῆς κατὰ γένος καὶ προσηκούσης αὐτῷ ἐνεργείας τὴν φυγὴν μελετήσειεν, ἀλλ' ἕκαστον γένος ὅλον ὅμοιον, μόνον[30] δὲ ταῖς μεταβολαῖς τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ποικίλλεται;

genesim ab illa una irritam reddi, vel certe hanc, propria exutam efficacia, ab illa multorum abripi. Eademque dicere quis posset de lignis, graminibus, herbis et omnibus animalibus. Si igitur geneses aliæ ab aliis invicem evertantur, ita ut filiorum geneses parentum genesim, et horum rursus illorum destruant, et similiter conjugum inter se, ut et domorum genesis illas habitantium, vel contra horum ipsam domorum genesim, atque, ut semel dicam, ea fiant quæ jam dicta sunt, ipsamet sese genesis undique evertit et dissolvit. Sic quidem capite quadragesimo secundo disputat.

Deinde capite proximo, variis actionibus atque affectionibus, iisque vel naturalibus vel liberis, subjici tam quæ in terra, quam quæ in aere et mari exsistunt, etiam nos, inquit, fatemur: ac necessitatem fatalem horum omnium causam esse, id vero et aversamur, et redarguimus, ducto ab inanimis initio ad rationis expertia animantia descendentes, indeque ad hominem ratione præditum sermonem convertentes. Magnes igitur lapis ferrum ad se rapit, nec ipse rapit tantummodo, sed et huic aliquid ad se ferrum rapiendi vim tribuit, et huic rursum aliud, ad plura usque. Dictamus quoque herba venenatis animalibus adeo inimica est, ut vel solo odoratu recepta, nocendi vim omnem eripiat. Sola item inter herbas aglaophotis (62) ita noctu lucet, ut nominis veriloquium indicat, et carpere conantem refugit; idque radicata cum sit, locum ex loco contra naturam mutans: neque enim quæ radicibus hærent transitivo motu prædita sunt. Chamæleon adhæc animal in multos colores corpus mutat, talisque omnino apparet, quale quod illi adjunctum atque subjectum est, sive lignum, sive lapis, seu quid aliud fuerit: ad illius enim colorem etiam suum aptat. Seleucis insuper avis usque adeo locustis est inimica, **215***b* ut quotquot ejus umbram subeunt, intereant. Aliis rursum nox est ad videndum quam dies accommodatior: aliis etiam alimentum illud est, quod alteri lethale sit, sed et potus non omnibus convenit animantibus. Quædam adhæc in quadrupedibus, volatilia vero omnia, urinam reddendi facultate destituuntur. Et quid attinet sigillatim animantium infinitas differentias tum in cibo, tum in potu, in figura, in cantu et silentio, in mansione et migratione ac reditu, in obsequio et libertate, in temperantia et libidine, in labore et otio, in audacia et timiditate, atque in aliis infinitis recensere? Qualis ergo curriculi fatalis motus talis ut esset, genus quodlibet effecit? cur vero universum genus ejusmodi est, ut neque lepus audeat, neque leo paveat, neque aliud ullum animal, innatam suo generi operationem vitare conetur; sed unum-

VARIÆ LECTIONES.

[24] δίκταμος C ς. [25] τοιοῦτο A. [26] ἄλλο τι A : ὅ, τι ς. [27] ἁρμόττει A : ἁρμολογεῖ ς. [28] ἑτέρῳ Schottus : libri ἑτέρα. [29] δειλιάσῃ ς. [30] μόνον Schottus : libri μόναις.

NOTÆ.

(62) Lege Plinium, lib. XXIV, cap. 17, et Ælian. *De animal.* lib. XIV, cap. 27.

Digitized by Google

quodque genus totum informe sit, solusque homo mutationibus varietur? Quod si per genesim unumquodque genus in proprio naturæ more ubique conservatur, quomodo contrarium in hominibus reperitur? Etenim in eo timiditas et audacia, iracundia et mansuetudo, improbitas et probitas, omniaque adeo contraria. Ubi est igitur ille geneseos cursus? ubi septem planetæ, et duodecim zodiaci signa? Quid tandem hominibus tantam præbet affectionum studiorumque varietatem, cæteris non item? Asinus enim ubique onera gestat, pardalis rapax est, cæteraque speciei suæ ordinem servant. Eodem prorsus modo et quæ brutis animantibus secundum cujusque speciem inest natura, cum genesim, tum circiter eam exorientes stellas, omnemque illam longam domorum sortionem vincit. Ubi enim Mars? cujusnam bruti animantis dexteram gladio armavit, vel corpus lorica texit, vel galea caput tutatus est, aut crura aut pedes? Nec enim lupum in lupum armavit, neque leonum unquam acies inter se commisit. Quis autem commemorare studeat, quæ recensere queat nemo? Si enim nihil extra genesim fit, quomodo nullum sidus, non errans stella, non juxta alicubi exoriens, non signifer signum hæc congenitis brutis præbet, quæ cum homine communicavit? non textoriam artem, non ferrariam: neque alios quidem magistros aliis qui ab ejusdem speciei sociis discerent constituit? Si quis forte a nobis doceri animalia contendat, primum quidem pauca ejusmodi ostendet, et cur non etiam omnia doceantur, difficilius erit demonstrare. Deinde nunquam mente aut intelligentia, quemadmodum homo; sed fraude vel timore animalia docentur. Quemadmodum canis, vel simia, vel equus, si verberibus coerceatur, ea quæ ostensa illi sunt observat: non quod hæc **216**a domino utilia fore existimet, sed quod cædatur, ni faciat. Psittacus quoque astu deceptus [humanam vocem] imitatur, quando per speculum appositum non animadvertit quem imitetur. Clanculo enim post speculum quod objectum est loquuntur, quæ discere ipsos cupiunt: psittacus vero, ratus se alium psittacum videre, voces illas exprimere conatur, nihil interim quæ dicuntur intelligens, cum omnia articulate didicerit. Et vero solus psittacus, non autem aquila, neque aliud ullum animal sic docetur. At quomodo non illud rursum contra genesis legem, quod cum hæc cætera animalia ratione destituta producat, eorum tamen aliqua ab hominibus doceantur, superetque geneseos terminos is qui nunquam hujus legibus solvitur. Si vero etiam apes ab invicem doceri dixerint, in his quoque falsum tuentur: a natura enim, non ab arte operatur apis. Quanquam sic etiam difficultas augeatur. Cur enim neque alia in suo quæque genere inter se aut docent, aut docentur? Quis enim corvos aut vultures volare do-

A εἰ δ' ἡ γένεσις ἕκαστον γένος ἐν τῷ οἰκείῳ τῆς φύσεως ἤθει πανταχοῦ διασώζει, πῶς ἐν ἀνθρώποις τοὐναντίον εὑρίσκεται; καὶ γὰρ δειλία καὶ θρασύτης, θυμὸς καὶ πραότης, κακουργία καὶ χρηστότης, καὶ τἀναντία πάντα. Ποῦ οὖν ὁ τῆς γενέσεως δρόμος; οὐχ ἑπτὰ οἱ πλάνητες καὶ ζώδια δώδεκα; τί δή ποτ' οὖν τοῖς ἀνθρώποις παρέσχε παθῶν τε τοσαύτην καὶ ἐπιτηδευμάτων διαφοράν, τοῖς δὲ λοιποῖς οὐκέτι; Ἀλλὰ πανταχοῦ μὲν ὄνος ἀχθοφορεῖ, πάρδαλις δὲ ἁρπάζει, καὶ τὰ ἄλλα τοῦ εἴδους τὸν εἰρμὸν συντηρεῖ ὁμοίως, καὶ νικᾷ τῶν ἀλόγων ζώων ἡ κατ' εἶδος φύσις τήν τε γένεσιν καὶ τοὺς παρανατέλλοντας καὶ πάντα τὸν μακρὸν ἐκεῖνον λῆρον[31]. Ποῦ γὰρ ὁ Ἄρης; τίνος τῶν ἀλόγων ὅπλισε ξίφει δεξιάν, ἢ θώρακι τὸ σῶμα, ἢ κράνει τὴν κεφαλὴν ἠσφαλίσατο

B ἢ κνήμας ἢ πόδας; Οὐ γὰρ λύκους ὅπλισε κατὰ λύκων, οὐδὲ λεόντων συνεκρότησε φάλαγγας. Ἀλλὰ τίς διεξιέναι φιλονεικοίη τὰ ἀδιεξίτητα; εἰ γὰρ οὐδὲν ἐκτὸς γενέσεως, πῶς οὐδεὶς ἀστὴρ, οὐ πλάνης, οὐ παρανατέλλων, οὐ ζώδιον ταῦτα τοῖς ὁμοφυέσιν ἀλόγοις παρέχει, οἷς τὸν ἄνθρωπον κατεμέρισεν; οὐχ ὑφαντικήν, οὐ χαλκευτικήν; οὐ τῶν μὲν εἰς διδασκάλους, τοὺς δὲ παρὰ τῶν ὁμοειδῶν μανθάνειν συνέστησεν; εἰ δέ τις παρ' ἡμῶν διδάσκεσθαι ταῦτα ἐρεῖ, πρῶτον μὲν ὀλίγα δείξει, καὶ διὰ τί μὴ πάντα, πλέον ἀπορήσει· δεύτερον οὐχὶ νῷ καὶ ἐπιστήμῃ ὥσπερ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἀπάτῃ ἢ φόβῳ διδάσκεται, ὥσπερ κύων τυπτόμενος ἢ πίθηκος ἢ ἵππος τηρεῖ τὰ δεικνύμενα, οὐχ ὅτι ταῦτα τῷ δεσπότῃ χρήσιμα νοῶν, ἀλλ'

C ὅτι μὴ ποιῶν τύπτεται. Καὶ ψιττακὸς ἀπατώμενος μιμεῖται· ἐσόπτρῳ γὰρ παρακειμένῳ τὴν μίμησιν κλέπτεται. Λανθάνοντες γὰρ ὄπισθεν λαλοῦσι τοῦ παρατεθέντος ἐσόπτρου, ἃ μανθάνειν ἐκείνους βούλονται· ὁ δὲ ψιττακὸς ἄλλον δοκῶν ὁρᾷν ψιττακὸν σπεύδει πρὸς μίμησιν τῶν ἐκείνου φωνῶν, οὐ τῶν λεγομένων ἔχων νόησιν· πάντα γὰρ ἂν[32] ἐνάρθρως ἐμάνθανε. Καὶ μὴν καὶ ψιττακὸς μόνος, ἀλλ' οὐκ ἀετὸς οὐδὲ τὰ ἄλλα τῶν ζώων τὰ ἐκείνου διδάσκεται. Ἀλλὰ καὶ πῶς οὐκ αὐτὸ τοῦτο πάλιν παρὰ τὸν τῆς γενέσεως νόμον; ἄλογα γὰρ ἐκείνη τὰ ὅλα[33] ζῶα ποιεῖ, διδάσκει δὲ αὐτῶν ὁ ἄνθρωπος ἕνια, καὶ νικᾷ τῆς γενέσεως τοὺς ὅρους ὁ μηδέποτε τούτων ἀπολυόμενος. Εἰ δὲ καὶ τὰς μελίττας διδάσκειν ἀλλήλας φαῖεν, κάνταῦθα τὸ ψεῦδος ἐτίμησαν· ἐκ φύσεως

D γὰρ, [355 H.] ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τέχνης ἐργάζεται μέλισσα. Ἤλην καὶ οὕτω τὸ ἄπορον αὔξεται· διὰ τί γὰρ μὴ καὶ τὰ ἄλλα κατὰ γένος ἄλληλα καὶ διδάσκει καὶ διδάσκεται; Τίς δὲ κόρακας καὶ γῦπας ἐδίδαξεν ἵπτασθαι, οὓς οὐδὲ τρέφειν οἱ γεγεννηκότες πεφύκασι; [685 R.] πῶς δ' ἐν[34] αὐτοῖς[35] ἀπεῖπεν ἡ βασιλέας ποιοῦσα καὶ ἄρχοντας γένεσις; οὔτε γὰρ ὄνος ὄνων οὔτε λύκων ἐβασίλευσε λύκος· οὐδὲ ὁ μὲν αὐτῶν πένεται, ὁ δὲ πλουτεῖ· οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδέν, οἷς τὸ ἀνθρώπινον γένος καταμερίζεται. Ποῦ οὖν οἱ παρανατέλλοντες καὶ ἡ γένεσις καὶ τὸ τῶν ἀποτελεσμάτων αὐτοῖς πλῆθος; ἢ κατὰ μόνων τῶν ἀθλίων

VARIÆ LECTIONES.

[31] λῆρον AC : κλῆρον ς. [32] ἂν et mox τοῦτο add. A. [33] ὅλα] libri ἄλλα. [34] ἐν A : ἂν ς. [35] ἐκείνους ς.

Digitized by Google

ἀνθρώπων τὸ κράτος ἤρπασαν; καίτοι τῶν ἄλλων ζώων κράτιστον ἄνθρωπος. Καὶ γὰρ καὶ τῶν δυνατωτέρων συνέσει κρατεῖ, καὶ τῶν ἱπταμένων ἐπὶ γῆς βαδίζων κύριος γίνεται, καὶ τὰ εἰς βυθὸν ἀγρεύει νηχόμενα, καὶ ἁπλῶς πάντων ἐστὶ τῷ λόγῳ καὶ τῇ συνέσει κραταιότερος. Πῶς οὖν ἡ γένεσις τοῦ μὲν κρατοῦντος πάντων κρατεῖ, τῶν δ' ὑπ' ἐκείνου κρατουμένων ἄρχειν οὐκ ἴσχυσεν; ἀλλ' ὡς ἔοικε, κατ' ἀνθρώπων αὕτη παρὰ τοῦ πονηροῦ προβέβληται ἡ μηχανή, ἵνα τὸ εὐσεβεῖν καὶ δικαιοπραγεῖν ἀνάγκης ἔργον νομίσαντες ἀλλοτριωθῶσι Θεοῦ, καὶ τὸ τἀναντία πράττειν τῆς αὐτῆς αἰτίας πειθόμενοι οὐδὲν ἀποκνῶσι [36] πρὸς τὰ ἁμαρτήματα. Οὐκοῦν οὐκ ἔστιν ἡ γένεσις, πλάττεται δὲ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τῆς ἀληθείας κατὰ τῆς ἀληθείας, ὥσπερ ὑπὸ τῶν ταύτης ἐλέγχεται φίλων.

Οὐδὲ γὰρ τὴν ἀλογίαν εὕροι τις ἂν ἀκριβολογούμενος αἰτίαν τοῦ μὴ μανθάνειν τὰ ζῶα ὅσα καὶ ἄνθρωπος, ὥσπερ οὐδὲ τὸ λογικὸν τῷ ἀνθρώπῳ τῶν μυρίων ἐπιτηδευμάτων αἴτιον. Πόσους γὰρ κατ' αὐτοὺς ἡ γένεσις ἐργάζεται κωφοὺς, ἀφώνους, μωροὺς, ἀτέχνους, ἀφυεῖς! Τί οὖν ὠφέλησε τὸ λογικὸν τὸν ἐκ μήτρας προελθόντα τυφλὸν καὶ κωφὸν ἢ τοὺς τοιούτους, καὶ πόσων ἀλόγων οὐκ εἰσὶ χείρους καὶ πρὸς βίον καὶ πρὸς μάθησιν; τί δὲ μέλιτταν ἔβλαψεν ἢ ἀράχνην ἢ μύρμηκα ἡ ἀλογία, εἰ πράττει ἃ [37] ἕκαστον ἀκωλύτως κατὰ φύσιν αὐτοῖς ἐπιτηδεύεται; τί δὲ τὰ ἄλλα τῶν ζώων παρέβλαψε πρὸς τὸ οἰκεῖον ἔργον, ἀντὶ τοῦ λογικοῦ λαβόντα τὸ ἄλογον; μὴ τοῖς πτεροῖς ἄδειν τὸν κύκνον ἡ ἀλογία συνέστειλεν, ἢ τοὺς τέττιγας; ἀλλ' ἄρα δύναται καὶ φύσει ποιεῖν ἡ γένεσις μουσικούς· καὶ πῶς οὐχὶ καὶ ῥήτορας καὶ σοφιστὰς ἀπετέλεσε; διὰ τί δὲ καθὰ γινώσκει τὰ ἄλογα, μὴ καὶ ἡμεῖς ἴσμεν χωρὶς τοῦ μανθάνειν; ἀλλὰ τὰ τῶν λογικῶν διὰ τὸ ἄλογον οὐ δύναται μανθάνειν τὰ ἄλογα. Καὶ πῶς τὰ ἀλλήλων διὰ τὴν κοινὴν ἀλογίαν οὐ διδάσκονται, γέρανοι τὰ κύκνων, ὄνοι τὰ κυνῶν, καὶ τὰ μελίττης ἀράχνη, καὶ ἕκαστον τὸ ἀλλότριον; οὐκ ἄρα διὰ τὴν ἀλογίαν ἡ τῶν ἀνθρώπων μάθησις ἀλόγοις ἀπαράδεκτος, ἀλλὰ διὰ τὴν διαφορὰν τῆς ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ προαχθείσης φύσεως. Τίς δὲ ἀστὴρ τόδε καταλαβὼν τὸ ζῴδιον [356 H.] τὸ γένος ἔπλασε τῶν θηρίων ἀπὸ τῆς γῆς ἢ τῶν κτηνῶν, ἢ ἀπὸ θαλάσσης τῶν νηκτῶν; καὶ διὰ τί μὴ καὶ νῦν τὸ αὐτὸ διαπράττεται; ἡ δὲ τοὺς ἀώρους θανάτους ἐπάγουσα γένεσις πῶς οὐχὶ καὶ δέκα ἐτῶν ἄνθρωπον ἔδειξε γέροντα, ἢ πρώτοις [38] ἰούλοις τὸ πρόσωπον στεφανούμενον; καὶ εἰ τοῦ χρόνου τὸ μῆκος τῆς ἑκάστου ζωῆς εἰς πέντε καὶ ἓξ [39], ἐνίοτε δὲ καὶ ἀσύγκριτον κατὰ τὸ ἔλαττον ἔτεμε, [688 R.] πῶς οὐδέποτε πενταπλάσιον ἢ δεκαπλάσιον; καὶ τί λέγω πεν-

A cuit, quos ne parentes quidem alere solent? Quomodo item genesis, quæ reges ac principes constituere solet, hos eis negavit? nam neque asinus asinorum, neque lupus luporum rex est, neque inter hos alius pauper est, alius dives, neque aliorum ibi quidquam, quibus humanum genus obnoxium est. Ubi igitur unæ orientes stellæ? ubi ipsorum genesis, atque illa apotelesmatum multitudo? An hæc in solos miseros mortales tantam abripuere potentiam? Atqui vi cæterorum omnium animantium potentissimus homo. Etenim et fortioribus intellectu præstat, et super terram gradiens volatilium tamen dominus est, et in mari natantia captat, et, ut simul dicam, omnibus animantibus ratione atque intelligendi facultate antecellit. Quomodo igitur genesis in eum habet imperium, qui

B cæteris imperat omnibus, iis vero imperare nequit, quæ hujus imperio continentur? Verum, ut apparet, hæc adversus homines a malo dæmone instructa machina est, ut et pie vivere justeque agere necessitatis esse effectum rati, alieni a Deo efficerentur; et quæ his contraria committerentur, ab eadem proficisci causa persuasi, nullum omnino peccatum prætermitterent. Nulla est igitur prorsus genesis, sed a veritatis hostibus contra veritatem fingitur, quemadmodum ab hujus amicis demonstratur.

Neque enim quod animalia ratione careant, in causa esse diligens rerum perscrutator deprehendet, quominus bruta discant eadem, quæ homines solent, ut neque rationem in homine efficere, quod **216** *b* disciplinas prope infinitas comprehendat. Quam multos enim ex illorum sententia genesis efficit surdos, mutos, stultos, inertes, ineptos! Quid igitur ratio profuit ex utero prodeunti cæco, surdo aut simili alicui? Et quibus animan-

C tibus inferiores non sunt, sive ad victum quærendum, sive ad discendum? Quid vero apiculæ nocuit, vel araneæ, vel formicæ, quod rationis expers sit, si horum quodlibet facit id, quod ei secundum naturam convenit? Quid denique aliis obfuit animantibus ad suum cujusque opus, quod rationis expertia sint? Numquid propterea quod ratione carerent, impediti fuere sive cycni, sive cicadæ, quominus alis suis cantum ederent? Sed quæ ex ipsa natura canendi peritos producere genesis potest, quomodo non eloquentes ac disertos eadem reddidit? Cur bruta damnas? Numquid nos aliquid, nisi discamus, novimus? Verum bruta animantia, cum ratione destituantur, eorum quæ ad rationem

D spectant, discere nihil possunt. Quin ergo, cum perinde omnia ratione careant, non ea saltem discunt, quæ ad cætera bruta pertinent; ut grues quæ ad olores, asini quæ ad canes, et ad apes aranea, et sic deinceps quodlibet, quod ad alterum spectat! Non certe quia ratione destituitur, propterea humanæ institutionis brutum capax non est, sed ob naturæ, quam Conditor produxit, differentiam. Quodnam vero illud astrum est, quod hocce signiferi occupato signo ferarum atque jumentorum genus e terra aut ex mari natalitium formavit? Et cur idem nunc quoque non efficit? Jam quæ

VARIÆ LECTIONES.

[36] ἀποκινοῦσι C : ἀποκνοῦσι ς. [37] ἃ post ἀκωλύτως transponendum. [38] πρώτοις Scaliger : παρὰ τοῖς libri. [39] ἕξ] ϛ' Scaliger.

Digitized by Google

immaturam mortem adducit genesis, cur non vel decennem aliquem fecit esse senem, vel glanugine saltem faciem vestivit? Et si vitæ spatium cujusque nostrum ad quintum et sexagesimum annum, et nonnunquam etiam longissime infra eum terminum resecuit, qui fit, quod nunquam illud in quintuplum aut decuplum? at quid dico quintuplum, imo vel in triplum aut in duplum extendit?

A ταπλάσιον, ἀλλ' οὐδὲ εἰς τὸ τριπλάσιον ἢ διπλάσιον παρεξέτεινε;

Quæ ubi vir ille dixit; mox climacteris descriptionem subjecit, ut et astrologicorum nominum ac schematum, accuratius horum expositionem persequendo. Addit deinde, si per stellarum cursum atque schemata omnia animalia gubernantur, quomodo nullum unquam astrum aut schema, aut vicini sideris exortus vel patrem esse mulum fecit, vel matrem mulam, cum tamen hi fecundis non raro animalibus misceantur? Natura nimirum hujus vim elidit, et ubique eam vincit: in temporis productione, in corporum congressu, in gestandi fetus varietate, in ætatum immutatione, in cæteris, **217***a* quæ secundum naturam fiunt omnibus quorum illa nihil potest immutare. Cur enim equus nullus vel asinus hominum effugit flagellum, cum cætera animantia horum ictum non ferant? At si qua, quæ tamen rara sunt, sustinent, ne sic quidem difficultas solvitur. Cur enim non et cætera omnia sustineant numero multo plura? Deinde inter ea, quæ flagris cæduntur, libera sunt bruta, dum adoleverint: nam mox ut onera ferre cœperint, etiam verberari incipiunt. At homo potissimum in pueritia flagellatur: cum autem ad virilem ætatem creverit, aut nunquam, aut saltem raro cæditur. Quare adhæc fibris, suibus, gallis gallinaceis, hominibus, equis, et quibusdam forte aliis, genitalia exsecantur, ferrumque ipsos pro fecundis steriles reddit: cum cætera tamen animantia non modo ab astrorum necessitate nihil lædantur, sed eam etiam irridendam proponant? Cur tandem eadem stellarum positura eumdem cursum tenente, si plantæ amputentur, rursum ramos emittunt, et circumtonsa herba æque ut antea, quin etiam altius erigitur, cum in animalibus, si quod forte membrum dissectum fuerit, oculus, vel nasus, vel digitus, nihil plane fatum ad hujus membri restaurationem adjuvat, etsi hoc ipsum præbere illa quæ sic abstulit, censent? At non naturæ proprietas, sed astrorum motus quidam atque constitutio illud partim bestiis, partim hominibus distribuit. Jam vero quis sues, gallos gallinaceos, capras, boves, et si quid his simile est, ad mortem per gladium subeundam adjudicavit, cum plurima animantia hoc mortis genere non pereant? Olim præterea, cum idolis sacrificandi ritus vigeret, innumerabilis horum quæ jugulantur multitudo una sæpe immolabatur hora. Hoc vero more cessante, non perinde jam hæc animalia gladio subjiciuntur? Siderum tamen constitutio, ut illi loquerentur, constanter eumdem cursum tenes, inæqualiter adeo horum animalium conditionem immutavit, quæ cæterorum priscum vivendi

Ταῦτα εἰπὼν ὁ ἀνὴρ καὶ κλιμακτῆρος καταγραφὴν ὑπήχθη ποιεῖν καί τινων ἀστρολογικῶν ὀνομάτων καὶ σχημάτων, τὴν τούτων ἀκριβολογούμενος ἔκθεσιν. Ἐπάγει δὲ ὡς εἰ τῷ δρόμῳ τῶν ἀστέρων καὶ τοῖς σχήμασι πάντα διοικεῖται τὰ ζῶα, πῶς οὐδεὶς ἀστὴρ οὐδὲ σχῆμα οὐδὲ παρανατέλλων ἡμίονον πατέρα ἢ μητέρα, καίτοι καὶ τοῖς γονίμοις πολλάκις μιγνυμένους, οὐδέποτε ἀπειργάσατο; ἀλλ' ἡ φύσις τὸ ἐκείνης λύει κράτος, καὶ πανταχοῦ ταύτην νικᾷ, ἐν παρατάσει χρόνων, ἐν ὁμιλίᾳ σωμάτων, ἐν κυοφοριῶν διαφοραῖς, ἐν ἐξαλλαγαῖς ἡλικιῶν καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσι τοῖς κατὰ φύσιν, ὧν οὐδὲν ἐκείνη ἐξαλλάττειν δύναται. Διὰ τί γὰρ ὄνων μὲν καὶ ἵππων οὐδεὶς τὰς ἐξ ἀνθρώπων διαφεύγει μάστιγας, τἆλλα δὲ τῶν ἀλόγων ζώων τὴν ἀπὸ τούτων πληγὴν οὐχ ὑπέμεινεν; εἰ δέ που καὶ σπάνια, τὸ ἄπορον οὐκ ἀνίεται· διὰ τί γὰρ μὴ καὶ τὰ ἄλλα πολὺ πλείω τυγχάνοντα; εἶτα καὶ αὐτῶν τῶν [49] μαστιζομένων τὰ μὲν ἄλογα, ἕως ἂν ἀνδρωθῇ, μαστίγων ἐλεύθερα, ἀχθοφορεῖν δὲ ἀρχόμενα προσλαμβάνει καὶ τὸ τύπτεσθαι· ἄνθρωπος δὲ ἐν παισὶ μὲν ὢν μᾶλλον μαστίζεται, ἄνδρα δὲ τῆς ἡλικίας αὐτὸν δεικνύσης ἢ οὐδαμῶς ἢ ἐπ' ἔλαττον ὑπὸ μάστιγας ἄγεται. Διὰ τί δὲ κάστορες μὲν καὶ ὗες καὶ ἀλεκτρυόνες καὶ ἄνθρωποι καὶ ἵπποι, καὶ εἴ τι ἄλλο ὑπόλοιπον, τὸ γενεσιουργὸν ὑπ' ἀνθρώπων ἀποτέμνεται, καὶ σίδηρος αὐτοῖς ἀντὶ παιδογονίας δικάζει τὸ ἄγονον, τὰ δ' ἄλλα τῶν ζώων τὴν ἀπὸ τῶν ἄστρων ἀνάγκην ἀντὶ τοῦ σινοῦσθαι γελωμένην καταλείπουσι; τί δήποτε δὲ τῆς αὐτῆς ἀστροθεσίας τὸν αὐτὸν δρόμον ἐχούσης φυτὰ μὲν περιτεμνόμενα πάλιν αὔξει κλάδους, καὶ περικειρομένη βοτάνη ἀνίσχει τὴν ἴσην ἢ καὶ πλείονα, τῷ δὲ ζώῳ [50], εἴ τι τῶν μελῶν περικοπῇ, ὀφθαλμὸν ἢ ῥῖνα ἢ δάκτυλον, οὐδὲν ἡ εἱμαρμένη πρὸς τὴν τοῦ μέλους ἀνάφυσιν συλλαμβάνεται; καίτοι ταύτην καθίζουσιν ἐκείνοις χαριζομένην ἅπερ ἀφεῖλεν, ἀλλ' οὐχὶ τῆς φύσεως τὸ ἰδίωμα. Αὐτὸ δὲ τοῦτο τίς ἀστέρων κίνησις καὶ σχῆμα τὰ μὲν εἰς ἀλόγους τὰ δὲ εἰς λογικοὺς διεκλήρωσε; τίς δὲ ὑσὶ μὲν καὶ ἀλεκτρυόσι καὶ αἰξὶ καὶ βουσὶ, καὶ εἴ τι τούτοις ὅμοιον, τὸν διὰ μαχαίρας ἐδίκασε [51] θάνατον, τὰ δὲ πλεῖστα τῶν ἄλλων ζώων τὴν τοιαύτην οὐκ οἶδεν [52] ἐπήρειαν; ἀλλὰ καὶ τούτων τῶν [53] ἀναιρουμένων πάλαι μὲν, τῆς εἰδωλοθυσίας ἐπικρατούσης, ἄπειρον [357 II.] ἐν ὥρᾳ μιᾷ κατεθύετο πλῆθος· νῦν δὲ παυθείσης ἐκείνης οὐχ ὁμοίως τὸ ξίφος ὑπέρχονται; Καὶ τῶν ἀστέρων ὁ σχηματισμὸς, ὡς ἂν ἐκεῖνοι φαῖεν, ἀναλλοιώτως τὸν αὐτὸν ἐξομαλίζων δρόμον, οὕτω μὲν τὰ περὶ τούτων ἀνωμάλως ἐξηλλοίωσε, τῶν δ' ἄλλων ζώων τὸν τρόπον τῆς ἀρχαίας ζωῆς οὐ μετέβαλεν. Εἰ δὲ καί τινα παραπλησίως τούτων μεταβέβληκεν, ἀλλ' ὅτι

VARIÆ LECTIONES.

[49] τῶν add. A. [50] τῶν δὲ ζώων ς. [51] ἐδικαίωσε ς. [52] εἶδεν ς. [53] τῶν om. libri.

Digitized by Google

μὴ πάντα μηδὲ τὰ πλεῖστα, οὐδὲν ἧττον ὁ τῶν ἀστέ- A
ρων ὁμαλὸς δρόμος καὶ πρὸς [48] ἀπαράβατον ἀνάγκη
διεχλεύασται. Ἀλλ' εἰς τοῦτο [46] μὲν πέρατος καὶ ὁ ε'
λόγος καὶ τὸ γ' καὶ μ' κεφάλαιον καταλήγει.

modum invariatum reliquit. Quod si forte alia quoque nonnulla ad hunc fere modum immutata sunt, quando id neque in omnibus, neque in plurimis accidit, æquabilis nihilominus astrorum cursus, et insuper incommutabilis illa necessitas ludibrio exposita est. Et hoc quidem libri v, capitisque quadragesimi tertii extremum est.

[689 R.] Ἐν δὲ τῷ ς' μὲν λόγῳ, δ' δὲ καὶ μ' κεφαλαίῳ ταῦτα ὑποβάλλει· Εἰ τῆς γενέσεως, φησὶν, ὁ δρόμος ἀπὸ γῆς τὸν ἄνθρωπον καὶ τὰ ἄλλα τῶν ζώων ἀπετέλεσε, πῶς νυνὶ χωρὶς γάμου οὔτε ἄνθρωπον οὔτε τὰ μυρία εἴδη τῶν ζώων οὐδαμῶς προάγουσα [47] δείκνυται; Εἰ δέ τινα τούτων καὶ νυνὶ προάγει, ὥσπερ σκώληκας καὶ τοιαῦτα [48] ἔνια, πῶς μὴ καὶ πάντα ὅσα ὁμοίως ἀπ' ἀρχῆς τῆς γῆς ἔδειξε φυόμενα; Ἀλλ' εἰ καὶ δρόμος ἀστέρων τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ γῆς κατ' ἀρχὰς ἔπλασε, πῶς οὐχὶ καὶ τεχνίτας αὐτίκα συμ- B
προήγαγεν, ἀλλὰ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον τεκτονικὴ καὶ ὑφαντικὴ καὶ ἱστορικὴ γεωμετρία τε καὶ ῥητορικὴ καὶ μυρίαι τέχναι ἄλλαι λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις εὑρέθησάν τε καὶ ἐπεγένοντο; Εἰ δὲ καὶ προελθεῖν ἀπὸ γῆς ἐπιστήμονας τοὺς ἀνθρώπους τερατεύσοιντο, πῶς τότε μὲν ἄνευ μαθήσεως ἐπιστήμονες ἀνεφύοντο, νυνὶ δὲ πόνοις καὶ μελέταις μόλις κατορθοῦσι τὴν μάθησιν; Ποῦ δ' οὖν οἴχεται δρόμος ἐκεῖνος ὁ παλαιὸς, ὁ τοὺς ἅμα τῇ προόδῳ σοφοὺς [49] ἀναπλάττων; Καὶ πόθεν τὰ νῦν ἀντανέστη ὁ τοὺς αὐτοφυεῖς ἐπιστήμονας πόνοις προβιβάζων καὶ μακρᾷ μελέτῃ; Τί δ' οὖν ὁ μιαιφόνος ἔπραττεν Ἄρης τότε τῶν ἀνθρώπων κατ' ἀλλήλων οὐχ ὁπλιζομένων; Ποῦ δ' ὁ βασιλέας καὶ ἄρχοντας ποιῶν τῶν ἀστέρων δρόμος, πολλαῖς γενεαῖς C
ὕστερον καὶ τὸ κατὰ κώμας οἰκεῖν, μή τί γε πόλιν ἢ ἀρχὴν εἰδέναι ἐπινοησάντων; διὰ τί δὲ πάλαι μὲν ἄνθρωποι τεχνῶν ἐχρημάτιζον εὑρεταὶ, νῦν δὲ ταῖς ἐξευρημέναις ἀρκούμενοι περαιτέρω προελθεῖν οὐκ ἐπινοοῦσιν; Ἢ δῆλον ὅτι ὁ παρὰ Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις δοθεὶς νοῦς, χρόνῳ καὶ πόνῳ καὶ πρό γε τούτων τῇ ἄνωθεν συνεργίᾳ τὰ πρὸς τὸν βίον χρήσιμα ἐξευρὼν, ἔστη τοῦ ποῤῥωτέρω καὶ μάτην ἐνταλαιπωρεῖσθαι ταῖς ἐπινοίαις. Πῶς δὲ τοῦ αὐτοῦ γένους ἔθνος μὲν ὁλόκληρον κομᾷ, ἄλλο δὲ κείρεται; Καὶ ἄλλο μὲν μητρογαμεῖ, τὰ πλείω δὲ μυσαρὰν τὴν πρᾶξιν ἡγοῦνται; Καὶ μυρίαις ἄλλαις κατατέμνονται [50] διαφοραῖς νόμων, βίων, ἐθῶν· καὶ οὐδεὶς ἀστέρων δρόμος οὔτε τοὺς κομήτας κείρει, οὔτε τοὺς κειρομένους κομᾷν ἐκδιάζεται, οὐδὲ [358 H.] τὰ ἄλλα πράττειν ἄλλους, D
ὅσα τοῖς παρὰ σφίσι νόμοις οὐκ ἔμαθον. Καὶ τὰ μὲν τοῦ παρόντος κεφαλαίου τοιαῦτα.

217*b*. Sexto autem libro et capite quadragesimo quarto hæc subjicit. Si geneseos cursus, ait, e terra hominem cæteraque animalia produxit, quomodo nunc sine conjugio nequaquam vel hominem, vel varias illas animantium species producere deprehenditur? Quod si et nunc quædam eorum sic producit, vermes puta et id genus nonnulla, quomodo non etiam omnia alia quæcunque eodem modo e terra ab initio prognata exhibuit? At si forte stellarum cursus homines e terra initio formavit, cur non eos ita produxit, ut simul artibus instructi prodirent? sed longo post tempore et fabrilis ars atque textoria, et historica, geometria, rhetorica, aliæque innumeræ artes humano sunt ingenio primum excogitatæ atque inductæ? Si vero provenisse homines olim scientia instructos e terra nugentur: quomodo tunc sine disciplina docti sunt nati, qui nunc vix multis laboribus atque exercitationibus doctrinam parant? Quo nunc igitur vetus ille cursus recessit, qui ab ipso ortu sapientes homines fingebat? aut unde hic noster prodiit, qui natura sua peritos nonnisi per labores ac longam exercitationem provehit? Quid igitur crudelis Mars tum faciebat, cum homines in mutuam cædem non armarentur? Ubi astrorum cursus ille regum et principum multis post sæculis, ut et pagos habitandi auctor, cum neque mente quidem urbem ullam aut imperium homines excogitassent? Cur adhæc olim homines artium inventores erant, nunc vero inventis contenti longius progredi non student? Manifestum certe datam a Deo hominibus intelligendi vim, post inventa cum tempore et labore, ac potissimum cum cœlesti auxilio ea quæ ad vitam tuendam erant utilia, jam constitisse, neque ultra quidquam frustra comminiscendis novis allaborare. Quomodo item ejusdem provinciæ tota natio aliqua comam nutrit, alia tondetur? Et quædam gens matribus miscetur, plures vero hunc exsecrandum esse morem ducunt? Etsi aliis insuper innumerabilibus differentiis legum, vitæ, ac consuetudinum distinguuntur, neque tamen ullus siderum cursus aut comatos tondet, aut attonsos comam alere cogit, aut alia alios facere, quæ suis ipsi legibus docti non sunt. Hæc autem ipso capite continentur.

Ἐν δὲ τῷ ἑξῆς ἐπάγει ὡς, εἰ καὶ δόξαιεν καταφεύγειν οἱ τῆς εἱμαρμένης ἑρασταὶ ἐπὶ τοὺς παρανατέλλοντας, οἳ τῶν ζωδίων καὶ τῶν πλανήτων εἰσὶν ἕτεροι καὶ οὔτε τοῖς τῆς γενέσεως ἀποτελέσμασι χαίρουσιν οὔτε ἀλλήλοις συνᾴδουσιν, ἀλλὰ κατὰ τὰς τῶν κλιμάτων διαφορὰς ἕκαστος αὐτῶν τὰ οἰκεῖα χορηγεῖ ἀποτελέσματα, εἰπάτωσαν ἡμῖν ποῦ τὸ τῆς

Proximo vero illud adducit: Si etiam fati amatores illi fugiendum putent ad vicinarum stellarum exortus (quæ a signis atque planetis diversæ, **218***a* fatalibus geneseos eventis affines non sunt, neque inter se consentiunt, sed pro climatum differentiis, singulæ suos suppeditant eventus), dicant velim nobis, ubinam sit geneseos inconcussa illa firmitas at-

VARIÆ LECTIONES.

[46] πρὸς] ὡς A. [46] τοῦτον ς. [47] προσάγουσα ς. [48] ὥσπερ καὶ σκώλ. καὶ τὰ τοιαῦτα ς. [49] πρόδῳ τοὺς σοφοὺς ς. [50] κατατέμνεται ς.

Digitized by Google

que constantia ? Ex iis enim quæ ipsi referunt satis apparet, propriis viribus harum singulas illius effectus rescindere. Quanquam non omnes idem terræ spatium obtinent : qualis sit Persarum atque Iberorum portio, vel Lazorum atque Romanorum, seu aliorum quorumcunque. Quomodo igitur hæc gens oppositis adeo illius gentis vivendi normis, legibus ac moribus gubernatur ? Deinde quomodo pleræque gentes suos quæque fines incolentes, in Romanorum terminos irruerunt ? Tertio vero, migravit olim populus Judaicus in Ægyptum, neque tamen a patriis legibus recessit : ex Ægypto deinde idem iterum demigrans, Palæstinam et Arabiam inhabitavit, idololatris prius bello pulsis ; nec a Mosaica ideo lege descivit, ut neque tunc, cum in captivitatem Babylonem deductus est, sed nec postea per totam terram dispersus patrias leges deseruit. Nullius enim extra zodiacum positæ stellæ ortus, ac neque genesis ipsa, circumcisionis illos aut sabbati præceptum solvere coegit. Quin et nostrum genus, Christianorum inquam, quadringentis abhinc annis exortum, subito orbem, qua patet, occupavit, a suis gente qualibet ritibus abducta, atque ad ducendam ex pietatis præscripto vitam tralata : non id patriam mutando, sed in eadem, ut solebant, habitando ; atque ita vetusta illa stellarum harum apotelesmata imbecilla et risu digna relinquendo. Itaque ab hominibus indoctis prolata doctrina, hæc ipsa manifeste evertit, quibus pudibunda cedebat imbellis genesis. Etenim paruit quidem olim Assyriis subactus orbis, hinc Babylon imperavit, deinde Medi imperium exceperunt, et post illos Persæ, donec id tandem ad Macedonas transiit : attamen quæque gens suos retinebat mores, et a suis regebatur regibus, ac saltem communem illum, qui omnibus imperabat, agnoscebat Dominum. Nunc vero, quemadmodum una duntaxat est religio, sic et regium imperium unus tenet, trecentisque gentibus aut amplius, nonnisi una legitima imperii Romanorum majestas præest, **218***b* quemadmodum et religio nonnisi una est. Neque tamen aliquem hoc tempore cogit genesis vel idola colere, aut matribus misceri, aut alia quædam patrare, quibus metuendæ gentes illæ non inter se tantummodo discrepabant, sed etiam ab oppositis sibi invicem nationibus distinguebantur. Illud ergo nobis explicent, quomodo religionis atque doctrinarum mutationem fatum inducat, neque tamen cætera mutandi vim ullam habeat ? Neminem enim unquam aut suadendo, aut vi cogendo eo adduxisse videtur, ut eum ignominiæ, paupertatis, invaletudinis, servitutis, injuriæ, aut alicujus ex infinitis aliis horum similibus desiderium caperet. Sed quemadmodum ubique visa est natura potentior quam fatales effectiones, sic et ratio, propriæ libertatis dignitate servata, manifeste satis in iis, quæ voluntarie operatur, nugas istas vincere demonstratur.

A γενέσεως βέβαιον καὶ ἀσάλευτον· ἕκαστος γὰρ τούτων ἰδίαις ἐνεργείαις τὰ ταύτης ἀνακόπτων, ἐξ ὧν φασιν, ἐπιδείκνυται ἀποτελέσματα. Καίτοι οὐδὲ πάντες τὸ αὐτὸ τῆς γῆς ἔχουσι μέτρον, οἷον ἡ Περσῶν καὶ Ἰβήρων μοῖρα ἢ ἡ Λαζῶν καὶ Ῥωμαίων ἢ τῶν ἄλλων. Πῶς οὖν τόδε τὸ[51] ἔθνος πρὸς[52] τόδε ἀντικειμένοις καὶ βίῳ καὶ νόμοις καὶ ἤθεσι διοικεῖται ; Δεύτερον δὲ πῶς τὰ πλεῖστα τῶν ἐθνῶν ἐν τοῖς ἰδίας γῆς ὅροις ἱδρυμένα εἰς τὰ τῶν Ῥωμαίων μετέβαλεν ἤθη ; [692 R.] Ἀλλὰ καὶ τρίτον, μετῴκησε[53] μὲν τὸ[54] Ἰουδαίων ἔθνος εἰς Αἴγυπτον, τῶν δὲ πατρίων νόμων οὐ μετανέστη. Αἰγύπτου δὲ πάλιν ἀπαναστάντες Παλαιστίνην μὲν καὶ Ἀραβίαν ἐποικοῦσι, τοὺς πρὶν οἰκοῦντας εἰδωλολάτρας πολέμοις ὡσάμενοι· καὶ τῶν Μωσαϊκῶν οὐ παρετράπησαν νόμων. Ἀλλ'

B οὐδ' ὅτε πρὸς Βαβυλῶνα δοριάλωτον τὸ ἔθνος ἀπῄχθη, καὶ μετὰ χρόνους εἰς πᾶσαν τὴν γῆν διεσκεδάσθη, [καὶ] τῶν πατρῴων οὐκ ἀπεστάτησε νόμων, καὶ οὔτε τις τῶν παρανατελλόντων οὔτε ἡ γένεσις κατηνάγκασεν αὐτοὺς ἢ τῆς περιτομῆς ἢ τοῦ σαββάτου τὸ παράγγελμα λῦσαι. Τὸ δέ γε ἡμέτερον γένος, τὸ τῶν Χριστιανῶν λέγω, πρὸ τετρακοσίων μὲν ἐτῶν τὴν ἀρχὴν ἔσχεν, ἀθρόον δὲ πᾶσαν ἔλαβε τὴν οἰκουμένην, καὶ τῶν μὲν οἰκείων ἐθῶν ἕκαστον ἀπέστησεν ἔθνος, εἰς δὲ τὸν τῆς εὐσεβείας μετερρύθμισε βίον, οὐ τῆς

C πατρίδος μεθισταμένους[55], ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὡς καὶ πρότερον οἰκοῦντας, καὶ τὰ[56] τῶν παρανατελλόντων ἀποτελέσματα πολυχρόνια σαθρὰ καὶ γελᾶσθαι κατέλιπεν ἄξια· καὶ πρὸς ἃ ἡ γένεσις ἰσχὺν οὐκ ἔχουσα κατεδύετο, ταῦτα περιφανῶς τὸ τῶν ἀγραμμάτων κατέλυσε κήρυγμα. Ἐδούλευσε μὲν οὖν Ἀσσυρίοις ὁ κόσμος πάλαι, εἶτα Βαβυλὼν ἐκράτει, καὶ Μῆδοι τὴν ἀρχὴν ἐξεδέξαντο[57], καὶ μετ' ἐκείνους Πέρσαι, καὶ πρὸς[58] Μακεδόνας ὕστερον τὸ κράτος ὅλον μετέβαλεν. Ἀλλ' ἕκαστον ἔθνος τοῖς οἰκείοις ἐνέμενεν[59] ἔθεσι, καὶ βασιλεῦσιν ἰδίοις ἐπολιτεύοντο, εἰ καὶ [μὴ] τὸν πάντων κρατοῦντα κοινὸν Δεσπότην ἐπεγίνωσκον. Νυνὶ δὲ ὥσπερ ἡ εὐσέβεια μία, οὕτω καὶ ὁ τὸ βασίλειον κράτος ἔχων εἷς, καὶ τριακοσίων ἐθνῶν ἢ[60] καὶ πλειόνων μία τις ἔννομος ἡ Ῥωμαίων, ὥσπερ ἡ[61] εὐσέβεια, ἐπάρχει ἀρχή· καὶ οὐδένα βιάζεται ἡ γένεσις νῦν οὔτε εἰδωλολατρεῖν οὔτε μητρογαμεῖν οὐδὲ τὰ ἄλλα, ὅσοις τὰ διάφορα[62] τῶν ἐθνῶν οὐκ ἐξ-

D ἠλλαττε μόνον ἀλλήλων, ἀλλὰ καὶ πρὸς[63] τὰ [359 H.] ἀντικείμενα κατετέμνετο. Ἐκεῖνο δὲ ἡμῖν λεγέτωσαν, πῶς, ὥσπερ ἡ[64] εἱμαρμένη μεταβολὰς ποιεῖ θρησκείας καὶ δογμάτων, οὐχὶ καὶ τὰ ἄλλα ἰσχὺν οὐδεμίαν μεταβαλεῖν ἔσχεν ; οὐδένα γὰρ ἐφάνη πείσασα οὐδὲ βιασαμένη ἀδοξίας ἢ πτωχείας ἢ ἀῤῥωστίας ἢ δουλείας ἢ κολάσεως ἢ ὕβρεως οὐδὲ μυρίων ἄλλων τοιούτων πόθον λαβεῖν· ἀλλ' ὥσπερ ἡ φύσις κρείττων ὤφθη πανταχοῦ τῶν τῆς γενέσεως ἀποτελεσμάτων, οὕτω καὶ ὁ λογισμὸς τὸ οἰκεῖον τῆς ἐλευθερίας ἀξίωμα διασώζων, ἐν οἷς αὐθαιρέτως πράττει, τῶν ἐκεῖθεν δείκνυται κατεξουσιάζων λήρων.

VARIÆ LECTIONES.

[51] τὸ A : τε ς. [52] πρὸς] ὡς A. [53] libri μετῴκισε. [54] τὸ A : τῶν ς [55] μεθισταμένης A. [56] τὰ add. A. [57] διεδέξαντο ς. [58] πρὸς] ὡς A. [59] ἔμενεν ς. [60] ἢ A : τῶν ς. [61] ἡ A : καὶ ἡ ς. [62] διάφορα A : φοβερὰ ς. [63] πρὸς] ὡς A. [64] ἡ add. A.

Digitized by Google

Ἀλλὰ γὰρ εἰ [68] τὸ εὐσεβεῖν καὶ δυσσεβεῖν ἀπὸ γενέσεως, λεγέτωσαν ἡμῖν τίς γένεσις Στωϊκὸν ποιεῖ, τίς δὲ Ἐπικούρειον, Περιπατητικὸν δὲ ποία ἢ Πλατωνικόν; Τίς λατρεύειν Διόνυσον ἢ Δήμητραν ἢ Σελήνην ἢ Ἥλιον, ἢ τὸν Αἰγύπτιον συνελαύνει λατρεύειν τὸ πρόβατον ἢ τὸν κύνα ἢ τὸν αἴλουρον; Τίς δὲ Μανιχαῖον ἀποτελεῖ, τίς Οὐαλεντίνους [66]; Εἰ δὲ οὐκ ἂν φαῖεν οὐδ' ἂν πλέον θρασυνθεῖεν, ἐν ἡμῖν ἄρα, καὶ οὐ τῆς γενέσεως ἔργον, τὸ τοιῶσδε ἢ τοιῶσδε σέβειν. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὸ σέβειν ἁπλῶς καὶ μὴ [67] σέβειν· ἐκ τῶν μερῶν γὰρ τὸ ὅλον συνίσταται. Πῶς δὲ οὐκ ἀλογώτατον πονηρὸν γενέσθαι ἀπὸ γενέσεως, καὶ μισεῖσθαι ἀπὸ τῆς [68] αὐτῆς διὰ τὴν πονηρίαν; [693 R.] ὁμοίως καὶ ἀγαθὸν γενέσθαι τε καὶ θαυμάζεσθαι; μοιχὸν ὁμοίως ἢ φονέα, καὶ ὁρᾷν ὑπ' αὐτῆς τὰ ἔτοπα βιαζόμενον, καὶ διὰ τοῦτο κολαζόμενον; νομοθέτας καθίζειν, κολάζειν τοὺς ἁμαρτάνοντας, καὶ ἑτέρους συνωθεῖν καὶ ἄκοντας πρὸς [69] τὰ ἁμαρτήματα, καὶ ὅσων ἄλλων τοιούτων μεστὸς ὁ βίος ὁρᾶται; Ἅπερ εἰ μὲν ἐφ' ἡμῖν [70], ἡμέτερον καὶ τὸ ἔγκλημα τῶν ἐργαζομένων· εἰ δὲ τῆς γενέσεως τὸ κράτος, ἡ μέμψις ἐκείνης ἢ τοῦ ταύτην πεποιηκότος. Οὕτω πανταχόθεν τὸ τῆς εἱμαρμένης μετὰ τοῦ ἀσυστάτου ἀσεβές τε καὶ παλίμφημον. Ἀλλὰ γὰρ ἐν τούτοις καὶ τῶν λόγων ὁ ἕκτος καὶ τὸ ε' καὶ μ' ἐπερατώθη κεφάλαιον.

Verumtamen si pie aut impie agere a genesi proficiscitur, explicent velim nobis, quæ genesis Stoicum reddat? quæ Epicureum? Peripateticum item qualis, aut Platonicum? quæ immolare Baccho, aut Cereri, Solive aut Lunæ? Quæ Ægyptium pecus adorare, vel canem felemve? quæ Manichæum reddat? quæ Valentinos? Quod si indicare nequiverint, ne quoque ultra sese efferant, moneo. In nobis igitur situm, non in geneseos operatione, sic vel sic numen colere. Si vero hoc: utique et colere simpliciter, et [omnino] non colere: e patribus enim totum constat. Quomodo autem non absurdissimum illud sit, improbum per genesim fieri, et eidem tamen improbitatis nomine odio esse? similiter et bonum fieri, atque admirationi esse, et similiter adulterum, aut homicidam? Ab eadem item per vim coactum mala perpetrare, et rursum ob illud ipsum puniri? Legislatores constituere, sceleratos punire, et nihilominus alios vel invitos impellere ad peccandum, seu ad alia quibus referta est hominum vita? Quæ siquidem in nostra sunt potestate, nobis quoque eorum quæ fiunt culpa sustinenda; sin genesis summam potestatem obtinet, aut hæc culpanda, aut is certe, qui hanc condidit. Ita undique fatum non consistere tantum nullo modo posse, sed impium insuper esse, atque probrosum [ostenditur]. Verum his et liber sextus et quintum ac quadragesimum caput absolvitur.

Ἐν δὲ τῷ ζ' λόγῳ ἀπορίαν τινὰ ὄῆθεν ὑπὸ τῶν ἀστρολόγων προαγομένην διατιθεὶς, ἐπάγει καὶ τὴν λύσιν. Λέγουσι γὰρ, φησὶν, εἰ μὴ ἀπὸ τῆς εἱμαρμένης, πόθεν τὰ κακά; Οἷς ἀποκρίνεται [71], ὡς Εἰ μὲν ἃ διατιθέαμεν ἀλλήλους κακὰ [72] μαθεῖν ἐθέλοιτε πόθεν, τοὺς ὁρῶντας ὁρῶντες μάτην αἰτίαν ἄλλην ζητεῖτε· εἰ δὲ ἃ πάσχομεν ἄκοντες, καὶ τοῦτο φανερὰν ἔχει τὴν λύσιν. Ἐθολώσαμεν παντοδαπῆς κακίας θυέλλῃ τὸν βίον, πράττομεν ἃ μισεῖ καὶ ἀποτρέπει Θεός· διὰ τοῦτο πάσχομεν ἃ μὴ θέλομεν, ἵνα μηκέτι πρὸς τὸ πταίειν ἐκφερώμεθα. Ἢ ἐχρῆν ὑπευθύνως οὕτω βιοῦντας εὐδαιμονίας ἀπολαύειν, ἵνα τε πλέον Θεὸς ἠγνοήθη καὶ προθυμότερον πρὸς [73] τὰ πάθη καταφερώμεθα; Εἰ δὲ πράττειν τὰ ἄτοπα διὰ τῆς εἱμαρμένης ὁ Θεὸς ἡμᾶς κατηνάγκαζε, πῶς πάλιν κολάζει ὡς πταίσαντας; ἕτερον δέ ἐστιν, ὡς δῆλον, τὸ συγχωρεῖν χρᾶσθαι τῷ αὐτεξουσίῳ καὶ αἱρεῖσθαι ἕκαστον ὃ βούλεται, καὶ τὸ καταναγκάζειν πράττειν τὰ ἄτοπα. Πῶς δὲ ὑμῖν, φησὶν, ἐπῆλθε [360 H.] τῶν τοῦ Θεοῦ οἰκονομιῶν ἀγνοοῦσι τὸ βάθος, εἰς τὸ τῆς γενέσεως ἀποτραπῆναι πλάσμα; Καὶ ὅτι μὴ ἐπὶ γῆς ἕρποντες εἰς τὸ τοῦ Δημιουργοῦ τῶν κριμάτων ὕψος ἀνέβητε, διὰ τοῦτο ἐπ' ἀστέρας καὶ σελήνην καὶ ἥλιον τὰς αἰτίας ἀνάπτειν παρήχθητε τῶν παρ' ἡμῖν πραττομένων, καὶ ἃ μὲν ἑαυτοὺς ὁρῶμεν ἐργαζομένους, οὐχ ἡμέτερα εἶναι τερατεύεσθαι, ἃ δὲ οὐκ ἔστιν ἰδεῖν τοὺς ἀστέρας πράττοντας, ἐκείνων εἶναι τὸ ἔργον

Septimo autem libro quæstionem ab astrologis proponi solitam dissolvit. Dicunt enim, ait: **219a** Unde exsistunt mala, si non a fato proficiscuntur? Quibus sic respondet: Si quæ nobis mutuo mala struimus, discere velitis unde exsistant, dum eorum patratores vestris oculis conspicitis, frustra causam aliam quæritis: sin ea mala, quæ inviti patimur, etiam hujus solutio ad oculum patet. Perturbavimus omnigenæ improbitatis turbine ipsam vitam, facimus quæ odit et aversatur Deus; ideo patimur quæ nolumus, ut ne deinceps in vitia prolabamur. Nisi forte oportuit ita criminibus obnoxios felicitate insuper potiri, quo Deus amplius etiam ignoretur, et nos pronius in mala feramur. At si perpetrare mala per fatum Deus nos cogit, quomodo rursum velut peccantes castigat? Aliud autem est, ut clarum, permittere quemlibet libero arbitrio uti, et quod velit eligere; aliud, ad committenda mala impellere. Quomodo vero vobis, ait, divinæ gubernationis profunditatem ignorantibus, in mentem venit ad geneseos illud figmentum converti? Quia per terram reptantes vos ad Conditoris ipsius judiciorum altitudinem nequaquam ascendistis, propterea in stellas, lunam, solemque, eorum quæ a nobis fiunt causa referre conati estis, et quæ nos ipsos efficere videmus, ea non esse nostra nugari; quæque astra efficere nullo modo possunt, hæc tamen

VARIÆ LECTIONES.

[66] εἰ A : εἴς ς. [66] Οὐαλεντινιανοὺς Scaliger. [67] μὴ A : τὸ μὴ ς. [68] ἀπὸ τῆς A : ὑπὸ τῆς ς. [69] πρὸς] ὡς A. [70] ἐφ'] libri ἐν et hic et infra. [71] οἷς καὶ ἀπ. ς. [72] ἀλλ. τὰ κακὰ ς. [73] πρὸς] ὡς A.

Digitized by Google

per illa fieri mendaciter fingere ? Quin ego ipse, A inquit, dum hæc scribo, a genesi, secundum vos, coactus sum has ejus scribere reprehensiones : ut ita etiam ipsamet acrius adversus seipsam, quam ullus alius extrinsecus eam oppugnans hostis insurgat.

At vero quid juvat ea discere, quæ a genesi exspectantur ? Nam si quidem vitare cognoscentibus conceditur, quæ fato destinata sunt, inepta est prædictio. Vincit enim quæ in nobis est facultas genesim : et maxime, quibus fatum non ignotum, solvere ipsius seriem poterunt ; cum hi magis quam cæteri, quæ a genesi ordinata sunt cognoscentes, nihil eorum quæ ipsa minitatur, accidere sibi patientur. At nec hoc, iterum illi aiunt, extra genescos seriem est, quod qui hæc cognoverint, eripiantur. Igitur genesis in contraria dividitur, partimque B prædictionem adhibet, partim eam ipsam irridet : quo quid magis ridiculum esse queat ? Quanquam et alia rursus ex parte multa est in ea injustitia atque inæqualitas. Cur enim non omnibus hoc persuasit, ut eventura sibi discerent, quo item omnes ex his eriperentur ? Quod si vero ei qui ista cognoverit, effugere tamen non licet ; quid frustra cognoscere juvat, curisque ante tempus consumi, percelli ante ictum, et **219***b* ante mortem gravius quam morte ipsa affligi ?

Hoc porro omnibus perspicuum, eos, qui fatum asserunt, et proborum laudes atque coronas e medio tollere, et improbis contra injustam denuntiare pœnam atque correctionem. Nam si necessitate C adductus est uterlibet ad ea, quæ agit, jam (63) neque virtuti merces ulla est, neque scelerum pœnam exigere licet : quod non potest non penitus nostram vitam confundere atque invertere, et omnibus in Deum linguam suam acuentibus esse impudentius. Non sufficiebat nimirum miseris, si cogerentur mala cogitare, dicere, facere : sed cum eorum misereri oporteret, odium insuper adjicitur et pœna.

Ubi si quis dixerit, nostrum non esse scire cur Deus talem condiderit genesim ; is dum modeste agere se fingit, pietatem perstringit, ac per ea ipsa etiam magis fit impius, per quæ moderate loqui videtur. Si enim vere bona genesis est, quæ nobis mala apparet, et id quidem per ipsam genesim : non jam hoc meum erratum est, si malam puto, D quæ mala non est ; sed ejus potius qui tale per genesim judicium cogitatis nostris inseruit. Nam si meum erratum est, aliena erunt utique a genesi quæcunque ad cogitata pertinent, quæ et sermo et operatio sequuntur, frustraque fuerit genesis. Vera igitur moderatio cautaque hic circumspectio non sit, malam finxisse genesim, deindeque Deo malorum cogitationem concedere ; neque item illud,

καταψεύδεσθαι ; Κἀγὼ δὲ, φησὶ, ταῦτα γράφων ὑπὸ γενέσεως καθ' ὑμᾶς ἠναγκάσθην γράφειν τοὺς κατ' αὐτῆς[74] ἐλέγχους, ὥστε καὶ οὕτως αὐτὴ καθ' ἑαυτῆς[75] πλέον τῶν ἔξωθεν αὐτῇ μαχομένων ἐπανίσταται.

Τί δὲ καὶ ὄφελος τὸ μανθάνειν τὰ ἀπὸ γενέσεως προσδοκώμενα ; Εἰ μὲν γὰρ ἔστι φυγεῖν τοὺς μαθόντας ἃ ἐπέκλωσε, λῆρος ἡ πρόρρησις· κρατεῖ γὰρ τὸ ἐφ' ἡμῖν τῆς γενέσεως. Μάλιστα δὲ τοῖς τῆς εἱμαρμένης ἐπιστήμοσι τὸ λύειν αὐτῆς τὸν εἱρμὸν συμβήσεται· οὗτοι γὰρ τῶν ἄλλων μᾶλλον τὰ ἀπὸ[76] γενέσεως αὐτοῖς ἐπιστάμενοι, οὐδὲν τῶν ἀπὸ ταύτης αὐτοῖς ἀπειλουμένων συμπεσεῖν παραχωρήσουσιν. Εἶτα, Ἀλλ' οὐκ ἐκτὸς, φασὶ, γενέσεως τὸ μανθάνοντας[77] ἀπαλλάττεσθαι. Οὐκοῦν ἡ γένεσις εἰς τὰ ἀντικείμενα τέμνεται, καὶ τὸ μὲν αὐτῆς προλέγει, τὸ δὲ καταγελᾷ τῆς προρρήσεως· οὗ τί ἂν εἴη γελοιότερον ; Πολλὴ δὲ πάλιν καὶ ἄλλως ἀδικία καὶ ἀνωμαλία. Διὰ τί γὰρ μὴ πάντας ἔπεισε μανθάνειν, ἵνα πάντες τῶν τοσούτων ἀπαλλάττοιντο ; [696 R.] Εἰ δὲ καὶ μαθόντα μὴ δυνατόν ἐστι φυγεῖν, τί χρὴ μανθάνειν μάτην καὶ ταῖς φροντίσι προδαπανᾶσθαι καὶ πλήττεσθαι πρὸ τῆς πληγῆς καὶ πρὸ τοῦ θανάτου χεῖρον τῶν τεθνεώτων κολάζεσθαι ;

Ἐκεῖνο δὲ πᾶσι καταφανὲς, ὡς ὁ τὴν εἱμαρμένην εἰσάγων καὶ τῶν σπουδαίων ἀφαιρεῖται τοὺς ἐπαίνους καὶ τοὺς στεφάνους, καὶ τῶν κακούργων ἄδικον ἀνακηρύσσει τὴν ποινὴν καὶ τὰς εὐθύνας. Εἰ γὰρ ἑκάτερος ἐξ ἀνάγκης ἦλθεν εἰς τὸ πράττειν ἃ πράττει, οὔτε τῆς[78] ἀγαθοεργίας ἐστὶ μισθὸς οὔτε τῆς κακουργίας ποινῆς εἴσπραξις· ὃ πῶς οὐκ ἂν εἴη ὅλως ἡμῶν συγχέον[79] καὶ ἀνατρέπον τὸν βίον καὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ τὴν γλῶσσαν πάντων ὀξῦνον ἀναιδέστερον ; Οὐκ ἤρκει δὲ τοῖς δυστυχέσι τὸ[80] τὰ κακὰ νοεῖν τε καὶ λέγειν καὶ πράττειν ἀναγκάζεσθαι, ἀλλὰ δέον ἐλεεῖσθαι καὶ τὸ μισεῖσθαι προστίθεται καὶ τὸ κολάζεσθαι.

Εἰ δὲ λέγοι τις ὡς οὐχ ἡμῶν ἐστιν εἰδέναι διὰ τί τοιαύτην ὁ Θεὸς ἐδημιούργησε γένεσιν, ἐν προσποιήσει τοῦ μετριάζειν ἐπισφίγγει τὴν ἀσέβειαν[81], καὶ δι' ὧν δοκεῖ μετριάζειν, μεῖζον ἀσεβεῖ. Εἰ γὰρ καλὴ μὲν ἡ γένεσις, ἡμῖν δὲ φαίνεται κακὴ, καὶ τοῦτο δὲ ἀπὸ γενέσεως, οὐκ ἐμὸν τὸ σφάλμα, φαύλην οἴεσθαι τὴν οὐ φαύλην, τοῦ δὲ τοιαύτην κρίσιν διὰ τῆς γενέσεως καταθεμένου ἡμῶν τοῖς λογισμοῖς· εἰ δὲ ἐμὸν τὸ σφάλμα, ἐκτὸς ἄρα γενέσεως τὰ τῶν λογισμῶν, οἷς ἀκολουθεῖ καὶ λόγος καὶ πρᾶξις, καὶ μάτην ἡ γένεσις. Ἀληθὴς τοίνυν μετριότης καὶ εὐλάβεια οὐ τὸ κακὴν πλάσαι γένεσιν, εἶτα παραχωρεῖν Θεῷ τῶν κακῶν τὴν γνῶσιν, οὐδὲ τὸν αὐτὸν λέγειν ὠθεῖν εἰς τὰ [361 H.] κακὰ καὶ κολάζειν οὓς διὰ τῆς γενέσεως ὥθησεν. Οὐκ ἔστι ταῦτα μετριάζοντος, ἀλλ' ἐν σχή-

VARIÆ LECTIONES.

[74] αὐτῆς A : αὐτοὺς ς. [75] ἑαυτῆς Scaliger : libri ἑαυτούς. [76] τὰ A : τὸ ς. [77] μανθάνον ς. [78] οὔτε γὰρ τῆς ς. [79] libri συγχέων — ἀνατρέπων — ὀξύνοντος. [80] τὸ add. A. [81] εὐσέβειαν ς.

NOTÆ.

(63) Extero hic voculam γὰρ ex præcedente forsitan versu illapsam

μετι ταπεινοφροσύνης χαλεπὴν ἀπάτην εἰσάγοντος. Τὸ δὲ τῆς εὐσεβείας γένος οὐχ ὑβρίζει Θεὸν δι' ὧν δοκεῖ τιμᾷν, οὐδὲ τὴν αὐτοῦ ἀναιρεῖ ἀγαθότητα, τῶν κακῶν αὐτῷ τὴν ἐξουσίαν παρέχον. Ἀδικεῖν γὰρ οὔτε οἶδεν οὔτε δυνήσεται ἡ τοῦ Θεοῦ ἐξουσία· οὐ ποιεῖ φονέα καὶ κολάζει, οὐδ' ἀπαγορεύει πταίειν καὶ βιάζεται παρακούειν καὶ παρακούσαντα τιμωρεῖται. Ταῦτα οὔτε πρέπει Θεῷ οὔτε εὐσεβὴς οὐδεὶς δέχεται λογισμός. Τὰ δὲ πρέποντα νοοῦμεν, καὶ τῶν ἐν κόσμῳ γινομένων τὴν παντελῆ κατάληψιν αὐτῷ παραγωροῦμεν, καὶ καταλαβεῖν οὐ φιλονεικοῦμεν, εἰδότες ὡς οὐ καταληψόμεθα. Ἀληθῆ δὲ Θεοῦ ἐξουσίαν ἴσμεν τὸ μήτε πονηρῶν ἡττᾶσθαι καὶ πρὸς τὸ τῶν δημιουργημάτων συμφέρον κεχρῆσθαι τῇ ἀγαθότητι. Σκόπει δὲ κἀκεῖνο· Ἐν κυνηγεσίοις παροξύνουσι ταύρους πρὸς[83] μάχην ἐρεθίζοντες, κἂν μὴ χρήσωνται τοῖς θυμοῖς, ἀγανακτοῦσιν οἱ δεσπόται· ὁ δὲ τῶν ἀστέρων δρόμος τοὺς πειθομένους τοῖς αὐτῶν ἀποτελέσμασι θανάτοις ἀμείβονται. Δούλους πάλιν ἡμεῖς ἀπειθοῦντας κολάζομεν, τιμῶμεν δὲ ὑπακούοντας· ἡ δὲ ταῦτα νοεῖν τε καὶ πράττειν ἀναγκάζουσα γένεσις καὶ πταίειν παρακελεύει καὶ τιμωρίαις ὑπάγει τοὺς πεισθέντας, καὶ ἡμᾶς μὲν δικαίους πρὸς[83] τοὺς ὑπὸ χεῖρα ἔσθ' ὅτε ποιεῖ, αὐτὴ δὲ τὰ ἀδικώτατα δρῶσα εἰς ἡμᾶς οὐκ αἰσχύνεται. Ἆρ' οὐκ ἐσχάτη μανία ταῦτα νομίζειν; Ἀλλὰ τοιαῦτα μὲν καὶ τὸ μ' καὶ ε' διαλαμβάνει κεφάλαιον.

affirmare eumdem et ad malum impellere, et quos eo per genesim impulerit, nihilominus punire; non sunt hæc modeste loquentis, sed ipsa demissionis specie in gravem errorem inducentis. At vero pietatem colens soboles, nullam Deo injuriam per illa eadem facit, per quæ ipsum colere se arbitratur, neque ejus tollit bonitatem, malorum ipsi potestatem attribuendo, injuriam enim facere neque modo novit, neque unquam poterit divina potentia: non, quem hæc homicidam fecit, postea castigat; non ita prohibet labi, ut deinde et cogat non obtemperare præcepto, et puniat negligentem. Hæc neque in Deum cadunt, neque a pia mente admittuntur. Nos autem quæ consentanea sunt mente agitantes, perfecte Deum omnia quæ in mundo fiunt, comprehendere fatemur; at non etiam ipsi comprehendere hæc contendimus, certi nos nunquam comprehensuros. Cæterum hanc esse veram Dei potentiam agnoscimus, quod neque a malis aliquando superetur, et quod in rerum conditarum utilitatem bonitate utatur. At tu mihi etiam illud considera. Solent in venationibus tauri stimulis excitari, atque ad pugnandum proritari, dolorem quoque **220**a dominis sentientibus, si forte minus excandescant. Verum astrorum ille cursus morte remuneratur eos qui ipsius fatalibus decretis obsecutus fuerit. Servos adhæc nostros immorigeros castigamus, obsequentes præmio afficimus. At illa quæ hæc cogitare ac facere cogit genesis, et labi jubet, et persuasos cruciatibus subjicit. Eadem item nos quidem justos in subditos interdum facit, cum ipsa interim injustissima in nos committere non erubescat. Annon igitur extremæ dementiæ hæc statuere? Atque hæc quinto et quadragesimo capite disserit.

[697 R.] Ἐν δὲ τῷ μς' φησὶν ὡς ὑπὸ τῆς γενεθλιαλογίας οἱ ἐκμανέντες καὶ Δημιουργὸν τῶν ἁπάντων ὑποτάττουσι ταύτῃ. Φασὶ γάρ, ὥσπερ τὸ δικαιοπραγεῖν ἀπὸ γενέσεως, οὕτω καὶ τὸ προσευχόμενον εἰσακούεσθαι καὶ τὸ πληροῦσθαι Θεοῦ παρουσίας καὶ τὸ καταξιοῦσθαι θειοτέρων ἀποκαλύψεων. Ὥστε ἐξ ὧν τολμῶσι λέγειν, τὸν Θεὸν ὑπηρέτην ἀποφαίνουσι τῆς γενέσεως, κἀκείνων εὐεργέτην οἷς ἂν ὁ ταύτης δρόμος τὸ[84] πάσχειν εὖ ἐχαρίσατο· οὗ τί ἂν εἴη ἀθεώτερον ἢ δυσσεβέστερον; Εἰ δὲ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τῆς εἱμαρμένης ἀφαιροῦσι, τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν αὐτῆς ἀποτέμνοντες, μόνης δεσπόζειν πονηρίας ἀναγράφουσιν. Ἀλλὰ καὶ πλείστους ἔδειξεν ὁ μακρὸς χρόνος ἐξ ἀρετῆς εἰς κακίαν μεταβαλόντας· ὥστε πάλιν κρατεῖ ὧν οὐκ ἐκράτει, τοὺς ἀγαθοὺς εἰς φαύλους μετακινήσασα. Οὕτως ἡ ταύτης ὑπόθεσις πάντα συγχεῖ καὶ ταράττει, καὶ πρὸ πάντων ἑαυτὴν καταβάλλει τε καὶ περιτρέπει.

Quadragesimo sexto capite asserit illos a genethlialogia dementatos, omnium quoque architectum Deum eidem subjicere. Ita enim loquuntur, ait, quemadmodum juste vivere a genesi proficiscitur, sic et orantem exaudiri, et Dei præsentia impleri, et divinis dignari apparitionibus. Per ea igitur quæ asserere ipsi audent, Deum esse geneseos ministrum declarant, atque in eos solos esse beneficum, quibus hujus cursus beneficium accipere benigne concesserit. Quo quid esse possit impium magis? Sin hæc atque his similia adimunt, jam maximis ab eo bonis divulsis, in unam duntaxat dominari malitiam scripserint. Attamen tempus docuit quam plurimos e bonis malos evasisse; ita ut probos in improbos commutando, in eos rursum potestatem obtineat, qui ab ejus potentia liberi erant. Adeo dum hæc statuitur, omnia confunduntur atque conturbantur, et vel ipsa sese ante omnia prosternit, ac circumagendo evertit.

Λέγει δὲ κατὰ τὸ ἑξῆς κεφάλαιον (ζ' δὲ τοῦτό ἐστι καὶ μ') ὡς καὶ τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσοφησάντων τὰ τοιαῦτά τινες ἐπὶ νοῦν θέμενοι τὸ[85] τῆς γενέσεως ἐμυσάχθησάν τε καὶ κατεγέλασαν πλάσμα. Καίτοι τόν τε οὐρανὸν σφαιρικὸν οὐδὲν ἧττον ἢ οὗτοι ἐδόξαζον, καὶ μὴν καὶ τὴν τῶν ζωδίων σύνθεσιν καὶ τὴν τῶν πλανήτων κίνησιν οὐκ ἄλλως ἐνόμιζον. Τίς οὖν

Proximum deinde caput (septimum id est et quadragesimum) asserit, Græcos aliquot philosophos hæc animo considerantes, illud de genesi figmentum detestatos esse atque irrisisse, quanquam et cœlum ipsum non secus atque illi globosum asserent; et non aliter de signorum compositione, deque errantium stellarum motu statuerent. Quæ jam

VARIÆ LECTIONES.

[83] πρὸς] ὡς A. [83] πρὸς] ὡς A. [84] δρόμος ταύτης ς. [85] τὸ add. A.

Digitized by Google

igitur horum sententia est, quod hæc quidem admittant, illud vero nequaquam? Ea quæ terra marique vel in aere et cæteris elementis accidunt præsignificandi, etsi non cogendi aut efficiendi vim habere astrorum cursum arbitrantur. Hunc enim ad eum fere modum futura denuntiare, quo divinandi, aruspicandi, aut similis ars quæpiam solet: ut non propterea hæc eveniant quod prænuntientur, sed ideo prænuntientur, quod eveniant. Neque enim astra per vim gubernare hæc inferiora, sed duntaxat quæ post eventura sint denuntiare. Verum etsi qui **220**[b] sic sentiunt, magnam illam astrologorum impietatem a se repulerint, ad perfectam tamen veritatem non pervenerunt. Ita septimus liber absolvitur.

Octavus porro liber a quadragesimo octavo inchoatus capite, duos creatos dicit cœlos, unum quidem aspectabili isto superius, quod una cum terra substiterit, alterum vero hoc quod videmus. Horum ergo duorum alterum tecti quasi locum tenere, alterum terræ quidem tecti vicem similiter præbere, sed altiori illi cœlo soli instar esse ac fundamenti; terram adhæc unam esse; cœlestia item potestatibus majoribus esse subjecta, ut et visibilibus ea quæ sub cœlo sunt. Cœlum insuper non rotundum, sed tentorii ac fornicis formam præferre. Pro quidem opinione Scripturæ, ut putat, testimonia profert: non ea solum de figura, sed et de occasu atque ortu solis. Reddit et causam incrementi ac decrementi dierum ac noctium: aliaque id genus curiose investigat, mea quidem sententia, quæ necessaria non sunt, etsi cum sacris oraculis connexionem quamdam habent. Unde pium quidem hunc virum, ex iis quæ refert, judices, at non ita etiam accurata cum ratiocinatione sacrarum Scripturarum testimonia producere dixeris.

Inde ad nonum et quadragesimum caput transitione facta, sacræ nobis Scripturæ leges, admonitionesque, et magnum illud redemptionis nostræ mysterium (nec immerito sane) prædicat; ubi et astrologiam ex iisdem illis divinis libris egregie perstringit.

Hinc ad quinquagesimum caput gradu facto, eumdem illum errorem nihilo segnius oppugnat, præter alia etiam ista referens. Et si quid, ait, ab illis prædictum evenire forte videatur, non id mox [quia prædictum fuit] evenit; multa siquidem et nobis eorum quæ cogitaveramus, acciderunt, et negotii alicujus vel moti jam, vel brevi movendi exspectatione suspensi, illud ipsum tale habuisse principium vel finem postea deprehendimus, qualem speraveramus: neque tamen propterea nos in prophetarum ordinem referimus, sed casus esse hunc eventum, atque conjecturæ agnoscimus. Enimvero si quid alienum ab humana vita prædicerent, ac deinde insolitum

A αὐτοῖς ἡ γνώμη, τοῦτο μὲν δέχεσθαι, ἐκεῖνο δὲ μὴ προσίεσθαι; Ὅτι τῶν ἐπὶ γῆς καὶ θαλάττης συμβαινόντων ἐν ἀέρι τε [362 H.] καὶ τοῖς ἄλλοις στοιχείοις προσημαντικὸν μὲν εἶναι νομίζουσι τὸν τῶν ἀστέρων δρόμον, ἀλλ' οὐκ ἀναγκαστικὸν ἢ ποιητικόν, μηνύειν δὲ τοῦτον τὰ ἐσόμενα ὥσπερ καὶ τὴν μαντικὴν καὶ τὴν[86] οἰωνιστικὴν καὶ ὅσαι αὐταῖς παραπλήσιοι· καὶ οὐκ ἐπειδὴ προλέγει γίνεται, ἀλλ' ἐπειδὴ γίνεται προλέγει· καὶ οὐκ ἀνάγκῃ τῇ ἀπ' αὐτῆς διοικεῖσθαι τὰ ἐνταῦθα, προσημαίνειν δὲ μόνον τὰ ἐσόμενα. Ἀλλ' οἱ ταῦτα μὲν νομίζοντες τὴν πολλὴν τῶν ἀστρονόμων δυσσέβειαν ἀπεσείσαντο, πρὸς δὲ τὸ τῆς ἀληθείας ἀκριβὲς οὐκ ἀφίκοντο. Ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν καὶ τοῦ ζ' λόγου τὸ πέρας.

B Ὁ δὲ η' λόγος, κατὰ τὸ η' καὶ μ' ἀπαρχόμενος κεφάλαιον, δύο μὲν οὐρανοὺς λέγει γεγενῆσθαι, ἕνα μὲν τοῦ ὁρωμένου ἀνώτερον, ὃν καὶ συνυφεστάναι τῇ γῇ, θάτερον δὲ τὸν ὁρώμενον· δύο δὲ ὄντων τὸν μὲν ὀροφῆς ἐπέχειν λόγον, τὸν δὲ πρὸς μὲν τὴν γῆν ὀροφῆς ὡσαύτως, ἐδάφους δὲ καὶ βάσεως πρὸς[87] τὸν ὑπερέχοντα. Καὶ γῆν δὲ μίαν. Καὶ τὰ μὲν οὐράνια ταῖς κρείττοσιν ἀπονενεμῆσθαι[88] δυνάμεσι, τοῖς ὁρωμένοις δὲ τὰ ὑπουράνια[89]. Μὴ σφαῖραν δὲ τὸν οὐρανὸν εἶναι, ἀλλὰ σκηνῆς καὶ καμάρας διασώζειν σχῆμα. Καὶ ταύτης τῆς ὑπολήψεως Γραφικὰς, ὡς οἴεται, προβάλλει μαρτυρίας, οὐ μόνον περὶ τοῦ σχήματος, ἀλλὰ καὶ περὶ δύσεως καὶ περὶ ἀνατολῆς[90] ἡλίου. Αἰτιολογεῖ δὲ καὶ τὴν τῶν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν αὐξομείωσιν, καὶ ἄλλα τινὰ τοιαῦτα πολυπραγμονεῖ, C ὡς ἔμοιγε δοκεῖ, τὸ ἀναγκαῖον οὐκ ἔχοντα, εἰ καὶ τοῖς ἱεροῖς λογίοις προσφύεται. Ἐξ οὗ εὐσεβοῦντα μὲν τὸν ἄνδρα, οἷς κέχρηται, θείη ἄν τις, ἀκριβείᾳ δὲ λογισμῶν τὴν τῶν Γραφικῶν μαρτυρίαν προτείνειν οὐκέτι ὁμοίως φήσειεν[91].

Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸ θ' καὶ μ'[92] μεταβαίνων κεφάλαιον, τῆς ἱερᾶς ἡμῶν Γραφῆς τοὺς νόμους [700 R.] καὶ τὰς παραινέσεις καὶ τὸ μέγα τῆς σωτηρίας ἡμῶν μυστήριον καὶ μάλα δικαίως ἐξυμνεῖ· ἐν ᾧ καὶ τῆς ἀστρολογίας ἐκ τῶν αὐτῶν θεοχρήστων λογίων ἁρμοδίως καθάπτεται.

D Ἐκεῖθεν ἐπὶ τὸ ν' ἀνιὼν κεφάλαιον, τῆς αὐτῆς πλάνης οὐδὲν ἧττον καταγωνίζεται, λέγων μετὰ τῶν ἄλλων ὡς εἰ καί τι τῶν προλεγομένων αὐτοῖς δοκεῖ ἐκβαίνειν, οὐκ ἐπειδὴ τὴν ἔκβασιν ἔσχηκε. Πολλὰ γὰρ[93] καὶ ἡμῖν ἐννοουμένοις τῶν ἐννοηθέντων ἀπήντησε· καὶ πρᾶγμα κεκινημένον ἢ κινηθησόμενον προσδοκήσαντες, οἵαν ἠλπίσαμεν ἀρχὴν λαβεῖν ἢ τέλος, τοιοῦτον λαβεῖν[94] κατελάβομεν. Καὶ οὐ διὰ τοῦτο χειροτονίαν ἑαυτοῖς προφητείας ἐπιφέρομεν, ἀλλὰ συντυχίας ἢ καὶ στοχασμοῦ τὴν ἀπόβασιν ἔργον γινώσκομεν. Εἰ μὲν γάρ τι τοῦ ἀνθρωπίνου βίου ἀλλότριον προεκήρυττον, εἶτα τὸ ξένον ἐξέβη, οὐ λέγω πολλάκις ἀλλ' ἅπαξ, θαυμάζειν εἰκὸς ἦν· εἰ δέ γε τὰ

VARIÆ LECTIONES.

[86] τὴν om. pr. A. [87] πρὸς] ὡς A. [88] ὑπονενεμῆσθαι ς. [89] ὑπουράνια Schottus: ὑπερουράνια ς. [90] περὶ ante ἀνατολῆς add. A. [91] φήσει A. [92] θ' καὶ μ' A: μ' καὶ θ' ς. [93] πολλὰ μὲν [γὰρ ς. [94] λαβεῖν μι. A: ἀπολαβεῖν ς.

Digitized by Google

φιλουντα συμβαίνειν δοκοῦσι προλέγειν, τί θαυμαστὸν εἰ τυγχάνουσιν; Οὐ γὰρ ἔστι ῥᾳδίως ἀποτυχεῖν ἐν πλήθει βάλλοντα τοὺς λόγους· θαυμαστὸν δὲ ἦν μᾶλλον, εἰ διὰ παντὸς ἀπετύγχανον. Εἰ δὲ καὶ δαίμονας ἔχουσι συνεργοὺς, ὥσπερ οὖν ἔχουσιν ἐπικρατύνοντας αὐτῶν τὴν [363 H.] πρόῤῥησιν, οὐκέτ' ἂν εἰ ἐπιτυγχάνοιεν ἀπορήσαιμι, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον εἰ μὴ ἐπιτυγχάνοιεν. Συνεργοῦσι δὲ τούτοις οἱ δαίμονες, εἰδότες μὲν τὰ παρὰ τοῖς ἀστρολόγοις γεγραμμένα, πληροῦσθαι δὲ ταῦτα ἀγῶνα πάντα καταβαλλόμενοι, ἵνα τὴν τῆς εἱμαρμένης πλάνην τοῖς πειθομένοις ἐντήξαντες τοῦ Θείου κατολιγωρεῖν ἀναπείσωσι. Προλέγει δὲ τὰ βιβλία πλοῦτον καὶ πενίαν καὶ ὅσα ἐν βίῳ. Ἐπὶ δὲ ταῦτα τοὺς δαίμονας συνεργεῖν οὐ χαλεπόν· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἀλλήλους πολλὰ τούτων ἂν βουληθέντες διαθείημεν, ἢ πείθοντες ἢ ἀπατῶντες ἢ καταναγκάζοντες. Κατισχύουσι[96] δὲ ἁμαρτανόντων τὸ δαιμόνιον φῦλον, ἄγουσί τε καὶ φέρουσι τοὺς πειθομένους ὅποι ἂν βούλοιντο[96]. Βούλονται δὲ πρὸς[97] τὰς τῶν ἀστρολόγων ἀπάτας τὸν ἡμέτερον ἁρμόζειν βίον, ἵνα τὰς μὲν ἐκβάσεις ὁρῶντες τοῖς ἀστρολόγοις συμφώνους, τοὺς δὲ ταῦτα πράττοντας μὴ συνορῶντες, τοῦ τε δρόμου τῶν ἀστέρων οἱ ἠπατημένοι καταψεύδοιντο, καὶ τῆς εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης ἀμελήσαντες εἰς τὸν τῆς ἀσεβείας βυθὸν ὀλισθήσωσι. Καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο, τὸ μὴ συνορᾷν αὐτοὺς τὸ ῥηθὲν κατὰ τῶν ἀνθρώπων δραματούργημα, τῶν δαιμόνων ἔργον ἂν εἴη, τῆς ἁμαρτίας καὶ ἀσεβείας συναιρομένης[98] αὐτοῖς, καὶ τό τε αὐτῶν μηχάνημα συνιέναι διακωλυούσης καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων ὡσαύτως τὸ βάθος. Πῶς γὰρ ἀποκαλύψει τὸ Θεῖον ἢ τὰς τῶν δαιμόνων ἐνέδρας ἢ τὰς ἑαυτοῦ οἰκονομίας, οἷς παρῳξὰν αὐτοῦ[99] σπουδάζεται τὰ προστάγματα; Καὶ γὰρ ἅπερ ἴσμεν ἄδικα, ταῦτα πράττομεν· οὐχ ὧν ἐπαίνους ἴσμεν, ταῦτα μεταδιώκομεν. Καὶ πῶς ἅπερ ἀγνοοῦμεν μαθησόμεθα; Ἔπραξας ἃ ἔμαθες· παρεσκεύασας ἑαυτὸν δι' ἀρετῆς τοῦ μαθεῖν πλέον ὧν ἐπίστασαι ἄξιον· θαύμαζε εἰ μὴ μαθεῖν ἔσχες τὰ τελεώτερα. Εἰ δὲ πάθεσι βρύεις καὶ Θεοῦ καταφρονεῖς, πῶς μαθήσῃ τὰς οἰκονομίας αὐτοῦ ἢ τὴν κατὰ σοῦ τῶν δαιμονίων ἐπήρειαν; [701 R.] Πῶς δὲ οὐ κρατήσειαν δαίμονες εὐχερῶς ὧν οὐκ ἔστι τὸ Θεῖον ὑπέρμαχον, πρὸς ἐκεῖνα τούτους κατασύροντες ἃ τῶν ἀστρολόγων αἱ βίβλοι προλέγουσιν, ὡς ἂν τὸ τῆς εἱμαρμένης ἐν αὐτοῖς βεβαιώσαντες πλάσμα πλέον Θεοῦ ἀποστατήσωσιν; Εἰ μέντοι γε ὅσην περὶ τὰ κακὰ σπουδὴν εἴχομεν, τοσαύτην περὶ τὰ καλὰ, οὐκ ἂν ἠγνοήσαμεν ὅσον ὑπὸ Θεοῦ τετιμήμεθα, οὐδ' ὅσον κατὰ δαιμόνων ἰσχύομεν. Πανταχοῦ μὲν[1] γὰρ Θεὸς, ἐγγίζει δὲ μᾶλλον τοῖς δι' ἔργων ἀγαπῶσιν αὐτόν· ὅπου δὲ Θεὸς, τίς ὁ λανθάνων τὴν ἐπιβουλὴν ἢ ὁ ἐπιβουλεύων ὅλως; Ταῦτα διαλαβὼν τὰ ἱερὰ λόγια πάλιν κατὰ τῆς εἱμαρμένης ὁπλίζει, παραινῶν τοὺς ἀνθρώπους ἀπαλλάττεσθαι τῆς τοιαύτης πλάνης. Διὰ δὲ τοῦ λέγειν εἰς σημεῖα καὶ εἰς καιροὺς καὶ εἰς

illud, non dico sæpius, sed semel admodum evenisset, merito admirari licebat. At cum ea quæ plerumque accidere solent prædicere videantur, quid mirum si recte conjiciant? non enim facile est tam multa dicentem aberrare. **221***a* Quin illud potius mirandum sit, semper si aberrarent. Jam si etiam dæmones habeant adjutores, quemadmodum sane habent, qui ipsorum prædictionem confirmant, non amplius tum mirer si recte conjectent, sed multo magis si non recte conjiciant. Adjuvant enim eos dæmones, in astrologorum scriptis maxime versati, omni ad hæc perficienda contentione adhibita, quo nimirum, illo de fato errore nimis credulis infuso, contemptum insuper Dei his ipsis persuadeant. Prædicunt autem hujusmodi libri divitias, paupertatem, et quæcunque contingere in hac vita solent, ad quæ sane dæmones suam opem afferre non difficulter possunt. Etenim etiam nos horum non pauca in alios, si modo velimus, vel persuadendo, vel decipiendo, vel vim adhibendo, conferamus. Et vero peccatores in sua tenet potestate dæmonum turba, obsequentesque ducit atque agit quo vult. Velint autem ad astrologorum fallacias nostram componi vitam: ut eventus quidem cum astrologorum prædictionibus consentire animadvertentes, sed eorum auctores non observantes, non solum astrorum cursu decepti fallamur, verum etiam, pietatis ac justitiæ nulla habita ratione, in impietatis abyssum incidamus. Et hoc quidem ipsum, quod illam, quam diximus, compositam adversus homines machinationem hi non animadvertant, dæmonum utique opus fuerit, peccato simul atque impietate ascitis, per quæ prohibeantur [miseri] et horum molitionem, et divinorum similiter judiciorum profunditatem intelligere. Quomodo enim Deus aut dæmonum insidias, aut suæ providentiæ mysteria manifestet iis quibus studio est ejus despicere præcepta? Etenim quæ iniqua esse scimus, perpetramus: neque tamen ea consectamur, quæ laudanda novimus; et adhuc speramus nos ignota percepturos? Ubi ea feceris, quæ didicisti, atque per virtutem teipsum dignum reddideris, ad plura præter ea quæ ante cognoveris percipienda, tum demum mireris, si quæ perfectiora sunt, discere nequiveris. At quandiu perturbationibus refertus es, Deumque contemnis, quomodo tu aut ejus providentiæ mysteria disces, vel contra te dæmonum impetum? Et quomodo non facile vincant dæmones eos quibus non est Deus propugnator? ad illa nimirum hos attrahentes, quæ astrologorum libri prædicunt: ut fati in eis figmento corroborato, amplius etiam a Deo deficiant. Atqui, si quanto ad malum studio contendimus, tanto item ad honestatem incumberemus, non ignoraremus **221***b* quam Deo chari simus, neque quantum virium contra dæmonem habeamus. Etsi enim ubique Deus, ad eos

VARIÆ LECTIONES.

[96] κατισχύουσι apographum Stephani: κατισχύουσιν ς. [96] βούλοιντο ς. [97] πρὸς] ὡς A. [98] συναιρουμένης ς. [99] αὐτοῦ ς. [1] μὲν et infra εἰς add. A.

Digitized by Google

tamen propius accedit, qui per opera ipsum diligunt. Ubi autem Deus est, quænam illic insidiæ lateant, aut quis omnino adsit insidiator? Quæ ubi disseruit, divinis rursum Eloquiis adversus fatum instructus, homines adhortatur, ut se illo errore liberent. Quod autem in signa et tempora [a] et annos factum esse a Deo solem cum luna et stellis dicitur, his ea significari vult, quæ [b] sub Jesu filio Nave et [c] Ezechia rege, itemque in [d] Christi passione contigerunt.

A ἐνιαυτοὺς γενέσθαι παρὰ Θεοῦ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας, τὰ ἐπὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ γεγενημένα δηλοῦσθαί φησι καὶ τὰ ἐπὶ Ἐζεκίου τοῦ βασιλέως καὶ τὰ ἐπὶ τοῦ δεσποτικοῦ πάθους.

His igitur quinquagesimo capite pertractatis, 51 ad deinceps transit, quo a Bardisane ortos hæreticos redarguit, quod cum profiteantur se prophetas admittere, animas quidem a genesi liberas et sui juris confiteantur, sed corpus nihilominus hujus gubernationi subjiciant. Nam divitias, paupertatem, morbum, sanitatem, vitam, mortem et quæcunque in nostra non sunt potestate, per fati vim effici affirmant. At si secundum Isaiam [e] ignorant cœli astrologi quæ futura sint, et ex Jeremiæ [f] sententia, vanum hoc omne studium est, quomodo hi suscipere se dicunt prophetas, qui corpus fati servituti subjiciunt? Etenim Deus Judæis sive minas sive pœnas nonnisi corporeas intendit, similiaque parat beneficia, quorum tamen cognitionem non habere astrologos per Isaiam pronuntiavit. Quonam igitur pacto fieri potest, ut et prophetis fides adhibeatur, et corporeorum cum malorum tum bonorum potestas omnis fato concedatur, et huic nimium addicti futura prædicant? nisi forte per insaniam dixerint, bona quidem piis, mala vero impiis distribuere, et ipsum insuper numen fato deservire. At qui animæ genesi non subjiciantur, quando Deus ipse, rerum omnium conditor, una cum hac operatur, fatalibusque effectis subservit? Si vero quæ per angelos olim ac prophetas administrata sunt, ea genesis non efficit, ut nec ea quæ Dominus noster Jesus Christus in carne apparens operatus est, dum innumerabilem humanorum corporum multitudinem sanavit, quorsum adhuc volunt affirmare corpus a genesi administrari? Nam aut illud falsum reddent, quod Deus immorigeris pœnas minitetur, obtemperantibusque benigne faciat: aut certe, si primum illud verum, secundum fabula est. Ad hæc **222**[a] qui fieri potest, ut genesi corpora subjecta cum sint, animæ tamen ejus imperio subducantur? Si enim a genesi accidat inventio thesauri, vel ædificatio domus, vel aliarum aliquarum corporearum rerum sive assumptio, sive abjectio, imo et adulterantium atque mœchantium pœna, necessarium utique animam impelli ad inventionem thesauri [propter ipsum thesaurum], atque ad discendam vel architecturam propter domum, vel textoriam propter vestem. Quin a muliebri amore vinci hanc oportet ut ferat corpus proprii pœnas delicti: imo etiam ad cædem incitari propter genesim, quæ mortis sententiam tullit: et sic de aliis. Vix enim corporeum quidquam fiet, nisi anima

Ἀλλὰ τοιαυτα μὲν καὶ κατὰ τὸ ν' κεφάλαιον διελθὼν μέτεισιν ἐπὶ τὸ α' καὶ ν', [364 H.] ἐν ᾧ τοὺς ἀπὸ Βαρδισάνους αἱρετικοὺς διελέγχει, δέχεσθαι μὲν προσποιουμένους τοὺς προφήτας, καὶ τὰς μὲν ψυχὰς γενέσεως ἐλευθέρας καὶ αὐτεξουσίους ὁμολογοῦντας, τὸ σῶμα δὲ τῇ ταύτης ὑποτάττοντας διοικήσει· πλοῦτον γὰρ καὶ πενίαν, καὶ νόσον καὶ ὑγίειαν, καὶ ζωὴν καὶ θάνατον, καὶ ὅσα οὐκ ἐφ' [a] ἡμῖν, ἔργον εἶναι λέγουσι τῆς εἱμαρμένης. Εἰ δὲ κατὰ τὸν Ἡσαΐαν οὐκ ἴσασιν οἱ ἀστρολόγοι τοῦ οὐρανοῦ τὰ μέλλοντα, καὶ κατὰ τὸν Ἱερεμίαν ματαία ἐστὶν ἡ περὶ ταύτην σπουδή, πῶς οὗτοι δέχεσθαι μέν φασι τοὺς προφήτας, τὸ σῶμα δὲ δοῦλον ποιοῦσι τῆς εἱμαρμένης; καὶ γὰρ ὁ Θεὸς τοῖς Ἰουδαίοις καὶ τὰς ἀπειλὰς καὶ τὰ πάθη σωματικὰ ἐπηφίει [a], τοιαύτας δὲ καὶ τὰς εὐεργεσίας, ὧν ἄγνοιαν ἔχειν τοὺς ἀστρολόγους διὰ τοῦ Ἡσαΐου κατεψηφίσατο. Πῶς οὖν ἐγχωρεῖ καὶ τοῖς προφήταις πείθεσθαι, καὶ τῶν σωματικῶν κακώσεων καὶ εὐεργεσιῶν τῇ εἱμαρμένῃ τὸ κράτος χαρίζεσθαι καὶ προλέγειν τοὺς περὶ αὐτὴν ἐπτοημένους τὰ ἐσόμενα; εἰ μὴ ἄρα μεμηνότες εἴποιεν τὰ μὲν ἀγαθὰ τοῖς εὐσεβοῦσι νέμειν, τἀναντία [b] δὲ τοῖς δυσσεβοῦσι, καὶ τὸ Θεῖον ἐξυπηρετούμενον τῇ εἱμαρμένῃ. Καὶ πῶς ψυχαὶ γενέσει οὐχ ὑποκείσονται, Θεοῦ τοῦ πάντων δημιουργοῦ συνεργοῦντος αὐτῇ [a] καὶ ὑπηρετουμένου τοῖς ἀποτελέσμασιν; Εἰ δὲ οὔτε τὰ δι' ἀγγέλων καὶ προφητῶν οἰκονομηθέντα πάλαι γενέσεως ἔργον ἦν, οὐδ' ἅπερ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς διὰ σώματος φανεὶς εἰργάσατο, μυριάδας ἀνθρωπείων ἰασάμενος σωμάτων, πῶς οἴονται τὸ σῶμα λέγειν γενέσει διοικεῖσθαι; ἢ γὰρ τὸ ἀπειλεῖν τὸ Θεῖον τοῖς παρακούουσιν, εὐεργετεῖν δὲ τοὺς πειθομένους, εἰς ψεῦδος ἀπάξουσιν· ἢ εἰ τὸ πρῶτον ἀληθὲς, πλάσμα τὸ δεύτερον. Χωρὶς δὲ τῶν εἰρημένων, πῶς οἴόντε, σώματος ὑποκειμένου γενέσει, τὰς ψυχὰς ταύτης ἀπηλλάχθαι; εἰ γὰρ ἀπὸ γενέσεως εὕρεσις θησαυροῦ καὶ οἴκου κτῆσις ἢ ἑτέρων τινῶν σωματικῶν πρόσληψις ἢ ἀποβολή, καὶ δὴ καὶ ἡ τῶν πορνικῶν πρόσληψις ἢ μοιχευόντων ποινή, ἀνάγκη τὴν ψυχὴν ἐλαύνεσθαι μὲν πρὸς διὰ τὸν οἶκον ἢ ὑφαντικῆς διὰ μάθησιν δὲ τεκτονικῆς τὸ ἱμάτιον. [704 R.] Δεῖ δὲ καὶ γυναικὸς ἡττᾶσθαι διὰ τὸ παθεῖν τὸ σῶμα ἅπερ αὐτῷ εἱμαρται [a], ἀλλὰ καὶ πρὸς φόνον ὠθεῖσθαι διὰ τὴν καταψηφισαμένην τὸν θάνατον γένεσιν, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως. Οὐδὲν γὰρ σχεδὸν τῶν σωματικῶν τῆς ψυχῆς μὴ ὑπακουούσης καὶ συλλαμβανούσης γενήσεται, καὶ ἀνάγκη τοὺς ἐκ Βαρδισάνους ἢ καὶ τὴν ψυχὴν ὑπο-

[a] Gen. I, 14. [b] Josue X, 13. [c] IV Reg. XX, 9. [d] Matth. XXVII, 45. [e] Isa. XLVII, 12. [f] Jerem. X, 2.

VARIÆ LECTIONES.

[a] ἐφ' Scaliger: libri ἐν. [b] ἐπαφίει ς. [b] τἀναντία δέ A: δὲ τἀναντία ς. [a] αὐτῇ A: αὐτοῖς ς. [a] θησαυροῦ] θησαυροῦ διὰ τὸν θησαυρόν Scaliger. [a] αὐτῷ εἱμαρται A: αὐτὸ ἥμαρτεν ς.

Digitized by Google

τάξαι γενέσει, ἢ τοῦτο μὴ τολμῶντας καὶ τὸ σῶμα ταύτης ἀποφαίνειν ἐλεύθερον. Οὕτω μὲν καὶ τὸ β' καὶ γ' ἀποπερατοῦται κεφάλαιον.

A obediat atque adjuvet, ut necesse sit Bardisanæ sectatores, vel animum subjicere genesi, vel si hoc non audeant, etiam corpus ab hujus imperio liberum pronuntiare. Ita secundum et quinquagesimum caput finitur.

Ἐν δὲ τῷ ἑφεξῆς τὴν ἐσχάτην ἀσέβειαν διελέγχει τῶν γενέσει τολμώντων ὑποβάλλειν καὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν φανέντα πρόφασιν ποιουμένων ἀστέρα, καὶ ταύτην εὖ τε καὶ σοφῶς τὴν ἀπόνοιαν [565 H.] καταβάλλει, πολλοῖς αὐτοὺς κατατιτρώσκων τοῖς ἐπιχειρήμασι, τά τε ἄλλα, καὶ δι' ὧν δείκνυσι τὸν φανέντα ἀστέρα μὴ ἕνα τῶν πολλῶν καὶ κατ' οὐρανὸν εἶναι, ἀλλὰ δύναμίν τινα θειοτέραν, εἰς ἄστρον μὲν σχηματιζομένην, τὴν δὲ τοῦ κοινοῦ Δεσπότου κηρύττουσαν γένεσιν. Λέγει δὲ τοὺς μάγους παραλαβεῖν μὲν παρὰ Χαλδαίων ὡς ἀστὴρ B ἔσται τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως τοῦ κοινοῦ Σωτῆρος μηνυτής, ἐκείνους δὲ ὡς ὁμοτέχνοις ἀναθεῖναι τὴν προρρῆσιν τὸν Βαλαὰμ [8] ἐκεῖνον, ὃς καὶ ἄκων ἀντὶ κατάρας εὐλογήσας τὸν Ἰσραὴλ, τῇ εὐλογίᾳ συμπεριέλαβε καὶ τὴν τοῦ τεχθησομένου γένεσιν βασιλέως καὶ τὸν ταύτης κήρυκα ἀστέρα. Ἐμφανίζεται δὲ τεχθεὶς Πέρσαις πρὸ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ὁ Δεσπότης ἑαυτὸν, δεικνὺς ὅτι καὶ μάγων καὶ γοήτων τοῖς ἐθέλουσιν ἡ δι' αὐτοῦ παρέχεται χάρις καὶ σωτηρία.

Proximo vero extremam illam impietatem confutat eorum, qui ipsum quoque Dominum nostrum Jesum Christum genesi subjicere audent, sumpta de ostensa magis stella occasione. Hanc ergo amentiam bene et sapienter refellit, multis illos confodiens argumentis, cum alibi, tum ubi ostendit visam stellam non unam e multis in cœlo fuisse, sed vim quamdam diviniorem in astrum conformatam, quæ omnium Domini nativitatem denuntiaret (64). Porro magos refert a Chaldæis ita accepisse, stellam quamdam olim fore, quæ natum in carne communem Servatorem nuntiaret. Hoc illis vaticinium, tanquam ejusdem artis studiosis, enarrasse Balaamum illum, qui vel invitus imprecationis loco bene precando Israeli, benedictioni suæ nascituri regis ortum, et hujus præconem stellam admiscuisset [8]. Duni autem sese videndum obtulit Dominus, præ cæteris nationibus Persis potissimum jam natus apparuit, quod quibuscumque eam expetentibus, sive magis sive incantatoribus, per ipsum gratia et redemptio donaretur.

Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἕτερα διαπερανάμενος, τὸ τελευταῖον κεφάλαιον ἀνακεφαλαίωσιν τῶν εἰρημένων ποιεῖται, καὶ ἅμα τό τε [9] γ' καὶ ν' καὶ τὸν η' τούτοις ἀπαρτίζει λόγον.

His ergo atque aliis horum similibus pertractatis, ultimo tandem capite repetitionem prædictorum omnium instituit, simulque quinquagesimum tertium caput, et octavum librum absolvit.

Ἔστι δὲ τὴν φράσιν καθαρός τε καὶ εὐκρινὴς ὁ ἀνὴρ, τοῖς δὲ ἐνθυμήμασι καὶ τῇ τῶν ἐπιχειρημάτων διαπλάσει, οἷον αὐτὸν κατὰ μέρος ἐν τῇ τῶν λόγων αὐτοῦ ὑπεδείξαμεν ἐκλογῇ. C

Est autem in loquendo purus atque distinctus, ejusmodi enthymematis atque epicherematis efformatis, qualia ex parte jam in his illius operis excerptis indicavimus.

ΣΚΔ'.

Μέμνονος ἱστορικόν.

222*b* CCXXIV.

Memnonis Historiarum libri (65).

Cap. I. — *Summa historiæ sequentis de Heraclea Pontica.*

Ἀνεγνώσθη βιβλίον Μέμνονος ἱστορικὸν, ἀπὸ τοῦ ε [10] λόγου ἕως ις'. Ἡ δὲ πραγματεία, ὅσα περὶ τὴν Ποντικὴν Ἡράκλειαν συνηνέχθη, σκοπὸν ἀναγράψαι προτίθεται, τοὺς ἐν αὐτῇ τυραννήσαντας ἀναλεγομένη καὶ πράξεις αὐτῶν καὶ ἤθη, καὶ τοὺς ἄλλων βίους, καὶ τὰ τέλη οἷς ἐχρήσαντο καὶ ὅσα τῶν εἰρημένων ἐξήρτηται.

Memnonis historia, a libro v usque ad xvi, quæ circa Heracleam Ponticam acciderunt (id enim operis institutum est) exponit : tum urbis tyrannos, et res horum gestas moresque, tum aliorum etiam vitam et exitum, et quæcunque eo pertinent, recenset.

Cap. II. — *Clearchi tyranni eruditio, et crudelitas.*

Κλέαρχον μὲν οὖν ἐπιθέσθαι πρῶτον τυραννίδι D κατὰ τῆς πόλεως ἀναγράφει. Φησὶ δὲ παιδείας μὲν τῆς κατὰ φιλοσοφίαν οὐκ ἀγύμναστον, ἀλλὰ καὶ Πλάτωνος τῶν ἀκροατῶν ἕνα γεγονέναι, καὶ Ἰσοκράτους δὲ τοῦ ῥήτορος τετραετίαν ἀκροάσασθαι, ὠμὸν δὲ τοῖς ὑπηκόοις καὶ μιαιφόνον, εἴπερ τινὰ ἄλλον, ἐπιδειχθῆναι, καὶ εἰς ἄκρον ἀλαζονείας ἐλάσαι, ὡς

Clearchus (ait) primus tyrannidem in hanc sibi urbem vindicavit, disciplinæ philosophicæ haud equidem rudis (e Platonis enim discipulis unus fuit, et quadriennium Isocrati oratori operam dedit); at enimvero crudelem, si quisquam alius, civibus se exhibuit et cruentum : et ad summum usque insolentiæ processit, ut et Jovis se filium nominaret.

[8] Num. xxiv, 1 seqq.

VARIÆ LECTIONES.

[8] Βαλαάκ A. [9] τό τε Λ : τό ς. [10] θ' A : ε' ς.

NOTÆ.

(64) Eadem Basil. et Nysseni sententia Hom. *de Nativit. Domini.*

(65) De Heracleæ Ponticæ tyrannis. Latinitate donati Laur. Rhodomanno interprete.

Digitized by Google

Nec colore genuino, quo natura faciem ejus tinxerat, contentus, subinde aliis atque aliis eam fucis illinebat, ut nitida et rubicunda intuentibus videretur. Quin et vestes ad terrores et delicias permutabat. Nec vero in his tantum improbus erat, sed etiam in benefactores ingratus : et in omnibus violentus, ad res nefarias audax. Natura industrius ad cædes eorum quos impeteret, non tantum si quid hostile meditaretur contra populares, sed etiam in exteros. Bibliothecam tamen sibi comparavit, cujus laude antegreditur alios quos tyrannis famosos reddidit. Hic insidias crebro multas, propter cædes, immanitatem, et injurias sibi structas, effugit ; sed vix tandem a Chione Matris filio (qui vir erat magnanimus, et necessitudine sanguinis tyranno devinctus) et Leone et Euxenone, cæterisque non paucis, conjuratione inita, vulnus lethale accepit : cujus dolore acerbissimo est exstinctus. Commune enim populi sacrum agebat tyrannus. Opportunam igitur occasionem se adeptos rati qui cum Chione conspiraverant, manu Chionis ensem trans ilia communis patriæ hostis adigunt. Qui inter multos et sævissimos cruciatus magis magisque ingravescentes, et pavores a spectris incussos (erant autem simulacra eorum quos crudelem in modum necaverat), altero die post vitam cum morte commutavit, cum annos exegisset in vita 58, et 12 tyrannicum imperium tenuisset. Apud Persas tunc regno præerat Artaxerxes, et exinde Ochus **223***a*, patris in imperio successor. Ad quos sæpenumero Clearchus, dum vita fruitur, legatos misit. Qui vero necis auctores tyranno fuerant, prope omnes, partim a satellitibus, in ipso aggressionis articulo (ubi tamen strenuos se viros gerebant) concisi, partim aliquanto post capti, et atrocibus suppliciis (quæ fortiter tolerarunt) affecti, occubuere.

A καὶ Διὸς υἱὸν ἑαυτὸν ἀνειπεῖν καὶ τὸ πρόσωπον μὴ ἀνέχεσθαι ταῖς ἐκ φύσεως χρωματίζεσθαι βαφαῖς, ἄλλαις δὲ καὶ ἄλλαις ἰδέαις ποικιλλόμενον ἐπὶ τὸ στιλπνόν τε καὶ ἐνερευθὲς [11] τοῖς ὁρῶσιν ἐπιφαίνεσθαι, ἐξαλλάττειν δὲ καὶ τοὺς χιτῶνας ἐπὶ τὸ φοβερόν τε καὶ ἀδρότερον. [705 R.] Οὐ ταῦτα δὲ μόνον γενέσθαι κακὸν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς εὐεργέτας ἀχάριστον καὶ πάντα βίαιόν τε καὶ τὰ ἄτοπα τολμηρόν· φῦναι δὲ καὶ δραστήριον τὸν παλαμναῖον οἷς ἂν ἐπιβάλοι [12], οὐ κατὰ τῶν ὁμοφύλων μόνον, ἀλλὰ καὶ εἴ τι ἐν ἀλλοφύλοις ἐφρόνει πολέμιον. Βιβλιοθήκην μέντοι κατασκευάσαι πρὸ τῶν ἄλλων οὗς ἡ τυραννὶς ἀπέδειξεν ὀνομάζεσθαι. Τοῦτον δὲ ἐπιβουλὰς μὲν πολλὰς πολλάκις διὰ τὸ μιαιφόνον καὶ μισάνθρωπον καὶ ὑβριστικὸν κατ' αὐτοῦ συστάσας διαφυγεῖν, ὀψὲ δὲ καὶ μόλις ὑπὸ Χίωνος τοῦ Μάτριος, ἀνδρὸς μεγαλόφρονος καὶ κοινωνίαν πρὸς αὐτὸν τὴν ἐξ αἵματος ἔχοντος, [366 H.] καὶ Λέοντος καὶ Εὐξένωνος καὶ ἑτέρων οὐκ ὀλίγων συσκευασθῆναι πληγὴν καιρίαν ἐνεγκεῖν, καὶ τελευτῆσαι πικρῶς ἀπὸ τοῦ τραύματος. Ἔθυε μὲν γὰρ δημοτελῆ θυσίαν ὁ τύραννος· οἱ δὲ περὶ τὸν Χίωνα ἐπιτήδειον εἶναι τὸν καιρὸν τῇ πράξει νομίσαντες τῇ τοῦ Χίωνος χειρὶ τὸ ξίφος διὰ τῶν τοῦ κοινοῦ πολεμίου λαγόνων ἐλαύνουσιν. Ὁ δὲ, πολλῶν αὐτὸν καὶ πικρῶν ἀλγηδόνων κατατεινόντων, καὶ τοσούτων φασμάτων ἐκδειματούντων (εἴδωλα δὲ τὰ φάσματα ἦν ὧν ἐκεῖνος μιαιφόνως ἀνῃρήκει), οὕτω δευτεραῖος τὸν βίον κατέστρεψε, ζήσας μὲν ἔτη ηʹ καὶ νʹ, τούτων δὲ τυραννήσας δυοκαίδεκα. Εἶχε δὲ τὴν Περσῶν ἀρχὴν Ἀρταξέρξης τότε, εἶτα καὶ Ὦχος ὁ ταύτην ἐκ πατρὸς ἐκδεξάμενος· πρὸς οὓς καὶ πολλάκις ἔτι ζῶν ὁ Κλέαρχος διεπρεσβεύσατο. Οἱ μέντοι γε ἀντῃρηκότες τὸν τύραννον μικροῦ πάντες οἱ μὲν ὑπὸ τῶν σωματοφυλάκων κατ' αὐτὸν τὸν τῆς ἐπιθέσεως καιρὸν, οὐκ ἀγεννῶς ἀνδρισάμενοι, κατεκόπησαν, οἱ δὲ καὶ ὕστερον συλληφθέντες καὶ πικραῖς τιμωρίαις ἐγκαρτερήσαντες ἀνῃρέθησαν.

B

C

Cap. III. — *Satyri tyranni immanitas et crudelitas, philostorgia in fratrem. Morbus atrox. Vindicta divina etiam in hac vita.*

Satyrus autem, tyranni germanus, et curator puerorum Timothei et Dionysii relictus, imperium suscipit, qui non Clearchum solummodo, verum cunctos etiam tyrannos crudelitate superavit. Non enim de insidiatoribus fratris tantum vindictam sumpsit, sed et in liberos eorum qui etiam rei perpetratæ conscii non essent, non minus sæviit. Atque ita a multis insontibus maleficorum pœnas exegit. Fuit hic omnis doctrinæ philosophicæ et artium ingenuarum omnino expers, ingenio tantum ad sævitiam propenso ; nec voluntas ei erat, humanum aliquid et moderatum discendi, nec a natura indita facultas : sed per omnia erat pessimus, etiamsi tempus ipsum infringebat hominem, ut civilis tandem sanguinis et cædis eum satietas caperet. Amoris tamen fraterni primas tulit. Nam, ut dominatum fratris filiis integrum ab injuriis conservaret, adeo ejus rationem habuit, ut licet

Σάτυρος δὲ ὁ τοῦ τυράννου ἀδελφὸς, οἷα δὴ ἐπίτροπος καταλειφθεὶς τῶν παίδων Τιμοθέου καὶ Διονυσίου, τὴν ἀρχὴν ὑποδέχεται· ὃς ὠμότητι μὲν οὐ Κλέαρχον, ἀλλὰ καὶ πάντας τυράννους ὑπερέβαλεν. Οὐ μόνον γὰρ τοὺς ἐπιβεβουλευκότας τῷ ἀδελφῷ ἐτιμωρήσατο, ἀλλὰ καὶ τῶν τέκνων ἃ μηδὲν συνῄδει τοῖς γεγεννηκόσιν, οὐδὲν ἀνεκτότερον ἐδηλήσατο, καὶ πολλοὺς ἀναιτίους κακούργων δίκας ἀπῄτησε. Τοῦτον δὲ καὶ μαθημάτων τῶν τε κατὰ φιλοσοφίαν καὶ τῶν παντὸς ἐλευθερίου ἄλλου [13] παντελῶς ὑπάρξαι ἀπαράδεκτον, καὶ νοῦν δὲ πρὸς τὰς μιαιφονίας μόνον ὀξύρροπον ἔχοντα φιλάνθρωπον μηδὲν μηδὲ ἥμερον μήτε μαθεῖν ἐθελῆσαι μήτε φῦναι ἐπιτήδειον. Ἀλλὰ πάντα μὲν ἦν οὗτος κάκιστος, εἰ καὶ χρόνος αὐτῷ κόρον λαβεῖν τῶν ἐμφυλίων αἱμάτων καὶ τῆς μιαιφονίας ὑπεξέλυεν, ἐπὶ δὲ τῇ φιλαδελφίᾳ τὸ πρῶτον ἠνέγκατο· τὴν γὰρ ἀρχὴν τοῖς τοῦ ἀδελφοῦ παισὶν ἀνεπηρέαστον συντηρῶν, ἐπὶ τοσοῦτον τῆς

VARIÆ LECTIONES

[11] ἐρευθὲς ϛ. [12] ἐπιβάλοι H. Stephanus : libri ἐπιβάλοιεν. [13] ἐλευθ. ἄλλον ἄλλου ϛ.

Digitized by Google

αὐτῶν κηδεμονίας λόγον [15] ἐτίθετο, ὡς καὶ γυναικὶ συνὼν, καὶ τότε λίαν στεργομένῃ, μὴ ἀνασχέσθαι παιδοποιῆσαι, ἀλλὰ μηχανῇ πάσῃ γονῆς στέρησιν ἑαυτῷ δικάσαι, ὡς ἂν μηδ' ὅλως ὑπολίποι τινὰ ἐφεδρεύοντα τοῖς τοῦ ἀδελφοῦ παισίν. Οὗτος ἔτι ζῶν καὶ γήρᾳ βαρυνόμενος Τιμοθέῳ τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παίδων τοῦ ἀδελφοῦ ἐγχειρίζει τὴν ἀρχήν, καὶ μετὰ χρόνον οὐ πολὺν ἀνιάτῳ πάθει καὶ χαλεπωτάτῳ συσχεθείς, — καρκίνωμα γὰρ μεταξὺ βουβῶνός τε καὶ ὀσχέου ὑποφυὲν τὴν νομὴν πρὸς τὰ ἔνδον ἐπεδίδου πικρότερον, [708 R.] ἐξ οὗ ἰχῶρες ἀναστομωθείσης τῆς σαρκὸς ἐξέῤῥεον βαρὺ καὶ δύσοιστον πνέουσαι, ὡς μηκέτι μήτε τὸ ὑπηρετοῦμενον μήτε τοὺς ἰατροὺς τὸ τῆς σηπεδόνος στέγειν [16] δυσῶδες καὶ ἀνυπόστατον. Καὶ συνεχεῖς [367 H.] δὲ ὀδύναι καὶ ῥιμεῖαι ὅλον τὸ σῶμα κατέτεινον, ὑφ' ὧν ἀγρυπνίαις τε καὶ σπασμοῖς ἐξεδίδοτο, ἕως προκύψασα μέχρις αὐτῶν τῶν σπλάγχνων τοῦ πάθους ἡ νομὴ τοῦ βίου ἀπέῤῥηξεν. Ἐδίδου μὲν καὶ οὗτος, ὥσπερ καὶ Κλέαρχος, τελευτῶν τοῖς ὁρῶσιν ἐννοεῖν δίκας ἀπαιτεῖσθαι ὧν ὠμῶς τε καὶ παρανόμως τοὺς πολίτας διέθεσαν· πολλάκις γὰρ αὐτόν φασιν ἐν τῇ νόσῳ τὸν θάνατον ἐπελθεῖν αὐτῷ κατευχόμενον μὴ τυχεῖν, ἀλλὰ συχναῖς ἡμέραις τῇ πικρᾷ καὶ βαρείᾳ καταδαπανώμενον νόσῳ οὕτως ἀποτῖσαι τὸ χρεών, ἔτη μὲν βιώσαντα πέντε καὶ ἑξήκοντα, ὧν ἡ τυραννὶς εἶχεν ζ'. Ἀγησίλαος δὲ τηνικαῦτα Λακεδαιμονίων ἐβασίλευεν [16].

A conjugali uxoris, quam unice amabat, consuetudine uteretur, liberos tamen ex ea procreare nollet, sed omni arte hanc orbitatis et non gignendæ sobolis ceu pœnam sibi irrogaret: ne quem omnino insidiatorem fratris filiis relinqueret. Superstes adhuc, sed senio gravatus, Timotheo, qui de filiis fratris ætate præcessit, rerum summam tradit, nec multo tempore post difficillimo corripitur morbo et immedicabili. Cancer enim inter inguem et scrotum enatus ad interiora pascendo subinde acerbius proserpebat: ex quo, carne laxata, sanies, gravissimos et intolerabiles exspirans odores, profluebat, ut nec ministri nec medici virulentissimum putredinis fetorem sustinerent ac perferrent. Continentes autem et acerrimi dolores totum ejus corpus B excarnificabant: quorum vigiliis et convulsionibus eousque mali contagio adaugescebat, donec ad ipsa viscera se insinuans, vitam tyranno abrupit. Quare hic, non minus quam Clearchus, animadvertentibus considerandum exhibuit, pœnas tandem exigi illorum quæ contra divina et humana jura immaniter in cives admisissent. Sæpe enim **223** inter morbi torturas precatus dicitur, ut quamprimum sé mors obrueret, voti tamen compos non ante factus, quam morbi vi et acerbitate consumptus, eo modo satis debitum exsolvit: postquam 65 in vita, in tyrannide 7 annos compleverat. Et tempestate illa regnum apud Lacedæmonios Agesilaus administrabat.

Cap. IV. — *Timotheus filius Clearchi, princeps III. in bellis virtus. Mors immatura. Honos ei a fratre post mortem.*

Ejus merita in rempubl. et privatos. Ejus heroica

Ὁ δὲ Τιμόθεος παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν οὕτω ταύτην ἐπὶ τὸ πραότερον καὶ δημοκρατικώτερον [17] μετεῤῥύθμιζεν, ὡς μηκέτι τύραννον, ἀλλ' εὐεργέτην αὐτὸν, οἷς ἔπραττε, καὶ σωτῆρα ὀνομάζεσθαι. Τά τε γὰρ χρέα τοῖς δανεισταῖς παρ' ἑαυτοῦ διελύσατο, καὶ τοῖς χρῄζουσι πρὸς τὰς ἐμπορίας καὶ τὸν ἄλλον βίον τόκων ἄνευ ἐπήρκεσε, καὶ τῶν δεσμωτηρίων οὐ τοὺς ἀνευθύνους μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν αἰτίαις διηῴρει, καὶ δικαστὴς ἀκριβὴς ἦν ὁμοῦ καὶ φιλάνθρωπος, καὶ τὰ ἄλλα χρηστὸς καὶ τὰς ὑποθέσεις οὐκ ἀπιστούμενος. Ἐφ' [18] οἷς καὶ τὸν ἀδελφὸν Διονύσιον τά τε ἄλλα πατρικῶς περιεῖπε, καὶ κοινωνὸν μὲν εἶχεν αὐτίκα τῆς ἀρχῆς, ἐχομένως δὲ καὶ διάδοχον. Οὐ μὴν ἀλλὰ γὰρ καὶ πρὸς τὰς πολεμικὰς τῶν πράξεων ἀνδρείως ἐφέρετο, μεγαλόφρων δὲ ἦν καὶ γενναῖος σῶμα καὶ ψυχὴν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς τῆς μάχης διαλύσεις εὐγνώμων τε καὶ οὐκ ἄχαρις, πράγματα μὲν συνιδεῖν ἱκανὸς, ἐξικέσθαι δὲ πρὸς τὰ συνεωραμένα δραστήριος, οἰκτίρμων τε τὸ ἦθος καὶ χρηστὸς, καὶ τῇ μὲν εὐτολμίᾳ δεινῶς ἀπότομος, τῇ δὲ μετριότητι φιλάνθρωπός τε καὶ μειλίχιος. Διὸ σφόδρα μὲν περιῆν τοῖς πολεμίοις φοβερὸς ἦν, καὶ πάντες αὐτὸν κατωῤῥώδουν ἐπειδὴν ἀπεχθάνοιτο, τοῖς δ' ἀρχομένοις γλυκύς τε καὶ ἥμερος. Ἔνθεν καὶ τελευτῶν πόθον αὐτοῦ κατέλιπε πολὺν, καὶ πένθος ἤγειρε τῷ πόθῳ ἐνάμιλλον. Ὁ δὲ τούτου ἀδελφὸς

Ejus merita in rempubl. et privatos. Ejus heroica

C Timotheus igitur, imperium adeptus, ita ad moderationem, et quam potuit maxime popularem statum, illud reduxit, ut non ultra tyrannus, sed benefactor et servator ob præclare merita nuncuparetur. Nam de suo nomina creditoribus expedivit, et inopia laborantibus sine fenore, ad negotiationes et alios vitæ usus, pecunias suppeditavit: nec modo insontes, sed et veris criminibus obnoxios carceribus exsolvit. Judex quidem accuratus et severus, cæteroqui tamen humanus et benignus. In rebus fidei suæ credendis minime suspectus. Idcirco et fratrem Dionysium cum in aliis paterno amore et studio complexus est, tum statim imperii consortem ascivit, et successorem sibi destinavit. Sed enimvero ad res bellicas alacri, et qui virum decet, animo ferebatur. Magno enim D spiritu, et generoso corporis et animi robore erat præditus. Quin et ad controversias bellorum dirimendas et componendas æquum bonumque se præbebat, nec difficilem. Ad perspiciendum res idoneus, et ad exsequendum bene consideratas strenuus. Ingenio et moribus clemens, misericors et beneficus. In periculis quidem adeundis ferox: at in cætera vita perquam humanus et comis. Ideo, quandiu salva ei vita mansit, hostibus quam maxime formidabilem (ut omnes quibuscum inimicitias susceperat, eum expavescerent), sed civibus sua-

VARIÆ LECTIONES.

[15] κηδ. τὸν λόγον ς. [16] στέργειν ς. [16] ἐβασίλευσεν ς. [17] libri δημοκρατικώτατον. [18] ἐφ. A ; ἐν ς.

Digitized by Google

vem et mitem sese præstitit. Hinc accidit ut ad vitæ exitum vocatus, ingens sui desiderium faceret reliquum, et parem desiderio luctum excitaret. Germanus autem ejus frater Dionysius magnificis cadaver sumptibus rogo tradit, et e suis fratri palpebris lacrymas ceu libans effundit, eque propriis visceribus ei gemitus impendit. Ludos etiam equestres, et præter hos, gymnicos et thymelicos et scenicos, alios statim, alios postea, qui magnificentiores essent, peregit. Hæc IX et IX libro (quatenus cursim ista perstringimus) historia Memnonis describit.

A Διονύσιος καίει μὲν τὸ σῶμα πολυτελῶς, σπένδει δὲ αὐτῷ καὶ τὰ ἀπὸ βλεφάρων δάκρυα καὶ τὰς ἀπὸ τῶν σπλάγχνων οἰμωγὰς, ἐπιτελεῖ δὲ καὶ ἀγῶνας ἱππικοὺς, οὐχ ἱππικοὺς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ σκηνικοὺς καὶ θυμελικοὺς καὶ γυμνικοὺς, τοὺς μὲν αὐτίκα, τοὺς δὲ λαμπροτέρους καὶ ὕστερον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἡ θ' καὶ ι' τοῦ Μέμνονος, ὡς ἐν ἐπιδρομῇ φάναι, διαγράφει ἱστορία.

Cap. V. — *Dionysius princeps IV, rex fortunatissimus imperii augendi occasiones non negligit. Adversam fortunam studio et fato superat. Lætitiæ ambitiosæ excessus. Arte declinat periculum. Matrimonium felix, e fortuna Amastris. Mira vicissitudo. Imperii amplificati ratio. Fatum. Humana diligentia. Societas. Affinitas. Summus felicitatis gradus. Ignavia. Mors et legata. Benigni cognomentum ex moribus retulit. Curatores filiorum Dionysii. Amastris Lysimacho nupta.*

Dionysius, gubernaculis imperii acceptis, in augendo eo non vanam collocavit operam. Alexander enim, Persis ad Granicum profligatis, securam amplificandi ditiones suas occasionem patefecerat his, qui vellent: cum, quæ hactenus impedimento fuerat, Persarum potentia labefactaretur. Sed varias deinceps fortunæ vices expertus est, maxime cum Heracleæ **224***a* exsules missitandis ad Alexandrum legatis, jam haud dubie Asia potitum, de reditu et patria reipublicæ administratione sollicitarent. Quare non multum abfuit quin excidisset imperio. Et excidisset sane, nisi prudentia et sagacitate mentis, et studiis civium, et suis erga Cleopatram obsequiis, bella, cum minis sibi denuntiata, effugisset: idum qua cedit, iramque mitigat et dilationibus coercet, qua etiam se munit, et contra præparat. At posteaquam Alexander, dum Babylone agit, vitæ cursum absolvit, vel nece violenta vel morbo exstinctus, quam primum accepit nuntium Dionysius, Lætitiæ statuam consecravit: et ad primum famæ adventum, eo affectus est modo præ exuberanti gaudio, quo repentina hominem consternatio affecerit. Nam prope erat ut vertigine correptus prolaberetur, et a sana mente conspiceretur alienus. Hinc, ubi Perdiccas summi imperii negotia procurabat, Heracleæ exsules ad petita ab Alexandro etiam hunc instigarunt. Dionysius igitur eodem utens compendio, quamvis in acie novaculæ prope consisteret, pericula tamen complura sibi intentata devitavit. Verum Perdiccas, quod improbe se gereret, ab iis quibus præerat interimitur: et simul fervida illa spes exsulum exstinguitur. Proinde res Dionysio in statum feliciorem convertuntur. Ad felicitatem vero plurimum ei attulit momenti secundum matrimonium. Amastrin enim duxit, filiam Oxathræ. Frater is erat Darii, quem Alexander imperio exuit, ejusque filiam Statiram uxorem sibi adjunxit. Patrueles igitur erant hæ feminæ, amore inter se eximio devinctæ, qui a communi educatione et convictu in animis ipsarum radices egerat. Amastrin hanc Alexander, cum Stati-

B Τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος Διονύσιος ηὔξησε ταύτην, Πέρσας ἐπὶ Γρανικῷ τοῦ Ἀλεξάνδρου μάχῃ καταγωνισαμένου καὶ παρασχόντος ἄδειαν τοῖς βουλομένοις αὔξειν τὰ ἑαυτῶν, τῆς τέως ἐμποδὼν πᾶσιν ἱσταμένης Περσικῆς ἰσχύος ὑποστελλομένης. Ὕστερον δὲ ποικίλας ὑπέστη περιστάσεις, μάλιστά [368 H.] γε τῶν τῆς Ἡρακλείας φυγάδων πρὸς [709 R.] Ἀλέξανδρον περιφανῶς ἤδη τῆς Ἀσίας κρατοῦντα διαπρεσβευομένων, καὶ κάθοδον καὶ τὴν τῆς πόλεως πάτριον δημοκρατίαν ἐξαιτουμένων. Δ:' ἅπερ ἐγγὺς μὲν κατέστη τοῦ ἐκπεσεῖν τῆς ἀρχῆς· καὶ ἐξέπεσεν ἄν, εἰ μὴ συνέσει πολλῇ καὶ ἀγχινοίᾳ καὶ τῇ τῶν ὑπηκόων εὐνοίᾳ καὶ θεραπείᾳ Κλεοπάτρας τοὺς ἀπειληθέντας αὐτῷ πολέμους διέφυγε, τὰ μὲν ὑπείκων καὶ τὴν ὀργὴν ἐκλύων καὶ μεθοδεύων C ταῖς ἀναβολαῖς, τὰ δὲ ἀντιπαρασκευαζόμενος. Ἐπεὶ δὲ ἢ θανάτῳ [19] ἢ νόσῳ κατὰ Βαβυλῶνα γεγονὼς Ἀλέξανδρος τὸν βίον διέδραμεν, εὐθυμίας μὲν ὁ Διονύσιος ἄγαλμα, τὴν ἀγγελίαν ἀκούσας, ἱδρύσατο, παθὼν τῇ πρώτῃ προσβολῇ τῆς φήμης ὑπὸ τῆς πολλῆς χαρᾶς ὅσα ἂν ἡ σφοδρὰ λύπη δράσειε· μικροῦ γὰρ περιτραπεὶς εἰς τὸ πεσεῖν ὑπῆχθη καὶ ἄνους ὤφθη γενόμενος. Περδίκκα δὲ τῶν ὅλων ἐπιστάντος [20], οἱ μὲν τῆς Ἡρακλείας φυγάδες πρὸς τὰ αὐτὰ καὶ τοῦτον παρώξυνον, Διοσύσιος δὲ ταῖς ὁμοίαις μεθόδοις χρώμενος ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς πολλοὺς κινδύνους κατ' αὐτοῦ συστάντας πάντας διέδρασεν. Ἀλλ' ὁ μὲν Περδίκκας ὑπὸ τῶν ἀρχομένων μοχθηρὸς γεγονὼς ἀνῄρηται, καὶ αἱ τῶν φυγάδων ἐλπίδες ἐσβέννυντο. Διονυσίῳ δὲ πανταχόθεν τὰ πράγματα πρὸς τὸ εὐδαιμονέστερον μετεβάλοντο. Ἡ δὲ πλείστη ῥοπὴ τῆς εὐδαιμονίας ὁ δεύτερος αὐτῷ κατέστη γάμος. Ἠγάγετο μὲν γὰρ Ἄμαστριν, αὕτη δὲ ἦν Ὀξάθρου [21] θυγάτηρ· ἀδελφὸς δὲ ἦν οὗτος Δαρείου, ὃν καθελὼν Ἀλέξανδρος Στάτειραν τὴν αὐτοῦ θυγατέρα γυναῖκα ἠγάγετο, ὡς εἶναι τὰς γυναῖκας ἀλλήλαις ἀνεψιάς, ἔχειν δέ τι πρὸς ἑαυτὰς [22] καὶ φίλτρον ἐξαίρετον, ὃ τὸ συντρόφους ὑπάρξαι ταύταις ἐνέφυσεν. Ἀλλὰ ταύτην τὴν Ἄμαστριν Ἀλέξανδρος, ὅτε Στατείρᾳ συνήπτετο, Κρατερῷ (τῶν φιλουμένων ἦν οὗτος ὡς μάλιστα) συναρμόζει [23]. Ἀλεξάνδρου δὲ ἐξ ἀνθρώ-

VARIÆ LECTIONES.

[19] θανάτῳ] φαρμάκῳ Orellius. [20] ἐπιστατοῦντος Scaliger. [21] Ὀξάνθου vel Ὀξάρθου pr. A. [22] ἑαυτάς corr. A : ἑαυτόν ς. [23] ἁρμόζει ς.

Digitized by Google

των ἀποπτάντος, καὶ Κρατεροῦ πρὸς Φίλαν τὴν Ἀντιπάτρου ἀποκλίναντος, γνώμῃ τοῦ λιπόντος Διονυσίῳ ἡ Ἄμαστρις συνοικίζεται. Ἐξ οὗ ἐπὶ μέγα ἡ ἀρχὴ αὐτῷ διήρθη πλούτου τε περιβολῇ τῇ διὰ τῆς ἐπιγαμίας προστεθείσῃ καὶ ἰδίᾳ φιλοκαλίᾳ· καὶ γὰρ καὶ τὴν τοῦ Διονυσίου πᾶσαν ἐπισκευὴν τοῦ Σικελίας τυραννήσαντος αὐτὸν ἐπῆλθεν ἐξωνήσασθαι, τῆς ἀρχῆς ἐκείνου διαφθαρείσης. Οὐ ταῦτα δὲ μόνον αὐτῷ τὴν ἀρχὴν ἐπεκράτυνεν, ἀλλὰ καὶ εὐπραγία καὶ εὔνοια τῶν ὑπηκόων, καὶ πολλῶν ὧν οὐκ ἐκράτει πρότερον ἡ κυριότης. Καὶ Ἀντιγόνῳ δὲ τὴν Ἀσίαν κατέχοντι λαμπρῶς συμμαχήσας, ὁπότε τὴν Κύπρον ἐπολιόρκει, τὸν ἀδελφιδοῦν Πτολεμαῖον (στρατηγὸς δὲ οὗτος ἦν τῶν περὶ τὸν Ἑλλήσποντον) φιλοτιμίας ἀμοιβὴν εὔρατο παρ' Ἀντιγόνῳ γαμβρὸν λαβεῖν ἐπὶ θυγατρί. Ἡ δὲ παῖς ἐκ προτέρων ἦν αὐτῷ γεγενημένη[24] γάμων. Οὕτω γοῦν εἰς μέγα δόξης ἀνελθὼν καὶ τὸν τύραννον ἀπαξιώσας τὸ βασιλέως ἀντέλαβεν ὄνομα. [369 H.] Φόβων δὲ καὶ φροντίδων ἐλευθερίας καὶ ταῖς καθημεριναῖς τρυφαῖς ἐκδιαιτηθεὶς ἐξωγκώθη τε τὸ σῶμα, καὶ τοῦ κατὰ φύσιν πολὺ πλέον ἐλιπάνθη. Ὑφ' ὧν οὐ μόνον περὶ τὴν ἀρχὴν ῥᾳθύμως εἶχεν, ἀλλὰ καὶ ἐπειδὰν ἀφυπνώσειε, βελόναις μακραῖς τὸ σῶμα διαπειρόμενος[25] [712 R.] (τοῦτο γὰρ ἄκος μόνον τοῦ κάρου καὶ τῆς ἀναισθησίας ὑπελείπετο[26]), μόλις τῆς κατὰ τὸν ὕπνον καταφορᾶς ἐξανίστατο. Τεκνωσάμενος δὲ τρεῖς παῖδας ἐκ τῆς Ἀμάστριος[27], Κλέαρχον, Ὀξάθρην καὶ θυγατέρα ὁμώνυμον τῇ μητρί, μέλλων τελευτᾶν ταύτην τε τῶν ὅλων δέσποιναν καταλιμπάνει καὶ τῶν παίδων κομιδῇ νηπίων ὄντων σύν τισιν ἑτέροις ἐπίτροπον, βιοὺς μὲν ἔτη ε' καὶ ν', ὧν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς λ' ἐγνωρίζετο, πραότατος ἐν αὐτῇ, ὡς εἴρηται, γεγονὼς καὶ τὸ Χρηστὸς ἐπίκλησιν ἐκ τῶν ἠθῶν ἐνεγκάμενος, καὶ πολὺν πόθον τοῖς ὑπὸ χεῖρα καὶ πένθος λιπών.

ram fecisset uxorem, Cratero (qui inter charissimos ei fuit) nuptum dederat. At cum, Alexandro rebus mortalium propere exempto, Craterus ad Philam, Antipatro natam, animum adjiceret, Amatris, desertore non invito, domum a Dionysio ducitur. Ex quo ad magnum ei augmentum dominatus sese extulit, tum opum e recentibus nuptiis accessione, tum ipsius etiam principis studio et magnificentia. Nam et Dionysii, qui Siciliæ tyrannum egerat, omnem ei supellectilem facultas emendi contigit, quando de imperio illius actum fuit. Nec vero his tantum roborabatur ei potestas, sed etiam eo quod prospero successu et favore civium utebatur, et imperium usurpabat in multos antea non subjectos. Antigono etiam, jam magnifice Asiam **224***b* tenenti, suppetias tulit, quando Cyprum oppugnavit, et Ptolemæum, illius fratre natum (cui Hellesponti satrapiam commiserat) quasi præmium studii sui apud Antigonum invenit, ut generum illum haberet, filia quæ ex priore fuerat suscepta conjugio, in matrimonium ei elocata. Itaque ad magnam elatus gloriam, tyranni nomen dedignatur, et regis assumit. Jamque metu et curis liberatus, cum in quotidianis vitam deliciis ageret, in crassam corporis molem excrevit, pinguedine supra naturæ modum adauctus. Unde evenit ut non modo negligenter regnum administraret, sed etiam somno oppressus, aciculis, licet oblongis, in corpore fixis (id enim solum veterni et stuporis superat remedium) vix tamen a soporis gravedine exsuscitaretur. Tribus autem ex Amastri liberis sibi procreatis, Clearcho, Oxathre, et filia ejusdem cum matre nominis, jam morti propinquus, uxori administrationem cunctam, et liberorum, qui adhuc teneræ admodum ætatis erant, tutelam (adjunctis quibusdam aliis) relinquit: cum vixisset annos LV, in imperio autem conspicuus fuisset XXX, in quo se mitissimum (quod dixi) gessit, ita ut cognomentum Benigni ex moribus referret; magnumque civibus desiderium et luctum post se reliquit.

Οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ μετὰ τὴν ἐκείνου ἐξ ἀνθρώπων ἀναχώρησιν τὰ τῆς πόλεως πρὸς εὐδαιμονίαν ἐφέρετο, Ἀντιγόνου τῶν τε παίδων Διονυσίου καὶ τῶν πολιτῶν οὐ παρέργως προνοουμένου. Ἐκείνου δὲ πρὸς ἕτερα τὰς φροντίδας τρεψαμένου, Λυσίμαχος πάλιν τῶν περὶ Ἡράκλειαν καὶ τῶν παίδων ἐπεμελεῖτο, ὃς καὶ Ἄμαστριν ποιεῖται γυναῖκα. Καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν λίαν ἔστερξε, πραγμάτων δὲ αὐτῷ προσπεσόντων αὐτὴν μὲν ἐν Ἡρακλείᾳ λείπει, αὐτὸς δ' εἶχετο τῶν ἐπειγόντων. Εἰς Σάρδεις δὲ μετ' οὐ πολὺν χρόνον, τῶν πολλῶν πόνων ῥαῖσας, μετεπέμψατο ταύτην, καὶ ἔστεργεν ὁμοίως. Ὕστερον δὲ πρὸς τὴν θυγατέρα[28] Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου (Ἀρσινόη δὲ ἦν τὸ ὄνομα) τὸν ἔρωτα μεταθείς, διαζυγῆναι τὴν Ἄμαστριν αὐτοῦ παρέσχεν αἰτίαν, καὶ καταλιποῦσαν τοῦτον καταλαβεῖν τὴν Ἡράκλειαν. Ἐγείρει δὲ αὕτη παραγενομένη καὶ συνοικίζει πόλιν Ἄμαστριν.

Nihilo tamen minus, post ejus a mortalibus discessum, res civitatis in secundo fortunæ casu permanebant, Antigono filiorum Dionysii et civium non obiter curam gerente. Qui ubi ad alia studium avertit, Lysimachus in curationem Heraclensium et puerorum successit. Qui et Amastrin uxorem sibi ascivit, et initio mirifice amavit: sed gliscentibus negotiis illam Heracleæ relinquit, ipse rebus urgentibus occupatur. Nec longo intervallo post, cum laborum distractione quietem ageret, Sardes illam accersitam pari amore complectitur: postquam vero ad Ptolemæi Philadelphi natam, cui nomen Arsinoe, amorem transtulisset, causam Amastri præbuit disjunctionis, utque deserto illo Heracleam occuparet. Quo reversa, Amastrin urbem erexit, et colonis frequentavit.

VARIÆ LECTIONES.

[24] γεγενημένη A : γεγαμημένη ς. [25] διαπειρομενος corr. A : διαπειρώμενος ς. [26] ὑπελίπετο ς. [27] Ἀμάστρης A. [28] θυγατέρα] ἀδελφήν Wesseling. Obss. var. I, 26.

Digitized by Google

CAP. VI. — *Clearchus princeps V. Ejus virtus bellica, Fortuna mutabilis, Degeneratio. Parricidium.*

Clearchus autem, ad virilem tunc ætatem progressus, et civitati Heracleæ præfuit, et in bellis non paucis, quæ vel ope sua propulsaret ab aliis, vel illata sibi defenderet, specimen præclarum edidit. Inter quæ etiam, **225***a* dum Lysimacho contra Getas belligeranti operam navat, captus est cum rege : eoque ex captivitate soluto, ipse etiam prudentia Lysimachi postea est dimissus,

A Κλέαρχος δὲ ἀνδρωθεὶς ἤδη τῆς τε πόλεως ἦρχε, καὶ πολέμοις οὐκ ὀλίγοις τὰ μὲν συμμαχῶν ἄλλοις[29], τὰ δὲ καὶ τοῖς ἐπιφερομένοις αὐτῷ ἐξητάζετο. Ἐν οἷς καὶ κατὰ Γετῶν Λυσιμάχῳ[30] στρατευόμενος[31] ἑάλω τε σὺν αὐτῷ, καὶ ἀνεθέντος τῆς αἰχμαλωσίας ἐκείνου καὶ αὐτὸς ὕστεροον τῇ Λυσιμάχου προνοίᾳ ἀφίετο.

Clearchus itaque et frater in regno paterno successores, lenitate et beneficentia erga subditos patre longe inferiores evaserunt. Quid quod ad nefarium et exsecrabile facinus sunt delapsi. Matrem enim, quæ nihil in eos grande peccaverat, cum navi se commisisset, insigni commento et flagitio, mari suffocandam curarunt.

Οὗτος ὁ Κλέαρχος ἅμα τῷ ἀδελφῷ τῆς ἀρχῆς καταστάντες διάδοχοι πρὸς μὲν ἡμερότητα καὶ χρηστότητα πολὺ τοῦ πατρὸς ἐλάττους τοῖς ὑπηκόοις ἀπέβησαν, εἰς ἔκθεσμον δὲ καὶ μιαρώτατον ἔργον ἐξέπεσον· τὴν γὰρ μητέρα μηδὲν περὶ αὐτοὺς μέγα πλημμελήσασαν, μηχανῇ δεινῇ καὶ κακουργίᾳ ἐπιβᾶσαν νηὸς θαλάσσῃ ἀποπνιγῆναι κατειργάσαντο.

CAP. VII. — *Parricidii ultio. Lysimachus VI dominus externus et benignus.*

Quam ob causam Lysimachus, sæpius in historia ista memoratus (in Macedonia autem tunc rerum potiebatur), etsi propter Arsinoes consuetudinem Amastrin a se abalienarat, cum tamen pristini in se amoris ceu igniculum ferret, et immane atque detestabile hoc scelus non tolerandum duceret : animi quidem apud se decreta quam arctissime continuit, antiquæ interim necessitudinis studium Clearcho ostentans : sed tamen arte multa, et strategematis ad fallendum compositis (occultare enim quæ vellet, mortalium ingeniosissimus perhibetur) Heracleam, ceu publico recipientium commodo id fiat, ingreditur : et dum intimam patris affectionem larva quadam Clearcho eique addictis præ se fert, parricidas illos e medio tollit, primo Clearchum, deinde etiam Oxathren : et sic justas maternæ cædis pœnas exigit. Hinc, ubi redacta in clientelam suam civitate, opes tyrannorum dominatu collectas in prædam suam vertisset, et (quod diu exspectaverant) liberam civibus rempublicam restituisset, in proprium se regnum recepit.

B Δι' ἣν αἰτίαν καὶ Λυσίμαχος ὁ πολλάκις ῥηθεὶς (Μακεδονίας δὲ ἐβασίλευεν[32]), εἰ καὶ τὴν Ἀμαστριν διὰ τὴν[33] συνάφειαν Ἀρσινόης λιπεῖν αὐτὸν παρεσκευάσατο, ἀλλ' οὖν τοῦ τε προτέρου πόθου φέρων ἐν ἑαυτῷ τὸ ἐμπύρευμα, καὶ τὸ μυσαρὸν καὶ ὠμὸν τῆς πράξεως οὐκ ἀνασχετὸν ποιούμενος, στεγανώτατα μὲν τὴν αὐτοῦ κατεῖχεν ἔνδον [370 H.] γνώμην, τὴν ἀρχαίαν δὲ φιλίαν πρὸς τοὺς περὶ Κλέαρχον τῷ σχήματι ἐπιδεικνὺς διὰ πολλῶν τε μηχανῶν καὶ τῶν τοῦ λανθάνειν στρατηγημάτων (κρύψαι γὰρ τὸ βουλόμενον[34] δεινότατος ἀνθρώπων γεγονέναι λέγεται), ἐν[35] Ἡρακλείᾳ μὲν ὡς ἐπὶ τῷ τῶν δεχομένων συνοίσοντι παραγίνεται, πατρὸς δὲ στοργὴν τῷ προσωπείῳ τοῖς περὶ Κλέαρχον προβαλλόμενος ἀναιρεῖ μὲν τοὺς μητροκτόνους, πρῶτον μὲν Κλέ- B αρχον, εἶτα καὶ Ὀξάθρην, μητρικῆς ἀπαιτήσας μιαιφονίας δίκας· [713 R.] καὶ τὴν πόλιν ποιησάμενος ὑπὸ τὴν πρόνοιαν τὴν αὐτοῦ, καὶ τὰ πολλὰ δὲ λαφυραγωγήσας ὧν ἡ τυραννὶς ἠθροίκει χρημάτων, ἄδειάν τε δοὺς δημοκρατεῖσθαι τοὺς πολίτας, οὗ ἐφίεντο, πρὸς τὴν ἰδίαν βασιλείαν ἐστέλλετο.

CAP. VIII. — *Heraclius tyrannus VII. Muliebris impotentia.*

Reversus igitur ad sua, Amastrin laudibus extollere, ejusque mores et imperium demirari, ut hoc ad id magnitudinis, potentiæ et majestatis elatum corroborasset, uniceque prædicare Heracleam : sed ut in partem laudis venirent etiam Tius et Amastris, quam nomine suo celebrem illa condidisset. Hæc crebro habens in ore, Arsinoen exstimulavit ut urbium tantopere celebratarum dominatum affectaret, quæque affectabat sibi donari peteret. At is D gravitatem muneris prætendens, initio preces non admittebat, sed tamen, progressu temporis exoratus, concessit. Ingeniosa enim ad circumveniendum fuit Arsinoe, et jam senectus ipsa mansuefactum

Λυσίμαχος δὲ τὴν ἰδίαν ἀρχὴν καταλαβὼν δι' ἐπαίνων μὲν τὴν Ἀμαστριν εἶχεν, ἐθαύμαζε δὲ αὐτῆς τούς τε τρόπους καὶ τὴν ἀρχήν, πρὸς ὄγκον καὶ μέγεθος καὶ ἰσχὺν ὡς ἐκρατύνατο, ἐξαίρων μὲν τὴν Ἡράκλειαν, μέρος δὲ τῶν ἐπαίνων καὶ τὴν Τῖον καὶ τὴν Ἀμαστριν, ἣν ἐπώνυμον ἤγειρεν ἐκείνη, ποιούμενος. Καὶ ταῦτα λέγων[36] τὴν Ἀρσινόην ἠρέθιζε δεσπότιν τῶν ἐπαινουμένων[37] γενέσθαι. Ἡ δὲ ἐδεῖτο τυχεῖν ὧν ἐπόθει. Καὶ ὁ Λυσί- D μαχος σεμνύνων τὸ δῶρον κατ' ἀρχὰς μὲν οὐ προσίετο, ἐκλιπαρηθεὶς δὲ χρόνῳ παρέσχεν· ἦν γὰρ δεινὴ περιελθεῖν [ἡ Ἀρσινόη, καὶ τὸ γῆρας ἤδη Λυσίμαχον παρεῖχεν[38] εὐεπιχείρητον. Δεξαμένη

VARIÆ LECTIONES.

[29] ἄλλοις A : ἀλλήλοις ς. [30] Λυσιμάχου ς. [31] συστρατευόμενος Scaliger. [32] ἐβασίλευσεν ς. [33] διά τε τήν ς. [34] βουλευόμενον corr. A. [35] ἐν add. A. [36] ταῦτα μὲν λέγων ς. [37] ἐπαινουμένων A : ἐπαίνων ς. [38] παρεῖχεν A : εἶχεν ς.

Digitized by Google

δ' οὖν ἡ Ἀρσινόη τῆς Ἡρακλείας τὴν ἀρχὴν πέμπει τὸν Κυμαῖον Ἡράκλειτον, ἄνδρα μὲν εὔνουν αὐτῇ, ἀπόνομον δὲ ἄλλως καὶ δεινὸν ἐν βουλευμάτων ἐντρεχείᾳ καὶ ὀξύτητι. Ὁ δὲ τῆς Ἡρακλείας ἐπιβὰς τά τε ἄλλα σφόδρα ἐπιστρόφως τῶν πραγμάτων ἐξηγεῖτο, καὶ πολλοὺς αἰτίαις ὑποβάλλων τῶν πολιτῶν οὐκ ἐλάττους ἐτιμωρεῖτο, ὡς πάλιν ἀποβαλεῖν αὐτοὺς τὴν μόλις ἐπιφανεῖσαν εὐδαιμονίαν.

A dederat Lysimachum. Potita igitur Heracleæ dominatu Arsinoe, Heraclitum eo Cymæum mittit, **225***b* virum illius observantem et studiosum, sed alioqui præfractum, et in consiliis dandis et exsequendis perquam industrium et acrem. Hic præfectus Heracleæ, cum alias res nimis rigide administrat, tum multos civium criminibus onerat, nec pauciores supplicio afficit : et sic felicitatem vixdum exortam cives denuo amittebant.

Cap. IX. — *De Lysimachi parricidio in filium Agathoclem, consilio novercæ, ejusque interitu.*

A ret : Nos differentiam coeuntium confitentes, duas quidem asserimus naturas, sed et unionem tradentes, **271***a* hoc statim adjungimus, unam Verbi esse naturam incarnatam : hoc siquidem de unitorum differentia, illud vero hypostaticam unionem ostendi t. Ex quibus de Nestorio dicit, tantum non clamat : Ut si nobiscum unionem Nestorius asserit, unum Christum, unum Dominum, unum Filium confitens, recepimus illum duas dicentem naturas : siquidem, eadem voce differentiam carnis ac Dei Verbi conatur ostendere, sed ne decerpere veritatem conatus sit. Si vero duas naturas dicere, ut ipse dixit, differentiam significat carnis et Dei Verbi, et hanc servare oportet [post] unionem : nimirum duas naturas docet post unionem servare. Differentia scilicet servata, necesse est ea B servari de quibus differentia. Et Orientales secum ait consentire, et nequaquam unam Verbi naturam incarnatam asserentes, sed duas quidem asserentes naturas hypostatica unione unitas, indifferentesvoces clare ostenditur. Quare synodus, etsi non lingua, tamen sententia unam novit Verbi naturam incarnatam prædicare.

Οὐκ ἐκ τῶν εἰρημένων δὲ μόνον ῥᾴδιόν [91] ἐστι τοῦτο καθορᾶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ λιβέλλου ὃν ἔγραψε μὲν οἰκείᾳ χειρὶ ὁ θεσπέσιος Φλαβιανὸς, ἐπιδέδωκε δὲ Θεοδοσίῳ τῷ βασιλεῖ· ἡ δὲ σύνοδος πρὸ τῶν ἄλλων ταύτην ἔκρινεν ἀναγνωσθῆναι. Ἔχει γὰρ ἐπὶ λέξεως ὧδε· *Καὶ γὰρ ἐκ δύο φύσεων ὁμολογοῦντες τὸν* C *Χριστὸν μετὰ τὴν σάρκωσιν ἐν μιᾷ ὑποστάσει καὶ ἐν ἑνὶ προσώπῳ, ἕνα Χριστὸν, ἕνα Υἱὸν, ἕνα Κύριον ὁμολογοῦμεν. Εἶτα καὶ μίαν μὲν φύσιν τοῦ Θεοῦ* [92] *Λόγου, σεσαρκωμένην μέντοι καὶ ἐνανθρωπήσασαν λέγειν οὐκ ἀρνούμεθα, διὰ τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν.*

Non modo e dictis hoc facile est perspicere, sed etiam ex eo libello quem propria manu sanctus Flavianus concripsit, et Theodosio imperatori inscripsit : concilium vero ante alios hunc legi præcepit. Sic enim ibi ad verbum : *Etenim e duabus naturis Christum post incarnationem in una hypostasi confitentes, et in una persona unum Christum, unum Filium, unum Dominum confitemur : deinde et unam naturam Verbi incarnatam, et carnem indutam dicere non negamus, quia e duobus unum et eumdem esse Dominum nostrum Jesum Christum.*

Σὺ δέ μοι σκόπει κἀκεῖνο. Ἡ σύνοδος συνεχῶς [93] τὸν αὐτὸν λέγει καὶ ἕνα Χριστόν. Τοῦτο δὲ τί ἐστιν ἕτερον ἢ τὸ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ὁμολογεῖν, ἤ, εἰ βούλει, τὴν μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην; Καὶ γὰρ χωρὶς [94] τῶν αἱρετικῶν σοφισμάτων ἡ χρῆσις αὕτη προφερομένη τὸ ἀδιάφορον ἔχει, πρός γε τὴν προειρημένην διάνοιαν [95].

Tu vero et illud considera. Concilium continenter dicit eumdem et unum Christum. Hoc vero quid aliud est quam unionem hypostaticam confiteri, vel, si placet, unam Verbi naturam incarnatam? Etenim absque hæreticorum cavillationibus, usus hic antea allatus differentiam continet ad prædictum sensum.

Ὥσπερ δὲ ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος ἡ σύνοδος λέγουσα τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐκ δύο φύσεων ὁμοίως ἀνευφημεῖ, οὕτω καὶ ἐν θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι [96] λέγουσα ἐν δυσὶ δοξάζει φύσεσι καὶ συνομολογεῖ. Οὐ γὰρ ἐκ τούτων μέν ἐστιν ὁ Χριστὸς, οὐχὶ ταῦτα δὲ, οὐδὲ ταῦτα μὲν, οὐκ ἐν τούτοις δὲ, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐστι, καὶ ἐν τούτοις γνωρίζεται καὶ ταῦτά ἐστιν. Οὕτω δὲ καὶ Ἀμβρόσιος ὁ θαυμάσιος ἐν τῷ περὶ ἐνανθρωπήσεως τετάρτῳ δογματίζει λόγῳ· *Ἐν τῷ Θεὸς εἶναι ἀϊδιος τὰ τῆς σαρκὸς μυστή-* D Quemadmodum autem ex humanitate atque divinitate Christum Dominum ex duabus naturis similiter synodus prædicans iterum laudat : sic et in divinitate et **271***b* humanitate dicens in duabus opinatur naturis ac confitetur. Non enim ex his est Christus, neque hæc, neque illa, non in quibus, sed e quibus est, et in quibus agnoscitur. Et hæc fere sunt. Sic quoque beatus Ambrosius libro IV *De incarnatione* docet : *Ibi Deus ab æterno esse carnis mysteria prævidit, nec separatus, sed unus. Postquam*

VARIÆ LECTIONES.

[87] ἐστι A : ἐπί ς. [88] ἕνωσίς ἐστι δηλωτικός ς. [89] ἕνα Κύριον, ἕνα Υἱόν ς. [90] γε add. A. [91] libri ῥᾳδ'. [92] Θεοῦ add. A. [93] τὸν αὐτὸν συνεχῶς ς. [94] χωρὶς A : καὶ χωρὶς ς. [95] διανοίας ς. [96] ἐνάνθρωπότητι ς.

Digitized by Google

sensum repræsentare? Quamobrem sicubi dixisse videatur Deum Verbum hominem non assumpsisse, hac ipsa doctrina prædicavit, non omnino ipsum negare, hoc non dici : quomodo erga alios sic loqui prohibeat, quod ipse facit? sed non sic loqui ut Nestorio visum est.

Clarus itaque Eulogius unam Verbi naturam incarnatam indicans, hoc etiam addit; ut si quis præceptoris sensum accuratius cupiat investigare, **273***a* inveniet voce nihil aliud voluisse, quam incommutabilitatem Verbi ostendere : Ne dictum alio, sed ad divinitatem Unigeniti referatur. In dialogo enim qui *Uuus Christus* inscribitur : *Unum Filium et unam ejus naturam dicimus, licet in assumptione carnis fieri intelligatur habentis animam intelligibilem.* Quibus nihil aliud quam immutabilitas divinitatis declaratur. Non igitur una Verbi natura, ut diximus, incommutabilitatem declarat divinitatis, non autem duas naturas secundum hypostasin unitas tollit. Sic igitur intellexit pius ille scriptor, quod a præceptore ad Eulogium dictum est : *Unus denique Filius et una natura incarnati Verbi*, hoc est non conversa, nec a propria perfectione declinans.

Et illud ad sensum referre oportet, ut beatus Cyrillus nusquam unam Christi naturam dicere videatur : sed unum Christum, unam personam, et ubique unam Christi hypostasin, non autem unam naturam. Et contra prohibet in epistolis ad Succensum, unam naturam in composito dicere : *Si enim hoc tollimus, e duabus diversis naturis unum solumque Christum esse post unionem indivisum, afferent adversari : Si una natura totum, quomodo incarnatus est?* Totum autem dicens, et post unionem dicens, certum est quod hæc non ante unionem, sed post unionem, quod quidem et compositum dicit. Etenim totum quoddam est Christus : si vero non una natura totum, at supra naturam certe. Cum his sentiens Gregorius cognomento Theologus, etsi utrumque unum dicat, sed non natura, sed concilio. Quanquam infelix Eutyches e duabus naturis unionem confitebatur, post unionem unam nefande dicebat. Unde illum merito Chalcedonensis, et antea Constantinopolitana synodus condemnavit. Sed famosus Dioscorus, nihil illum ab Apollinario differentem magno studio suscipit. Impius vero Apollinarius libro suo *De incarnatione*, vide quid scribat : *O nova creatura et divina mistio! Deus et homo unam conficiunt naturam.* Unde impietatis veluti aquæductus alii post illum derivarunt. Tu et antiquum vide lutum. Valentinus vero ad verbum sic **273***b*

ἀναλαβεῖν· ἐν ταύταις δὲ, *Οὐκοῦν γέγονε*, φησὶν, *ἄνθρωπος, οὐκ ἄνθρωπον ἀνελάβετο.* Πῶς οὖν ἐκεῖ μὲν ἄνθρωπον [13] οὐκ ἀνέλαβεν, ἐνταῦθα δὲ ἀνέλαβεν; αὐτὸς ἑαυτὸν ἑρμηνεύει· ἐπάγει γὰρ, *ὡς Νεστορίῳ δοκεῖ.* Τοῦτο δὲ τί ἐστιν ἄλλο ἢ μὴ τοῖς ῥήμασι καταπιστεύειν τὸν νοῦν, τὰ δὲ ῥήματα τῇ διανοίᾳ ζυγοστατεῖν; ὥστε εἴ που λέγων εὑρεθείη τὸν Θεὸν Λόγον ἄνθρωπον μὴ ἀναλαβεῖν, ἐκ τῆς παρούσης ἀνεκήρυξε διδασκαλίας οὐχ ἁπλῶς αὐτὸν ἀπείργειν τοῦτο μὴ λέγειν (πῶς γὰρ ἂν ἑτέρους κωλύσειεν, ὅπερ αὐτὸς λαμπρῶς διαπράττοιτο;) ἀλλὰ μὴ λέγειν, οὕτως ὡς Νεστορίῳ δοκεῖ.

Ὁ μέντοι γε κλεινὸς Εὐλόγιος τὴν μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην διευκρινῶν καὶ τοῦτό φησιν, ὡς εἴ τις τὸν νοῦν τοῦ διδασκάλου ἐξακριβώσασθαι βουληθῇ, εὑρήσει τοῦτον διὰ τῆς φωνῆς οὐδὲν ἕτερον βουλόμενον [447 H.] ἢ τὸ ἄτρεπτον ἐπιδεῖξαι τοῦ Λόγου, ἵνα τὸ [14] λεγόμενον μὴ εἰς ἄλλο τι, ἀλλ' εἰς τὴν θεότητα τοῦ Μονογενοῦς ἀναφέροιτο. Ἐν γὰρ τῷ διαλόγῳ ὃς ἐπιγράφεται, ὅτι *Εἷς ὁ Χριστός· Ἕνα γε*[14*] *μὴν Υἱὸν καὶ μίαν αὐτοῦ φύσιν φαμὲν, κἂν εἰ ἐν προσλήψει νοοῖτο γενέσθαι σαρκὸς ψυχὴν ἐχούσης τὴν νοεράν.* Δι' ὧν οὐδὲν ἕτερον ἢ τὸ ἄτρεπτον ἀποσημαίνεται τῆς θεότητος. Οὐκοῦν ἡ [15] τοῦ Υἱοῦ μία φύσις, καθάπερ εἴρηται, τὸ ἄτρεπτον ἀνυμνοῦσα τῆς θεότητος, οὐδαμῶς ἀναιρεῖ τὰς καθ' ὑπόστασιν ἑνωθείσας δύο φύσεις. Οὕτω δ' ἂν νοήσειεν ὁ τῆς εὐσεβείας [16] φίλος καὶ τὸ πρὸς Εὐλόγιον τῷ διδασκάλῳ εἰρημένον, *Εἷς λοιπὸν Υἱὸς, καὶ μία φύσις αὐτοῦ τοῦ σαρκωθέντος Λόγου*, τουτέστιν οὐ τραπεῖσα οὐδὲ τῆς οἰκείας ἀποστᾶσα τελειότητος.

Κἀκεῖνο δὲ δεῖ κατὰ νοῦν φέρειν, ὡς ὁ θεῖος Κύριλλος οὐδαμοῦ φαίνεται μίαν φύσιν Χριστοῦ εἰπὼν, ἀλλ' ἕνα μὲν Χριστὸν καὶ ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν Χριστοῦ πανταχοῦ, [849 R.] μίαν δὲ φύσιν Χριστοῦ οὐκέτι. Τοὐναντίον μέντοι γε καὶ ἀποκωλύει ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς, αἳ τὸν Σούκενσον ἐπιγράφονται, μίαν φύσιν λέγειν ἐπὶ τοῦ συνθέτου· *Ἐὰν γὰρ*, φησὶν, *ἀνέλωμεν τὸ ὅτι ἐκ δύο καὶ διαφόρων φύσεων ὁ εἷς καὶ μόνος ἐστὶ Χριστὸς, ἀδιάσπαστος ὢν μετὰ τὴν ἕνωσιν, ἐροῦσιν οἱ τῇ ὀρθῇ μαχόμενοι δόξῃ· Εἰ μία φύσις τὸ ὅλον, πῶς ἐνηνθρώπησεν;* Ὅλον δὲ εἰπὼν, καὶ μετὰ τὴν ἕνωσιν εἰπὼν, δῆλον ὡς οὐ τὰ πρὸ τῆς ἑνώσεως, ἀλλὰ τὰ μετ' αὐτὴν [17], ὅπερ ἐστὶ τὸ σύνθετον, λέγει. Καὶ γὰρ ὅλον τί ἐστιν ὁ Χριστός· εἰ δὲ μὴ μία φύσις τὸ ὅλον, ὑπὲρ τὴν μίαν πάντως. Τούτοις καὶ ὁ θεολόγος συνᾴδων Γρηγόριος, εἰ καὶ τὸ συναμφότερον ἓν φησιν, ἀλλ' οὐ τῇ φύσει, τῇ δὲ συνόδῳ. Ὁ μέντοι δυστυχὴς Εὐτυχὴς ἐκ δύο μὲν φύσεων τὴν ἕνωσιν ὁμολόγει, μετὰ δὲ τὴν ἕνωσιν μίαν ἐδυσφήμει. Ἐφ' οἷς αὐτὸν ἥ τε ἐν Καλχηδόνι [18] καὶ ἡ πρὸ αὐτῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει δικαίως κατεδίκασε σύνοδος. Ἀλλ' ὁ γενναῖος Διόσκορος οὐδὲν αὐτὸν Ἀπολιναρίου διαφέροντα μετὰ πλείστης ὅσης σπουδῆς ἀπεδέξατο. Ὁ γὰρ δυσσεβὴς Ἀπολινάριος, ἐν τῷ *Περὶ σαρκώσεως* αὐτοῦ λόγῳ, πρόσεχε οἷά φησιν· *Ὦ καινὴ κτίσις καὶ μίξις θεσπεσία! Θεὸς καὶ σὰρξ μίαν ἀπετέλεσαν φύσιν.* Ἐξ οὗ

VARIÆ LECTIONES.

[13] ἄνθρωπον add. A. [14] ἵνα μὴ τό ς. [14*] γε A : τε ς. [15] ἡ] εἰ A. [16] εὐσεβ. θεῖος φίλος ς. [17] μετ' αὐτὴν mg. μετὰ τὴν A : μετὰ τὴν ἕνωσιν ς. [18] Χαλχηδόνι B, qui sic et infra

Digitized by Google

τοὺς ὀχετοὺς τῆς δυσσεβείας οἱ μετ' ἐκεῖνον ἠρύσαντο. Σὺ δέ μοι καὶ τὸν ἀρχαιότερον ὅρα βόρβορον. Οὐαλεντῖνος γὰρ κατὰ λέξιν οὕτω λέγει· *Τῶν Γαλιλαίων ἐπὶ Χριστοῦ δύο φύσεις λεγόντων πλατὺν καταχέομεν γέλωτα· ἡμεῖς γὰρ τοῦ ὁρατοῦ καὶ ἀοράτου μίαν εἶναι τὴν φύσιν φαμέν.* Ναὶ δὴ[19] καὶ ὁ Μανιχαῖος πρὸς Σκυθιανὸν ἐπιστέλλων, καὶ ὑπὸ μέμψεις ποιῶν τοὺς δύο λέγοντας φύσεις, τοιαῦτά φησιν· *Ὁ δὲ τοῦ ἀϊδίου φωτὸς Υἱὸς τὴν ἰδίαν οὐσίαν ἐν τῷ ὄρει ἐφανέρωσεν, οὐ δύο φύσεις ἔχων, ἀλλὰ μίαν ἐν ὁρατῷ τε καὶ ἀοράτῳ.* Καὶ Πολέμων δὲ (τὸν Ἀπολινάριον δὲ διδάσκαλον οὗτος[20] ἀνευφήμει)[21] τοὺς ἱεροὺς ἡμῶν Πατέρας αἰτιώμενος ἃ τοὺς[22] ἐν Καλχηδόνι οἱ ἀπὸ [448 H.] Σεβήρου, ὅρα τί φησιν· *Οὐδὲν χεῖρον ἐνοῆσαι κἀκεῖνο. Θεὸν γὰρ λέγοντες καὶ ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν οὐκ αἰσχύνονται μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην, καθάπερ μίαν σύνθετον, ὁμολογοῦντες. Εἰ γὰρ Θεὸς τέλειος καὶ ἄνθρωπος τέλειος ὁ αὐτὸς, δύο φύσεις ἄρα ὁ αὐτὸς, καθάπερ ἡ τῶν Καππαδοκῶν εἰσηγεῖται καινοτομία καὶ Ἀθανασίου ἡ οἴησις καὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ ὁ τύφος. Καὶ σχηματίζονται μὲν, ὡς δῆθεν ἡμέτεροι, φρονεῖν τὰ τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀπολιναρίου, κηρύττουσι δὲ καθάπερ οἱ Γρηγόριοι τὴν τῶν φύσεων δυάδα.* Πῶς οὖν ἐνῆν Εὐτυχοῦς τε καὶ Ἀπολιναρίου, Οὐαλεντίνου τε καὶ Μανιχαίου τὴν τοσαύτην τῆς ἀσεβείας ῥύμην ἐπισχεῖν, καὶ τὴν νομὴν οὕτως ἕρπουσαν, καὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς καταβοσκομένην ἀναστεῖλαι, εἰ μὴ τῆς ἱερᾶς ἐν Καλχηδόνι ὁμηγύρεως ὁ θεῖος ζῆλος δύο φύσεις ἀδιαιρέτους ἐν τῇ καθ' ὑπόστασιν ἑνώσει τοῦ Χριστοῦ διαπρυσίως τε καὶ θεοφρόνως ἀνεκήρυξε[23]; Τῆς γὰρ αἱρετικῆς φορᾶς οὕτω μαινομένης, εἰ μὴ τῆς εὐσεβείας ὁ πύργος ἀνέτρεψε τὸ ῥεῦμα, οὐδὲν ἐκώλυεν ὑποβρυχίους πολλοὺς τῇ πλάνῃ γενέσθαι. Ὥστε εἰ μὴ τοῖς ἔμπροσθεν Πατράσιν ἡ τῶν δύο φύσεων ἐγνωρίζετο φωνὴ, τὸ ἀναγκαῖον εἶχεν ἡ σύνοδος διὰ τὴν ἐκείνων λύσσαν ταύτην ἀνευρεῖν τε καὶ ἀνακηρῦξαι. Μικροῦ δὲ πᾶσι τοῖς ἱεροῖς ἀνδράσιν ἐγνωσμένης, πῶς οὐκ ἀπαραίτητον ἦν κατὰ τῶν πολεμίων ταύτην πανδήμοις ψήφοις ἀναστηλῶσαι; [852 R.] Ὥσπερ γὰρ πρὸς τὸν δυσσεβῆ Ἄρειον, ἑτέραν οὐσίαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ δυσφημοῦντα, ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος τὸ ὁμοούσιον ἀντετάξατο, καίτοι τῆς λέξεως οὔπω τοῖς Πατράσιν ἐπιπολαζούσης, τοὐναντίον δὲ καὶ κεκωλυμένης, ὑφ' ὧν ὁ Σαμωσατεὺς Παῦλος καθαιρετικὴν ἀπόφασιν ἤνεγκεν, οὕτω δὴ καὶ κατὰ τῶν εἰρημένων δυσσεβῶν ἡ ἁγία σύνοδος διὰ τοῦ δύο φύσεις λέγειν ἐπὶ Χριστοῦ ἀνθωπλίσατο, οὐκ αὐτὴ πρώτη τὰς τῆς εὐσεβείας φωνὰς ἀνευροῦσα, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἔχουσα πρὸ αὐτῆς τούτων διδασκάλους.

Εἰ δέ τις φιλονεικοίη τὸν Ἰούλιον ἐπὶ Χριστοῦ μίαν εἰπεῖν φύσιν, πρῶτον μὲν οὕτω δῆλον εἰ γνήσιος ὁ λόγος, δεύτερον δὲ προσήκει γινώσκειν ὡς Ἰουλίου ὕστερον παρὰ Ῥωμαίοις τὸ τῆς φύσεώς τε καὶ ὑποστάσεως ἐφυλοχρινήθη τε καὶ διεκρίθη ὄνομα, καὶ μάτην τὰ αἱρετικὰ ζιζάνια τὴν σπορὰν ἐκεῖθεν σπουδάζει συλαγωγεῖν. Ἀδιακρίτων γὰρ ἔτι τῶν φωνῶν μενουσῶν[24,25] οὐδὲν ἁπανταχῇ δυσχερὲς, μᾶλλον δὲ καὶ

ait : *Galilæos duas in Christo naturas dicentes, risu copioso excipimus : nos vero [visibilis et invisibilis unam naturam esse dicimus.* Et vero Manichæus ad Scythianum scribens et eos reprehendens, qui duas dicunt naturas, hæc dicit : *Sempiterni luminis Filius propriam in monte Thabor naturam ostendit, non duas habens naturas, sed unicam in visibili atque invisibili.* Polemon quoque præceptorem suum Apollinarium laudavit, sacris nostris Patribus dans crimini, quæ Patribus in Chalcedonensi synodo Severiani, vide quid dicat : *Non pejus hic intelligere Deum et hominem eumdem dicentes, non erubescunt unam Verbi naturam incarnatam, quemadmodum unum compositum confitentes. Si enim perfectus Deus et perfectus homo idem, duæ naturæ igitur unus, quemadmodum nova Cappadocum dicit divisio et Athanasii opinio, et Italorum fumus, et simulant quidem, quasi nostri,| se sentire quæ sanctus noster Pater Apollinarius ; sed prædicant, quemadmodum duo Gregorii, naturarum dualitatem.* Quomodo non licuit Eutychis, Apollinarii, Valentini, Manichæi, hanc impietatis vim sustinere, et morbum sic repentem, et humanas animas depascentem remisisse, nisi sacri Chalcedonensis conventus divinus zelus, duas naturas indivisas Christi in unione hypostatica, pie et convenienter prædicasset? Hæreticis sic delirantibus, nisi pietatis turris fluctum sistat, nihil vetat submersos multos in plano esse. Quare nisi antedictis Patribus duarum naturarum cognita fuisset vox, necessitatem haberet synodus propter illorum amentiam hanc invenire ac prædicare. Parum vero ab omnibus sanctis illis cognita, quomodo exorari non poterat contra hostes hanc publicis decretis reprehendere? Quemadmodum enim ad impium Arium, aliam substantiam Patris et Filii blaterantem, Nicæna synodus consubstantialitatem decrevit, et nusquam hac voce apud Patres exstante, contra vero prohibente, a quibus Paulus Samosatensis hæreticus declaratus est ; sic etiam prædictos impios sacra synodus, cum duas in Christo naturas agnoscit, **274***a* oppugnavit : non ipsa prima impias illas voces reperiens, sed multorum antea præceptorum auctoritatem secuta.

Si vero quis contendat Julium in Christo unam naturam dicere, primum quidem nunquam clarum, si genuinus hic sermo ; secundum par est cognoscere, ut posterius Julio, apud Romanos, naturæ et hypostaseos studiose nomen indicavit, et frustra hæretica zizania semen ibidem student suffocare. Injudicatis enim vocibus manentibus, non obviam ivit impietas, potius valde consequens pro hyposta-

VARIÆ LECTIONES.

[19] ναὶ δή A : καὶ μήν ς. [20] δὲ διδάσκαλον οὗτως ς. [21] ἀνευφημεῖ B. [22] τοὺς] libri τοῖς. [23] ἀνεκήρυξεν A. [24,25] μενουσῶν B : μενόντων AC.

seos voce naturæ uti. Sed illud de Julio licet dicere.

Ad hæc hæretica impudens sententia dicit : Quare non quemadmodum ex duabus naturis dicentes hominem, deinde post unionem et unam ipsius naturam? Neque etiam Christum e duabus naturis dicentes, unam ejusdem naturam post unionem confitemur? Unam quidem naturam scimus compositum, ac resolutorio usi schemate, duas coincidentes agnoscimus. Sed hæc quærit hæretica impudentia. Discant imperiti, hoc compositum unam naturam sine impedimento dici, quando nec proprie in eodem simplicia, ex quibus compositus est, nomina dicantur. Velut hominem nullus corpus proprie, neque animam proprie appellabit. Neque enim corporis neque animæ termino includitur. Abusive quidem sæpe et leniter familiaris sermo parum limatus, et sacræ Scripturæ spiritus usus libertate, ex parte totum hominem denominant : nolumus subire jugum servitutis dialecticæ vanitatis. Quando ineffabilis atque incomprehensibilis unionis neque exemplar magis proprium sumere quis possit; et asserentes Christum ex humanitate et divinitate constare, dicimus eumdem similiter et Deum eumdem et hominem. Quapropter proprie ac vere semper Virgo Maria Deipara dicitur. Quapropter hominis exemplar temere ab imprudentibus in calumniandi occasionem vertit, et evertendæ unionis secundum hypostasin inconfuse et indiscrete duarum in Christo naturarum

Quia Christus Deus noster utrumque est proprie. **274b** unde est, et dicitur veluti Deus et homo : alii multi clamant, et sanctus Cyrillus in epistola ad Succensum, unum et eumdem hoc et illud esse dicit. Et similiter ad Valerianum Iconii episcopum scribit : *Quare confitemur quod a carne quidem est, carnem esse, quod a Deo Deum esse, secundum idem utraque Christus, unus Filius, unus Dominus, cum propria sua carne.* Utraque enim quid aliud confirmat, quam eumdem esse Deum et hominem. Sed licet hæc vociferetur Cyrillus, tamen allatrare nonnulli ausi sunt, quasi Christus ex divinitate atque humanitate, neque homo neque Deus sit. Neque Pauli illud divinitus inspiratum et elata voce dictum reverentur, qui clamat : *Jesus Christus heri et hodie, ipse et in sæcula* [y]. Per illud : *heri et hodie*, eumdem hominem confessus; per hoc, *in sæcula*, eumdem Deum prædicat. Et iterum : *Unus Deus, unus et mediator Dei et hominum homo Jesus Christus* [z]. Quare proprie Christus et Deus et homo. Atque Athanasius, germanum se Pauli discipulum ostendens,

[y] Hebr. XIII, 8. [z] I Tim. II, 5.

λίαν ἀκόλουθον, ἀντὶ τῆς ὑποστάσεως τῇ λέξει τῆς φύσεως χρήσασθαι. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὑπὲρ Ἰουλίου ἔστι φάναι.

Ἔτι δὲ τὸ αἱρετικὸν ἀναισχυντεῖ φρόνημα, καὶ φησι· Διὰ τί μὴ, καθάπερ ἐκ δύο φύσεων λέγοντες τὸν ἄνθρωπον, εἶτα μετὰ τὴν ἕνωσιν καὶ μίαν αὐτοῦ τὴν φύσιν, μὴ καὶ τὸν Χριστὸν ἐκ δύο φύσεων λέγοντες μίαν αὐτοῦ τὴν φύσιν μετὰ τὴν ἕνωσιν ἀνομολογοῦμεν; Μίαν μὲν γὰρ ἴσμεν φύσιν τὸ σύνθετον, ἀναλυτικῷ δὲ κεχρημένοι τρόπῳ δύο τὰς συνελθούσας γνωρίζομεν. Ἀλλ' ἡ μὲν αἱρετικὴ ἀναισχυντία [449 H.] ἐπιζητεῖ [26] ταῦτα. Μανθανέτωσαν δὲ οἱ ἀσύνετοι ὅτι τότε τὸ σύνθετον μία φύσις ἀκωλύτως [27] λέγεται, ἡνίκα μὴ κυρίως ἐπ' αὐτοῦ τὰ τῶν ἁπλῶν, ἐξ ὧν συνετέθη, ὀνόματα λέγεται. Οἷον τὸν ἄνθρωπον οὔτε σῶμα ἄν τις [28] κυρίως οὔτε ψυχὴν εἴποι· οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐπιδέξαιτο ἂν οὔτε τὸν τοῦ σώματος, οὔτε τὸν τῆς ψυχῆς ὅρον· καταχρηστικῶς μέντοι πολλάκις ἥ τε ἀνὰ χεῖρα ὁμιλία τὸ ἀκριβὲς παρατρέχουσα, καὶ τὰ ἱερὰ λόγια τῇ ἐλευθερίᾳ κεχρημένα τοῦ πνεύματος, ἐκ μέρους τὸν ὅλον ἄνθρωπον ἐπονομάζουσι, ζυγῷ δουλείας τῆς διαλεκτικῆς ματαιότητος ὑπείκειν οὐκ ἀνεχόμενα [29]. Ἐπὶ δέ γε τῆς ἀῤῥήτου καὶ ἀνεπινοήτου ἑνώσεως οὔτε παράδειγμα λαβεῖν οἰκειότερον [30] δύναιτ' ἄν τις, καὶ λέγοντες τὸν Χριστὸν ἐκ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος, φαμὲν αὐτὸν ὁμοίως καὶ Θεὸν τὸν αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον· διὸ καὶ κυρίως καὶ ἀληθῶς ἡ παναγία Παρθένος Θεοτόκος πρεσβεύεται. Ὥστε μάτην ἐκακουργήθη τοῖς ἀσυνέτοις τὸ κατὰ τὸν ἄνθρωπον παράδειγμα εἰς διαβολὴν καὶ ἀνατροπὴν τῆς ἀσυγχύτου καὶ ἀδιαιρέτου τῶν δύο τοῦ Χριστοῦ φύσεων καθ' ὑπόστασιν ἑνώσεως.

Ὅτι δὲ Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν κυρίως ἀμφότερα, ἐξ ὧν [τέ] ἐστι, λέγεται [31], οἷον Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ἄλλοι τε πολλοὶ βοῶσι, καὶ ὁ θεῖος δὲ Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ ἕνα φησὶ καὶ τὸν αὐτὸν τοῦτο κἀκεῖνο ὑπάρχειν. Καὶ πρὸς Οὐαλεριανὸν δὲ τὸν [32] Ἰκονίου ἐπίσκοπον ὁμοίως γράφει· *Οὐκοῦν ὁμολογοῦμεν* [33] *ὡς μὲν τὸ ἀπὸ σαρκὸς σάρξ ἐστι, τὸ δὲ ἐκ Θεοῦ Θεός ἐστι, κατὰ ταὐτὸν ἀμφότερα Χριστὸς, εἷς ὢν Υἱὸς, εἷς Κύριος μετὰ τῆς ἰδίας αὐτοῦ σαρκός.* Τὸ γὰρ ἀμφότερα τί ἄλλο ἢ ὅτι ὁ [34] αὐτός ἐστι καὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος βεβαιοῖ; Ἀλλὰ καίτοι ταῦτα βοῶντος Κυρίλλου, ὅμως ἐτόλμησάν τινες ὑλακτεῖν ὡς ὁ Χριστὸς ἐκ θεότητος μέν ἐστι καὶ ἀνθρωπότητος, οὔτε δὲ ἄνθρωπος οὔτε Θεὸς, [853 R.] μηδὲ τοῦ Παύλου τὸ θεόπνευστον καὶ μεγαλόφωνον καταιδεσθέντες, ὃς κέχραγεν· *Ἰησοῦς* [35] *Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας*, διὰ μὲν τοῦ *χθὲς καὶ σήμερον* ἄνθρωπον [τὸν [36]] αὐτὸν ὁμολογῶν, διὰ δὲ τοῦ [37] *καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας* τὸν αὐτὸν ἀνακηρύττων Θεόν. Καὶ πάλιν ὁ αὐτός· *Εἷς Θεὸς* [38], *εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς*

VARIÆ LECTIONES.

[26] ζητεῖ C. [27] ἀπολύτως A. [28] σῶμά τι ἄν C. [29] ἀνεχόμεθα C. [30] οἰκειότατον A. [31] λέγεται AC : καὶ λέγεται C. [32] τὸν add. A. [33] ὁμολογοῦμεν ὡς] infra (p. R. 857,) ὁμολογουμένως. Ibidem δὲ additur ante κατά. [34] ὁ om. A. [35] Ἰησ.] Hebr. XIII, 8. [36] τὸν om. A. [37] τοῦ add. B. [38] εἷς Θ.] I Tim. II, 5.

Digitized by Google

Ἰησοῦς, ὥστε κυρίως ὁ Χριστὸς καὶ ἄνθρωπος καὶ Θεός. Καὶ Ἀθανάσιος δὲ γνήσιον ἑαυτὸν τοῦ Παύλου δεικνὺς μαθητὴν οὕτω φησίν· *Ἐπεὶ καὶ Θεός ἐστιν ὁ Χριστός.* Βασιλείου δὲ καὶ τῶν ἱερῶν Γρηγορίων καὶ τῶν ἄλλων ὁσίων Πατέρων, εἴ τις συλλέγειν πειραθείη, εἰς τὸ ἄπειρον ἂν αἱ μαρτυρίαι παρατενοῦσι τὸν λόγον. Ὁ μέντοι γε σοφὸς Κύριλλος τὸν τῆς οἰκουμένης διδάσκαλον Παῦλον μάρτυρα καλῶν, *Κατὰ τῶν μὴ βουλομένων ὁμολογεῖν Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Παρθένον* (οὕτω γὰρ ἐπιγράφει καὶ τὸν λόγον) ὅρα τί φησιν· *Νῦν δὲ τὴν φωνὴν μὲν οὐκ εἴρηκεν, ἤτοι τὴν « Θεοτόκος, » Θεὸν δὲ τὸν Χριστὸν ἐπὶ πάντων ἀνεβόησεν.* Καὶ πάλιν· *Εἰ μὴ Θεὸν ἅμα*[a] *καὶ ἄνθρωπον ἡπίστατο τὸν Χριστόν, οὐκ ἂν ἐπέφερε « κατὰ σάρκα· » τοῦτο γὰρ φανερῶς ἐπὶ τοῦ μὴ μόνον* [450 H.] *ἀνθρώπου, ἀλλὰ καὶ ἑτέρου τι τὴν οὐσίαν ὑπάρχοντος λέγεται.* Ὁ δὲ αὐτὸς θεοφόρος ἀνὴρ κἀν τῷ δευτέρῳ ἀναθεματισμῷ τὰ αὐτὰ βοᾷ· *Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ καθ' ὑπόστασιν σαρκὶ ἡνῶσθαι τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς Λόγον, ἕνα τε Χριστὸν εἶναι μετὰ τῆς ἰδίας σαρκὸς, τὸν αὐτὸν δηλονότι Θεόν τε καὶ ἄνθρωπον, ἀνάθεμα ἔστω.* Καὶ ἐν τῷ *Πρὸς τὰς βασιλίδας* προσφωνητικῷ ὁμοίως, *ἕνα τε ἡμῖν οὕτως ἀναδειχθῆναι Χριστὸν, τὸν αὐτὸν ὁμοῦ Θεὸν ὄντα καὶ ἄνθρωπον.* Καὶ μυρία ἄλλα. Κατάδηλον οὖν ὡς πολλὴ καὶ ἄπειρος ἡ διαφορὰ τοῦ κατὰ τὸν Χριστὸν μυστηρίου καὶ τοῦ κατὰ τὸν ἄνθρωπον παραδείγματος· ὁ μὲν γὰρ ἐξ ὧν ἐστὶν, οὗ λέγεται ταῦτα, ὁ δὲ ἐξ ὧν προῆλθε, καὶ διαπρυσίως ταῦτα ὀνομάζεται.

sic ait : *Cum Christus etiam Deus sit.* Basilii et sanctorum Gregoriorum, et aliorum sanctorum Patrum, si quis omnia colligere testimonia studeat, in infinitum trahetur oratio. Sapiens enim Cyrillus, orbis doctorem testem Paulum adducens, *Contra nolentes Virginem fateri Deiparam :* sic enim habet orationis titulus; vide quid dicat : *Vocem quidem non pronuntiavit, scilicet hanc « Deipara : » Deum autem Christum super omnia prædicavit*[a]. Et rursum : *Nisi Deum et hominem crediderit*[b], *non addidit, « secundum carnem. » Hoc enim præcipue de non solum homine, sed aliud quid secundum substantiam ersistente dicitur.* Idem homo divinus in altero anathematismo eadem vociferatur : *Si quis minime confiteatur hypostatice carni ex Patre Deo Verbum unitum, et esse unum Christum cum propria sua carne eumdem nimirum Deum et hominem, anathema sit.* Et similiter in oratione quam *Reginis* inscripsit, *Unum nobis sic exhibitum esse Christum, eum simul Deum et hominem existentem;* aliaque innumerabilia. Patet **275***a* igitur magnam et infinitam differentiam esse in mysteriis Christi et humana forma : qui quidem ex quibus est non dicitur hæc; ex quibus vero prodiit, perspicue hæc nominatur.

Ἀλλὰ γὰρ τῆς αἱρέσεως πάλιν ἡ ἀπόνοια τὴν τετάρτην[50] μέμφεται σύνοδον ὡς ὅρον ἐκθεμένην, διατεινομένη τὴν τοιαύτην ἐπιχείρησιν ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν Ἔφεσον πρώτης συνόδου παντελῶς ἀποκεκωλῦσθαι. Καίτοι γε εἰ κατὰ τὸν λῆρον αὐτῶν ἀπεῖργεν ἡ σύνοδος ἕτερον ὅρον μηδ' ὅλως προάγειν, αὐτὴ καθ' ἑαυτῆς πρὸ τῶν ἄλλων τὴν καταδικάζουσαν ἐξήνεγκε ψῆφον· ὁρίζει γὰρ αὐτὸ τοῦτο τυποῦσα, ἃ μηδετέρα τῶν πρὸ αὐτῆς διωρίσατο. Ἀλλὰ καὶ ἡ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις αὐτῆς ἐστιν ὅρος, ὃ ταῖς πρεσβυτέραις τῶν συνόδων οὐ διώρισται. Ναὶ δὴ καὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει τῶν ρ' ἁγίων Πατέρων, ἐξ ὧν αὐτοὶ ληροῦσι, παραγράφεται· τὸν Πνευματομάχον γὰρ αὕτη καθελοῦσα, τῷ κατὰ τὴν Νίκαιαν ἐκφωνηθέντι ὅρῳ τὴν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος θεολογίαν προσθεῖσα συνήρμοσεν. Εἰ γὰρ αἱ προλαβοῦσαι προστιθεῖσαι τὸν μῶμον ἐκφεύγουσιν, οὐδ' αἱ μετ' αὐτὰς ἐν τοῖς ὁμοίοις ἀνομοίως ἕξουσι τὴν κατάγνωσιν. Οὕτω τὸ[51] ἀσύνετον πάντα φύρει καὶ διαστρέφει. Καὶ γὰρ ἡ ἐν Ἐφέσῳ σύνοδος πίστιν μὲν ἑτέραν, ἧς ἐναντία τὰ δόγματα πρὸς τὴν ἐν Νικαίᾳ καθέστηκε σύνοδον, παντελῶς ἐκτίθεσθαι διεκώλυσεν· ἀκηράτων δὲ τῶν ἐν αὐτῇ σωζομένων, ἅπερ ὁ καιρὸς ἀπαιτεῖ προστιθέναι αὐτῇ τε γέγονεν ἔργον, καὶ τῶν πραγμάτων ἡ φύσις διδάσκαλος[52], καὶ τῆς Ἐκκλησίας ὁρᾶται τοῦτο στέργουσα διὰ παντὸς ἡ παράδοσις. Διὸ καὶ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, οὔπω τῆς οἰκουμενικῆς [856 R.] συγκροτηθείσης συνόδου, τοὺς ἐν αὐτῇ[53] τῶν ἱερέων λογάδας ὁ θεσπέσιος ἀθροισάμενος Κύριλλος, καὶ πίστιν διαθέμενος ἔγγραφον, τῷ Νεστορίῳ διεπέμψατο.

Sed hæreticorum vesania quartam synodum vituperat, quod decretum posuerit, contenditque tale propositum a prima synodo Ephesi habita omnino prohibitum fuisse. Quamvis si secundum illorum delirium synodus aliud decretum omnino producere vetuit, hæc ante alias contra se condemnationis sententiam protulit. Definit enim hoc adumbrans, qualia neque alia ante ipsam definivit. Sed hypostatica unio hujus est definitio, quæ ab antiquis conciliis non statuta est. Certe et Constantinopolitanam 150 Patrum, ex quibus delirant ipsi, condemnat, quæ cum Spiritu pugnantem [Macedonium] tollens, e Nicæna synodo declaratæ definitioni, de Spiritu sancto doctrinam convenienter addidit. Si enim præcedentes apponendo reprehensionem effugiunt, neque illas secutæ in similibus dissimiliter damnabuntur. Sic stultum omnino commiscet et convertit. Ephesina etenim synodus fidem quidem aliam, cujus dogmata contraria Nicænæ sint synodo, omnino exponi vetuit. Sinceris vero in hac servatis, quæ occasio postulat, apponere illius opus fuit, et rerum natura, et Ecclesiæ traditio videtur semper hoc adamasse. Quare et Alexandriæ, nondum œcumenica synodo coacta, delectos in ea sacerdotes beatus Cyrillus congregans, et fidem scriptam disponens, ad Nestorium misit.

[a] Rom. IX, 5. [b] Rom. I, 3.

VARIÆ LECTIONES.

[50] ἅμα A : τε ς. [50] τὴν τε τετ. ς. [51] τό A : τόν ς. [52] διδάσκαλος add. A. [53] αὐτῇ A : αὐτῷ ς.

Digitized by Google

Sic quidem effugit injustas accusationes pietas. A Hæresis aliis reprehensionibus insultare non erubescit, dicens Chalcedonensem synodum cum Cyrilli verbis pugnare. Hic enim in epistolis ad Succensum et alibi Christum e duabus naturis docet, illa vero hanc vocem expellens duas naturas indivisas vicissim constituit. Adeo calumniari quam veritatem sectari studio magis est hæreticis. Dioscorum namque id quod **275***b* ex duabus naturis compositum erat admittentem, duas vero naturas recusantem, quod Eutychianam saperet hæresin, synodus repudiavit. Neque simpliciter damnavit illud ex duabus naturis Christum astruere, sed dicere cum Eutyche et Dioscoro. Per dicere duas naturas indivisas cum pio sensu, illam etiam ex duabus naturis, simul introduxit. Quia Eutyches e duabus dixit naturis, B impie vero, constat. Non igitur gratam aliquam Cyrillo vocem, sed impiam Eutychis sententiam synodus rejecit. Etenim secundum medium earum rerum quæ Chalcedone gesta sunt, lecta fide sancti Flaviani, in qua scriptum : *Post incarnationem e duabus naturis constare confitemur Christum, in una hpyostasi, unaque persona, unum Christum, unum Filium confitentes*, exclamavit synodus, ipsos sic sentire, et Patrum fidem hanc esse cognoscere. Quomodo ergo hæc dicens, vel cum Cyrillo pugnat, vel asserentes pie e duabus naturis aversatur? Hæc persequens episcopus Eulogius et admonitionem prædictis addens, ad unionem Ecclesiæ desertores revocantem, sermoni finem imponit.

Ἐκφεύγει μὲν οὖν [43] οὕτω τὰς ἀδίκους λαβὰς ἡ εὐσέβεια· τὸ αἱρετικὸν δὲ πάλιν ἑτέροις μώμοις ἐπιπηδᾷν οὐκ αἰσχύνεται, καί φησιν ὡς ἡ κατὰ Καλχηδόνα [44] σύνοδος τοῖς Κυρίλλου δόγμασι μάχεται. Ὁ μὲν γὰρ ἔν τε ταῖς πρὸς Σούκενσον ἐπιστολαῖς καὶ ἀλλαχοῦ δὲ τὸν Χριστὸν δογματίζει [45] ἐκ δύο φύσεων, ἡ δὲ τὴν τοιαύτην φωνὴν ὀστρακίζουσα δύο φύσεις ἀδιαιρέτους ἀντεχειροτόνησεν· οὕτω τὸ συκοφαντεῖν τοῦ ἀληθεύειν πολὺ τῇ αἱρέσει σπουδαιότερον. Καὶ γὰρ Διόσκορον ἡ σύνοδος, τὸ ἐκ δύο μὲν φύσεων δεχόμενον, [451 II.] τὸ δύο δὲ φύσεις οὐκ ἀνεχόμενον δέξασθαι, ὡς τὰ τοῦ Εὐτυχοῦς νοσοῦντα διώσατο· καὶ οὐχ ἁπλῶς ἐξεκήρυξε τὸ ἐκ δύο λέγειν φύσεων τὸν Χριστὸν, ἀλλὰ τὸ λέγειν κατ' Εὐτυχέα καὶ Διόσκορον. Διὰ μέντοι τοῦ δύο φύσεις ἀδιαιρέτους μετὰ τῆς εὐσεβοῦς διανοίας λέγειν αὐτὴν καὶ τὸ ἐκ δύο φύσεων συνεισήγαγεν. Ὅτι γὰρ Εὐτυχὴς ἐκ δύο μὲν ἔλεγε φύσεων, δυσσεβῶς δὲ, πρόδηλον. Οὐ τοίνυν τὴν Κυρίλλου φίλην φωνὴν, ἀλλὰ τὴν Εὐτυχοῦς δυσσέβειαν ἡ σύνοδος ἀπεπέμψατο. Καὶ γὰρ καὶ κατ' αὐτὸ τὸ μέσον τῶν ἐν Καλχηδόνι πεπραγμένων τῆς πίστεως τοῦ ἐν ἁγίοις Φλαβιανοῦ ἀναγινωσκομένης, ἐν ᾗ ἐγέγραπτο, *Ἐκ δύο φύσεων ὁμολογοῦμεν εἶναι τὸν Χριστὸν μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν, ἐν μιᾷ ὑποστάσει, ἐν ἑνὶ προσώπῳ, ἕνα Χριστὸν, ἕνα Υἱὸν ὁμολογοῦντες*, ἡ σύνοδος ἐξεβόησεν αὐτούς τε οὕτω φρονεῖν καὶ τῶν Πατέρων πίστιν εἶναι ταύτην ἐπίστασθαι. Πῶς οὖν ἡ ταῦτα λέγουσα ἢ Κυρίλλῳ μάχεται, ἢ τοὺς λέγοντας εὐσεβῶς ἐκ δύο φύσεων ἀποστρέφεται; Ταῦτα διεξελθὼν [47] ὁ ἱεράρχης Εὐλόγιος, καὶ παραίνεσιν πρὸς ἕνωσιν ἐκκλησιαστικὴν τοὺς διεστῶτας παρακαλοῦσαν τοῖς εἰρημένοις ἐπιθεὶς, περατοῖ τὸν [48] λόγον.

Proxima quoque oratio contra calumniatores C Chalcedonensis synodi serio agit; utitur vero etiam hic exemplo hominis, quo pie usus est Cyrillus, impie vero novum quid profert. Asserit unam naturam de Christo, quemadmodum et de homine dici. Nisi quatenus pro pietate agit, contra ipsam magis pugnat, licet non sentiat. Asserit enim de dissimilibus partibus, totum partium nominibus non nominari, sed propria appellatione agnosci. Si vero hoc, unius esse cognoscetur naturæ, hæresis sic captionem nectit. Hic vero Verbi discipulus Eulogius vaniloquentiam illius redarguens Patrum testimoniis, ostendit proprie et vere unum Dominum Jesum Christum et Deum appellari et hominem. Quare si in quibus totum partium nomina non recipit, neque una inducitur, in quibus totum partium appellatio- D nes proprie suscipit; in his enim et una natura cognoscetur.

Καὶ ὁ ἐφεξῆς δὲ λόγος κατὰ τῶν συκοφαντῶν τῆς ἐν Καλχηδόνι συνόδου τὴν σπουδὴν ἔχει. Γυμνάζει δὲ κἀνταῦθα τὸ κατὰ τὸν ἄνθρωπον παράδειγμα, ᾧ κέχρηται μὲν Κύριλλος εὐσεβῶς, προφέρει δὲ δυσσεβῶς τὸ ἀλλόφυλον· προφέρει γὰρ ἵνα μίαν φύσιν ἐπὶ Χριστοῦ, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνθρώπου, λέγεσθαι δογματίσῃ. Πλὴν ἐξ ὧν ὑπὲρ τῆς ἀσεβείας [49] σπουδάζει, κατ' αὐτῆς μᾶλλον, κἂν οὐκ ἔχῃ τὴν αἴσθησιν, ἐξοπλίζεται. Λέγει γὰρ ὡς ἐπὶ τῶν ἀνομοιομερῶν τὸ ὅλον ταῖς τῶν μερῶν προσηγορίαις οὐκ ὀνομάζεται, ἀλλ' ἰδιαζούσῃ κλήσει γνωρίζεται· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ μιᾶς γνωσθήσεται φύσεως. Ἡ μὲν αἵρεσις οὕτω συμπλέκει τὸ σόφισμα, ὁ δὲ τοῦ Λόγου μαθητὴς Εὐλόγιος τὸ ματαιολόγον αὐτῆς ἐξελέγξας, πατρικαῖς ἐπιδείκνυσι μαρτυρίαις κυρίως τε καὶ ἀληθῶς τὸν ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ Θεὸν καλεῖσθαι καὶ ἄνθρωπον, ὥστε εἰ ἐφ' ὧν τὸ ὅλον τὰς τῶν [50] μερῶν προσηγορίας οὐ δέχεται, οὐδ' ἡ μία κυρίως ἀναδέχεται, ἐπ' ἐκείνων [51] καὶ ἡ μία φύσις συνθεωρηθήσεται.

συνεισάγεται, ἐφ' ὧν τὸ ὅλον [51] τῶν μερῶν τὰς κλήσεις

Quare sapiens auctor adducit divum Cyrillum scipsum elucidantem, quomodo **276***a* et cur exemplo hominis usus sit. Theodoro enim Mopsue-

Ὁ μέντοι γε σοφὸς συγγραφεὺς παράγει τὸν ἱερὸν Κύριλλον ἑρμηνεύοντα ἑαυτὸν, ὅπως καὶ ἐφ' ᾧ τῷ κατὰ τὸν ἄνθρωπον ἐχρήσατο παραδείγματι. Θεο-

VARIÆ LECTIONES.

[43] οὖν add. A. [44] et infra, Χαλκ. B. [45] ἐκ δύο δογματίζει ς. [47] ταῦτα δὲ διεξ. ς. [48] τὸν add. A [49] ἀσεβείας mg. : libri εὐσεβείας. [50] τὰς τῶν. [51] τὸ ὅλον om. B. [52] ἐκείνων γὰρ καὶ ἡ ς.

Digitized by Google

δώρου γὰρ τοῦ Μαψουεστίας τὸ κατὰ τὸν ἄνθρωπον ἐνδιαβάλλοντος παράδειγμα ὡς ὑπάρχον τῷ κατὰ Χριστὸν μυστηρίῳ ἀνάρμοστον, οὕτως ἐν τῷ λεγομένῳ πρώτῳ τόμῳ ἀνθυποφέρει ὁ Κύριλλος· *Ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὄντα γινώσκομεν καὶ ἐκ Θεοῦ Πατρὸς θεϊκῶς* [857 R.] *καὶ ἐκ γυναικὸς κατὰ σάρκα· κεχρήμεθα δὲ τῇ τοῦ παραδείγματος χρείᾳ, τηροῦντες πανταχοῦ τῇ ἑνώσει τὸ ἀδιάσπαστον, καὶ τὴν διαίρεσιν παρωθούμενοι.* Ἀκούεις ἐφ' ᾧ[53] Κύριλλος παραλαμβάνει τὸ παράδειγμα· οὐ γὰρ ἵνα σὺ μίαν τοῦ Χριστοῦ φύσιν [452 II.] καινολογήσῃς, ἀλλ' ἵνα Θεόδωρος καὶ Νεστόριος καταισχυνθῶσι τῇ τοῦ παραδείγματος χρείᾳ, τηροῦντος τοῦ ἱεροῦ Κυρίλλου τῇ ἑνώσει τὸ ἄτμητόν τε καὶ ἀδιάσπαστον. Σὺ δ' ἴσως ἀκολουθῶν τῷ παραδείγματι οὐδὲ Θεὸν οὐδὲ ἄνθρωπον κυρίως εἰπεῖν ἀνάσχοιο ἂν τὸν Χριστὸν, διότι οὐδὲ ὁ ἄνθρωπος, τὸ παράδειγμα, οὔτε σῶμα κυρίως οὔτε ψυχή, εἰ[54] ἐκδιάσῃ ταῦτα λέγειν αὐτὸν, διότι ἐπὶ τῆς κατὰ Χριστὸν ἀπορρήτου ἑνώσεως, ἐξ ὧν αὐτὸς σύγκειται, ταῦτα κυρίως λέγεται. Οὐ τοίνυν, κἂν ὁ ἄνθρωπος μιᾶς λέγοιτο φύσεως, οὐδεὶς ἀκολουθίας ἀπαιτήσει λόγος καὶ τὸν Χριστὸν μιᾶς ὑπάρχειν διὰ τοῦτο φύσεως. Διὸ καὶ Κύριλλον[55] τὸν θαυμάσιον μίαν μὲν τὸν ἄνθρωπον φύσιν εὑρήσεις λέγοντα, μίαν δὲ φύσιν εἰπόντα τοῦ Χριστοῦ οὐκ ἂν φωράσῃς. Εἰ δέ τις δύο φύσεις δέδοικεν εἰπεῖν, ἵνα μὴ διαίρεσιν συνεισάξῃ, πρῶτον μὲν οὕτως ἁπλῶς μηδὲ λεγέτω δύο φύσεις, προστιθέτω δὲ τὸ ἀδιαίρετον, εἶτα συνομολογείτω καὶ ἓν[56] καθ' ὑπόστασιν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν, ἢ ἀντ' αὐτῶν, εἰ βούλει[57], τὸ μίαν τοῦ Λόγου φύσιν σεσαρκωμένην. Ταῦτα γὰρ ὁ λέγων κατὰ τὸν γνώμονα τῆς ἀκριβείας Κύριλλον οὐκ ἂν οὐδὲ συκοφάνταις παράσχοι[58] λαβὴν ὡς διαίρεσιν δογματίσας τῶν φύσεων. Καὶ γὰρ καὶ τῶν[59] ἀνατολικῶν δύο φύσεις εἰπόντων, καὶ συκοφαντεῖν αὐτοὺς ὡς διαιροῦντας ἑτέρων κινηθέντων, πρὸς Ἀκάκιον γράφων, ἐπειδὴ μετὰ τοῦ εἰπεῖν δύο φύσεις καὶ τὸ ἀδιαίρετον συνῆψαν καὶ ἐν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ Χριστῷ τὰς δύο φύσεις ὁρᾷν ὡμολόγησαν, τέκνα μὲν διαβόλου τοὺς συκοφάντας ἀποφαίνει, τοὺς δὲ διομολογοῦντας κατὰ τὸ φρόνημα τῶν ἀνατολικῶν ἀδύνατόν ποτε διαίρεσιν εἰσάγειν. Ὅρα δὲ καὶ Ἀθανάσιον, οἷα περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Λόγου γράφων κατὰ τῶν τὰ Ἀπολιναρίου νοσούντων ἐκτίθεται. Λέγων γὰρ διὰ τοῦ ἑκάτερα τὸ δύο παρ' οὐδενὸς τῶν εὐσεβῶν εἰσάγειν ὑπενοήθη διαίρεσιν. Λέγει δέ· *Ἀλλ' ὁ ὢν φύσει Θεὸς γεγέννηται ἄνθρωπος, ἵνα εἷς ᾖ τὰ ἑκάτερα τέλειος, κατὰ πάντα Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός.* Καὶ ὁ Θεολόγος δὲ Γρηγόριος ἐν τῷ Ἀπολογητικῷ φησι· *Τοῦτο ἡ κεκωθεῖσα θεότης, τοῦτο ἡ προσληφθεῖσα σάρξ, τοῦτο ἡ καινὴ μίξις, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ἓν ἐξ δυοῖν, καὶ δι' ἑνὸς ἀμφότερα.* Ναὶ δὴ καὶ πρὸς Οὐαλεριανὸν τὸν Ἰκονίου γράφων ὁ Κύριλλος, *Οὐκοῦν ὁμολογουμένως μὲν, φησὶ, τὸ ἀπὸ σαρκὸς σάρξ ἐστι, τὸ δὲ ἐκ Θεοῦ Θεός· ἔστι δὲ κατὰ ταὐτὸν*[60] *ἀμφότερα ὁ*[61] *Χρι-*

stiæ humanum exemplum calumniante, ut non conveniens Christi mysterio, sic et in dicto tomo I repugnat Cyrillus: *Unum et eumdem esse cognoscimus, et e Deo Patre divine et e muliere secundum carnem. Utimur autem exemplo, servantes ubique unione indivulsum, divisionem rejicientes.* Audis unde Cyrillus exemplum sumat: non enim ut tu unam in Christo naturam nove fingas, verum ut Theodorus et Nestorius pudefiant exempli usu servante beato Cyrillo unione sectionis expers et indivulsum. Tu vero forsitan exemplum secutus, neque Deum neque hominem proprie dicere sustineas eumdem Christum? Quia neque homo exemplum, neque corpus proprie, neque anima, si cogas eum hæc dicere: quandoquidem de unione ineffabili in Christo, unde ipse constat, proprie hæc dicuntur. Non igitur licet homo unius dicatur naturæ, ulla consequentiæ ratio exiget, et Christum unius esse ideo naturæ. Quare et admirandum illum Cyrillum, unam quidem hominem asserentem naturam invenies, unam vero dicentem Christi non deprehendes. Si vero duas quis naturas metuat dicere, ne divisionem inducat: primum quidem adeo simpliciter, neque dicat duas naturas, apponat vero indivisas, deinde confiteatur et unam hypostaticam personam, et unam hypostasin: aut illorum loco, si quis volet, unam Verbi naturam incarnatam. Hoc igitur ad accuratam amussim dicto, Cyrillus neque accusatoribus præbet occasionem quasi divisas docens naturas. Etenim Orientalibus duas naturas dicentibus, et aliis illos accusantibus quasi alteram ab altera dividant, ad Acacium scribit. Quando duas naturas dicendo, et individuum adjunxere, et in uno eodemque Christo duas naturas se videre testati sunt: contradicentes filiorum diaboli loco tenet. Qui vero idem sentiunt quod Orientales, impossibile est aliquando divisionem inducere. Vide etiam Athanasium, quæ de incarnatione Verbi scribens contra Apollinaristas exponit. Cum enim dicit per **276**[b] utraque, nemo Christianorum suspicatus est per dualitatem divisionem fieri. Dicit vero: *Sed qui est natura Deus, generatur homo, ut utraque sint unus perfectus, per omnia idem Deus, et homo.* Sed et Gregorius cognomento Theologus in *Apologetico* ait: *Hoc exinanita deitas, hoc assumpta caro, hoc nova mistio, Deus et homo, unum e duobus, et per unum utraque.* Et sane ad Valerianum Iconii episcopum scribens Cyrillus: *Quare ex confesso*, inquit, *quod a carne caro est, quod e Deo Deus. Est vero secundum ipsum utraque Christus;* ut ergo non dividit Deus et homo unum Christum, neque dictio utraque: sic neque illud duo, nisi quod nonnulli sensum dividant, nec boni satoris ullum fructum proferre valentes.

VARIÆ LECTIONES.

[53] ᾧ A : ὧν ς. [54] εἰ] ἢ A. [55] Κύριλλον μὲν τόν ς. [56] ἓν] τὸ ἓν A. [57] βούλειτο τὸ ς. [58] παράσχῃ ς. [59] τῶν add A. [60] κατ' αὐτόν ς. [61] ὁ om. A.

Digitized by Google

στός. Ὥσπερ οὖν οὐ τέμνει τὸ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος τὸν ἕνα Χριστὸν, οὐδὲ τὸ ἀμφότερα, οὐδὲ τὸ ἑκάτερα, οὕτως οὐδὲ τὸ δύο, εἰ μὴ τὸν νοῦν εἶησαν ἐκτετμημένοι τινὲς καὶ τοῦ καλοῦ σπορέως [62] οὐδένα καρπὸν φῦναι [63] δυνάμενοι.

Tu vero mihi considera iterum novatam jam hæresim. Cyrillus, ait, duas naturas dicere indivisas damnavit, contradicere putans opinioni dicenti unam esse Verbi incarnatam naturam; facilius autem ejus fastus dejicitur. Dupliciter enim hic indivisum, ut et in aliis suis sermonibus prædictus scriptor ostendit, ut apparet. Et hoc quidem Nestorio amicum, illud piis honoratum, et propterea inter se certant. Hoc enim relatione indivisum, ut arma Nestorii excutitur: illud vero *hypostasi indivisum*, vel hypostatica unio, clare et prædicatur et explanatur. Quare sicut si quis unionem in Christo asserens, non coaptet unioni hypostasin, suspectum verbum reddit: sic si quis duas naturas indivisas dixerit, non adjungens hoc, *secundum hypostasin*, in eamdem suspicionem incidit. Ad eumdem modum asserens Dei Verbum assumere hominem, nisi vocem *assumere* aliunde exponat (nam fieri potest, ut ex Nestorii mente seu opinione, vel ex orthodoxa ratione explicata auditoribus causam [vel errandi vel recte sentiendi] præbeat), culpa minime vacat. Quapropter Cyrillus in conciliandis controversiis acutus, in *Thesauro* suo, a Deo Verbo assumptum ex Maria hominem veluti vestem aut templum affirmat; in epistolis vero ad Succensum: *Igitur homo factus est*, inquit, *non autem hominem assumpsit, ut Nestorius docet.* Atque advertesis judicii solertiam et prudentiam. Hic assumptum hominem ut templum sancte asserit, et tamen **277***a* Nestorium, hominem [a Deo] assumptum asserentem damnat. Utrumque sane recte pieque. Etenim Nestorius hominem una cum hypostasi humana assumptum nugabatur. Cyrillus igitur docet Deum assumpta humanitate, sive præexsistente sive subsistente hypostasi humana, sed humana natura in ipsa divina hypostasi substistente, sine ulla tamen divinitatis immutatione vere hominem factum. Sapienter ergo parique modo divus Cyrillus in epistola ad Succensum disputat, dicitque eum qui duas naturas post unionem asserit indivisas, nec tamen addit: *secundum hypostaticam unionem*, pugnare cum iis, qui unicam tantum Verbi naturam incarnatam asserunt. Nequaquam ergo vox *assumpta*, nisi integre accipiatur, sed nude tantum pronuntietur, sufficit ut cum iis conveniatur consentiaturque, qui unam Verbi naturam incarnatam docent. Quod si quis rursum, duas indivisas naturas asserens, addat etiam: *secundum hypostaticam unionem*, recte et pie loquetur, habebitque Cyrillum suffragatorem. Sed attende extremam epistolæ partem, quemadmodum ratiocinetur: *Vox*, inquit, *indivise, adjecta videtur esse nota certa nostræ et orthodoxæ sententiæ; sed illi vocem non ita intelligunt.* Quod si ita ut nos eam acciperent, recte

Σὺ δέ μοι σκόπει πάλιν νεανιευομένην τὴν αἵρεσιν. Ὁ Κύριλλος, φησὶ, τὸ δύο λέγειν φύσεις ἀδιαιρέτους ἐξεκήρυξεν, ἀχρεῖόν τι εἶναι νομίζων τῇ λεγούσῃ δόξῃ μίαν εἶναι φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην. Ῥᾷον δὲ αὐτῆς τὸ φρύαγμα καταβάλλεται. Διττὸν γὰρ τὸ ἀδιαίρετον κἀνταῦθα, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ [453 H.] λόγοις, ὁ συγγραφεὺς ἐπιδειξάμενος φαίνεται, [860 R.] καὶ τὸ μὲν Νεστορίῳ φίλον, τὸ δὲ τῇ εὐσεβείᾳ τιμώμενον, καὶ διὰ τοῦτο ἀλλήλοις ἀντικείμενα. Τὸ γὰρ *κατὰ σχέσιν ἀδιαίρετον* ὡς ὅπλον Νεστορίου ἀποβάλλεται, τὸ δὲ *καθ' ὑπόστασιν ἀδιαίρετον* ἤτοι ἡ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις περιφανῶς καὶ κηρύσσεται καὶ περιπτύσσεται. Ὥσπερ οὖν εἴ τις ἕνωσιν ἐπὶ Χριστοῦ λέγων μὴ συνάπτοι τῇ ἑνώσει τὸ *καθ' ὑπόστασιν*, ὕποπτον τὸ ῥῆμα ποιεῖ, οὕτως εἴ τις δύο φύσεις ἀδιαιρέτους λέγοι [64], μὴ συνεπιφέρων τὸ *καθ' ὑπόστασιν*, εἰς τὴν αὐτὴν ὑποψίαν περιτρέπεται. Ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ λέγων ἄνθρωπον ἀναλαβεῖν τὸν Θεὸν Λόγον, εἰ μὴ τὴν φωνὴν ἄλλοθεν ἑρμηνεύσειε (δυνατὸν γὰρ αὐτὴν καὶ κατὰ Νεστόριον καὶ [65] κατὰ τὸν ὀρθὸν εἰπεῖν λόγον λαβὴν παρασχεῖν τοῖς ἀκροαταῖς), οὐκ ἔστιν ἀναίτιος. Διὸ καὶ ὁ διαιτᾶν σοφὸς Κύριλλος ἐν μὲν τῷ *Θησαυρῷ* τὸν Θεὸν Λόγον ὥσπερ τινὰ ποδήρη τὸν ἐκ Μαρίας ἄνθρωπον ἢ ναὸν ἀναλαβεῖν λέγει, ἐν δὲ ταῖς πρὸς Σούκενσον ἐπιστολαῖς, *Οὐκοῦν ἄνθρωπος*, φησὶ, *γέγονεν, οὐκ ἄνθρωπον ἀνέλαβεν, ὡς Νεστορίῳ δοκεῖ.* Καὶ ὅρα τῆς διαίτης τὸ ἀγχίνουν καὶ νηφάλιον. Ὁ μὲν ἄνθρωπον καὶ ναὸν ἀναλαβεῖν ἱερολογεῖ, Νεστόριον δὲ ἄνθρωπον ἀναλαβεῖν εἰπόντα παραγράφεται, εὐσεβῶς δὲ ἑκάτερον. Ὁ μὲν γὰρ ὑποστάντα τὸν ἄνθρωπον ἀναλαβεῖν Νεστόριος ἐσοφίζετο, ὁ δὲ οὐμενοῦν προϋποστάντα, ἐν ἑαυτῷ δὲ τοῦτον ὑποστήσαντα, κἂν τῷ ἀτρέπτῳ μεμενηκότα τῆς θεότητος, ἀληθῶς γενέσθαι καὶ ἄνθρωπον. Σοφῶς οὖν καὶ ὁμοίως διαπραττόμενος ὁ ἱερὸς Κύριλλος καὶ ἐν τῇ πρὸς Σούκενσον ἐπιστολῇ τὸ δύο φύσεις λέγειν ἀδιαιρέτους μετὰ τὴν ἕνωσιν, μὴ συνεκφέροντα *τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν*, μάχεσθαι τοῖς μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην δογματίζουσί φησιν. Οὐ γὰρ αὐτάρκης οὕτως ἡμίτομος ἡ φωνὴ ῥηθεῖσα [66] συνελθεῖν καὶ ὁμοφρονῆσαι τοῖς μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην κηρύττουσιν [67]. Εἰ δὲ δύο τις φύσεις ἀδιαιρέτους εἰπὼν συμπαραλάβοι καὶ *τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν*, ὀρθῶς τε καὶ εὐσεβῶς ἐρεῖ, καὶ Κύριλλον εὑρήσει ὁμόψηφον. Καὶ ἄκουσον κατὰ τὸ τέλος τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς οἷα διέξεισι· *Τὸ ἀδιαιρέτως*, φησὶ, *προστεθὲν δοκεῖ μέν πως παρ' ἡμῖν ὀρθῆς εἶναι δόξης σημαντικὸν, αὐτοὶ δὲ οὐχ οὕτω νοοῦσιν.* Ὥστε εἰ οὕτως ἐνόουν, ὀρθοδόξως ἂν ἔλεγον καὶ τῇ Κυρίλλου γνώμῃ συνέβαινον. Ἔστι γὰρ τὸ ἀδιαίρετον αὐτῷ δόξης ὀρθῆς τοῖς συνάπτουσι τὴν φωνὴν ᾗ [68] συνεπινοοῦσι

VARIÆ LECTIONES.

[62] σπορέος ς. [63] φῦσαι B. cf. ad p. 17. [64] λέγοι B: λέγῃ ς. [65] priorem καὶ add. A. [66] ἡ φωνὴ ἡ ῥηθεῖσα ς. [67] κηρύττουσιν A; δογματίζουσιν ς. [68] ᾗ] an. ἣ?

Digitized by Google

τῆς καθ' ὑπόστασιν ἑνώσεως, τοῖς αἱρετικοῖς δὲ διεσπασμένον [69] καὶ τὸ ἀδιαίρετον· τῆς γὰρ καθ' ὑπόστασιν ἑνώσεως αὐτὸ διασχίζουσιν. Οὕτω δ' ἂν εἴη μεμφόμενος καὶ τοὺς λέγοντας μὲν δύο φύσεις ἀδιαιρέτους, τὴν καθ' ὑπόστασιν δὲ μὴ συνομολογοῦντας ἕνωσιν· μάχονται γὰρ ὡς ἀληθῶς οὗτοι τοῖς μίαν φύσιν φρονοῦσι τοῦ Θεοῦ Λόγου σεσαρκωμένην. *Τοὺς μέντοι μετὰ τοῦ λέγειν δύο φύσεις ἀδιαιρέτους ἐν τῇ καθ' ὑπόστασιν ἑνώσει θεωρεῖν οὐτ' ἂν μεμψαίμην ἐρεῖ, ὥσπερ οὐδὲ τοὺς ἀνατολικοὺς τὰ ὅμοια λέγοντας ἐμεμψάμην, ἀλλ' οὔτε ἐμοὶ ταὐτιεῖ* [454 H.] *φρονεῖν οὔτε διαμάχεσθαι πρὸς τὴν μίαν τοῦ Λόγου φύσιν σεσαρκωμένην οὐκ ἂν ψηφισαίμην.*

A sentirent, et cum Cyrillo consentirent, apud quem illud, indivise, recte intelligunt ii, qui vocem secundum hypostaticam unionem accipiunt. Hæreticis autem etiam indivisum est divisum seu divulsum. Nam illud ipsum secundum hypostaticam unionem divellunt dividuntque. Ita quoque reprehendas eos qui duas indivisas naturas admittunt, sed negant eas secundum hypostaticam unionem conjunctas; revera enim adversantur iis qui unicam Dei Verbi naturam sentiunt esse incarnatam. *Illos tamen, inquit, non reprehenderim, qui duas professi naturas in hypostatica unione indivisas considerant, uti nec Orientales coarguerim, qui idem sentiunt. Sed neque hos contra me venire, neque pugnare adversus eos, qui unam Verbi naturam aiunt incarnatam pronuntiarim.*

B

Σὺ δέ μοι συνδιασκόπει ὅπως οὐδ' ἡ μία φύσις τοῦ Λόγου σεσαρκωμένη, ἁπλῶς οὕτω προαγομένη, οὐμενοῦν τὸ ἀνεπίληπτον οὐ διασώζει. [861 B.] Λέγοιτο γὰρ ἂν μία φύσις τοῦ Λόγου σεσαρκωμένη καὶ οἷς ἄψυχος ἡ προσληφθεῖσα νομίζεται σάρξ, καὶ οἷς τῶν συνελθόντων ἡ σύγχυσις δυσσεβεῖται, καὶ οἷς ἡ τοῦ Λόγου φύσις εἰς σάρκα φρενοβλαβῶς ἀναχεῖται [70]. Ὁ δὲ τῆς ἀκριβείας διδάσκαλος Κύριλλος, ἕκαστον τῶν αἱρετικῶν φρονημάτων ὁμοτίμως βδελυσσόμενος, διὰ τῆς κοινῆ [71] προκειμένης φωνῆς τὸ ἀδιαίρετον μὲν καὶ ἀσύγχυτον τῶν συνελθόντων τρανολογεῖ φύσεων, ἀπευθύνει δὲ ταύτην ἔτι μᾶλλον, τὴν σεσαρκωμένην φύσιν ἐψυχῶσθαι δογματίζων ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ. Διὸ καὶ τοὺς ἀνατολικούς, ὡς πολλάκις εἴρηται, ταύτην μὲν τὴν φωνὴν οὐκ εἰπόντας, τὴν δὲ ἰσοδυναμοῦσαν προβαλλομένους [72] (δύο γὰρ φύσεις εἶπον πρεσβεύειν ἐν τῇ καθ' ὑπόστασιν ἑνώσει) καὶ μηδὲ τὸ ἀδιαιρέτους ἐπενεγκόντας ὀρθοδόξους ἀνεκήρυξεν· καίτοι γε οὐδ' αὐτοῖς ῥήμασι τὸ καθ' ὑπόστασιν ἔγραψαν, ἀλλ' ἐξ ὧν εἶπον ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὁμολογεῖν τὸν ἐκ Πατρὸς ἀχρόνως γεννηθέντα καὶ ἐκ τῆς Θεοτόκου Μαρίας ἐπ' ἐσχάτων, καὶ τὸν αὐτὸν πρεσβεύειν Θεόν τε καὶ ἄνθρωπον, ἅτε δὴ σύνδρομα εἰδὼς τὰ εἰρημένα τῇ καθ' ὑπόστασιν ἑνώσει φωνῇ, ὁμοδοξεῖν αὐτὸν αὐτοῖς περιφανῶς ἐμαρτύρησε.

Sed tu mecum dispice, nec unam quidem Verbi naturam (si ita nude et simpliciter loquare), incarnatam sine reprehensione dici posse. Nam et una Verbi natura incarnata diceretur ab iis qui putant inanimatam carnem esse assumptam; et qui ex coeuntium permistione [naturam assumptam] blasphemant; et qui naturam Verbi in carnem mutatam, insaniunt. Accuratissimus autem doctor Cyrillus singulas **277***b* hæreticorum pariter exsecratus sententias, per vocem in medio positam, duas naturas [in Christo] concurrentes indivisas et inconfusas planissime demonstrat. Refellit porro hanc magis, dum docet naturam incarnatam, anima rationis et intelligentiæ plena fuisse animatam. Quapropter et C Orientales, uti sæpe dictum est, quamvis hanc vocem non pronuntient, aliam tamen quæ eamdem vim habet, ponant (duas enim naturas in hypostatica unione se venerari dixerunt) neque vocem, *indivisas*, usurpent [*al.* auferant], recte sentire declaravit. Quin neque verbis ipsis, illa secundum hypostasin, in scriptis suis expresserunt; sed ex dictis quibus unum et eumdem ex Patre ab æterno, et ex Maria Dei Genitrice ultimis temporibus natum confitentur, eumdemque Deum et hominem venerantur; quæ dicta cum videret respondere unioni secundum hypostasin, verbo se cum illis sentire aperte contestatus est.

Δεῖ δ' οὖν εἰδέναι ὡς οἱ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν εἰπόντες Πατέρες ἡμῶν δύο τινῶν σύνοδον [73] καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον διὰ ταύτης τῆς φωνῆς δογματίζουσιν· εἰ δὲ ἀσύγχυτα τὰ συνελθόντα μεμένηκεν, οὐδὲν ἡ προκειμένη φωνὴ παραδίδωσιν. Ὡσαύτως καὶ τὸ μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην λέγειν εἰς τὴν αὐτὴν μὲν ἔννοιαν σχεδὸν ὑποφέρεται, παρελκυσθῆναι δὲ πολλοῖς αἱρετικοῖς πρὸς τὸ βούλημα τὸ ῥᾴδιον ἐμπαρέχεται. Ὥστε οὐχ ἁπλῶς αὐτὴν παραδεκτέον, ἀλλ' ὡς ὁ τὰ θεῖα σοφὸς ἐχρήσατο Κύριλλος, τουτέστι ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ συναπτοντα ἐψυχωμένην [74], καὶ τῶν συνελθόντων συνεπιθεωροῦντα τὸ ἀσύγχυτον. Οὕτω γοῦν ἑκατέρᾳ

Sciendum ergo a Patribus, qui hypostaticam unionem profitentur, hac voce, duarum quarumdam naturarum concurrentium indivulsam unionem asseri. Quod si autem duæ illæ naturæ inconfusæ permansere, nihil proposita vox [veritati] officit. Eodem modo cum dicitur, unam Verbi naturam esse incarnatam, eumdem fere sensum habet. Rapi autem a multis hæreticis hoc ad cujusque arbitrium, non negatur; ut proinde vox non sit ita nude acceptanda, sed quemadmodum Cyrillus rerum divinarum sciens illam usurpavit, hoc est, ut addas anima rationali et intelligenti [carnem] animatam, et duarum naturarum inconfusam conjunctionem

D

VARIÆ LECTIONES.

[69] διεσπαρμένον ς. [70] ἀναχεῖται A : ἀπετράπη ς. [71] κοινῆς A. [72] imo προβαλομένους. [73] libri συνόδων. [74] libri ἐψυχωμένῃ.

Digitized by Google

intelligas. Ita ergo utraque voce non accurate excussa, unam quidem personam explicant, sed inconfusum duarum naturarum concursum non explanant. Rursum qui duas naturas indivisas tradunt, id quidem quod est inconfusum exposuere, sed unam esse personam aut hypostasin non declaravere. Ut proinde sit necesse ab iis qui duas naturas indivisas profitentur, aut adjungi, secundum hypostaticam unionem; aut unam Verbi naturam esse incarnatam, aut eumdem simul Deum esse et hominem. Absque altero enim dictorum, vox proposita, ut imperfectum quid jure sane reprehendatur. Hæc et his genuina cum auctor explicasset, adjecta ad concordiam [ineundam] adhortatione, libro huic præsenti finem imponit.

A φωνῇ τῆς ἀκριβείας οὐκ ἐπιστατούσης, ἓν μὲν δηλοῦσι τὸ πρόσωπον, τῶν δὲ συνελθόντων οὐ τρανολογοῦσι τὸ ἀσύγχυτον. Πάλιν οἱ δύο φύσεις ἀδιαιρέτους δοξάζοντες τὸ μὲν ἀσύγχυτον διετράνωσαν, ἓν δὲ εἶναι τὸ πρόσωπον ἤτοι τὴν ὑπόστασιν οὐ συνδιετράνωσαν, ὥστε δεῖ καὶ τοὺς δύο φύσεις ἀδιαιρέτους λέγοντας ἢ τὴν καθ' ὑπόστασιν ἐπισυνάπτειν ἕνωσιν ἢ τὴν μίαν φύσιν τοῦ Λόγου σεσαρκωμένην ἢ τὸν αὐτὸν Θεόν τε καὶ ἄνθρωπον· ἄνευ γὰρ ἑνὸς τῶν εἰρημένων τὸ ἀτελὲς ἡ φωνὴ προβαλλομένη δικαίως ἂν διελέγχοιτο. Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια διεληλυθὼς ὁ συγγραφεὺς, καὶ παραίνεσιν παρακαλοῦσαν πρὸς ὁμόνοιαν καταβαλὼν, καὶ τὸν παρόντα διαναπαύει λόγον.

